AEGIDII
ROMANI ARCHIEPISCOPI
BITVRICENSIS, ORDINIS FRATRVM ERE- MITARVM SANCTI AVGVSTINI,

IN EPISTOLAM B. PAVLI APOSTOLI AD ROMA- NOS COMMENTARII, NVNC PRI- MVM IN LVCEM EDITI.

Cum amplo & copioſo indice.



ROMAE

Apud Antonium Bladum.

M D L V.

Quamuis in ſacris libris, quos noſſe laboras,
Plurima ſint lector clauſa, et opaca tibi,
Inuigilare tamen ſtudio ne deſine ſancto,
Vt moueant animum dona morata tuum.
Gratior eſt fructus, quem ſpes productior edit,
Vltro obiectorum vilius eſt precium.
Oblectant adoperta etiam myſteria mentem,
Qui dedit, vt quæras, addet vt inuenias.

REVERENDISS. ET AMPLISS. S. R. E. CARDINALI SANCTAE Crucis D. Marcello Ceruino Ordinis fratrum Eremitarum S. Auguſtini Protectori Vigilantiſs. Frater Chriſtophorus Patauinus eiuſdem Ordinis Prior Generalis.

S. P. D.

AEGIDIVS patria Romanus Auguſtiniani Ordinis Eremita & Archiepiſcopus Bituricenſis ob ſummam doctrinam & ingenii perſpicuitatem fundatiſſimus doctor appellari meruit, fuit ille diui Thomæ Aquinatis temporibus, eiuſdemq́ auditor optimus. Multa ille volumina ingenii & eruditionis ſuæ monumenta nobis reliquit; quorum quædam partim dialectica, partim philoſophica, partim theologica iam pridem in lucem edita fuerunt: quę tamen vel librariorũ incuria, vel eorũ, à quibus impreſſa ſunt, negligentia, partim quòd exemplaria integra non extabant, parum emendata in lucem emiſſa ſunt. Cum verò q̃plura alia aliqua eiuſdẽ auctoris volumina extarẽt præclara illa quidẽ, ſed nunq̃ antea impreſſa, vel quia in noſtris bibliothecis deſiderabantur, vel quoniã propter Ordinis noſtri paupertatem cõmodè imprimi non poterant, viſum eſt mihi, cum Reuerẽdiſs. Archiep̃s Salernitanus magiſter Hieronymus Seripandus præceſſor meus Ordinis conſtitutiones reformari curaſſet, et illas impreſſoribus dandas eſſe conſtituiſſet, idq́ quò fieri commodius poſſet, aureos nummos centum ſeptuaginta impreſſoribus propoſuiſſet, quam quidem pecuniam ex his libris per vniuerſum ordinem diſtribuendis exigẽdam, eidem Ordini pro aliis doctorum noſtrorum libris imprimendis conferri debere cenſuit, cui vt pro aliis ad Ordinis dignitatem ſpectantibus ab eo geſtis, ita pro tanto hoc munere & liberalitate Auguſtinianus ordo ſemper illi gratias aget ac debebit, Viſum (inquam) mihi eſt, qui Dei gratia & patrum ſuffragiis in eius locum ſucceſſi, ad eos libros, quos Doctores noſtri compoſuerunt, impreſſoribus dandos, animum & diligentiam adhibere. Cnmq́ multa et à multis Ordinis noſtri clariſſimis viris egregiè ſcripta Volumina habeamus, cum non omnia edi poſſent, illud mihi faciendum viſum eſt, vt eins, qni vetuſtior, & meo iudicio aliis doctior eſt, elucubrationes in lucem edendas curarem, ne tantus Vir in tenebris lateret, qui non ſolum ſe, verùm etiam Ordinem noſtrum illuſtrauit. Curaui autem edenda non ſolum ea, quæ nunq̃ antea fuerant edita, ſed etiam multa ex his, quæ impreſſa quidem erant, ſed ita manca & mutilata, ita mendis vbiq; referta, vt intelligi non poſſent; deerant enim non tantum verba, ſed ſententiæ prorſus integræ. illa igitur reſtituta, & quàm maxime potuit mendis purgata, in lucem dari curaui. Vt vero ſcias quos Aegidii libros nunc primum emittimus, eorum nomina hic poſui. Habes in hoc volumine ſuper epiſtolam Pauli ad Romanos egregiam explanationem. De Summa Trinitate & fide Catholica ſuper capitulo Firmiter credimus, de celebratione miſſarum ſuper capitulo Cum Marthæ, De charactere, De donatione rerum ſtabilium à regibus ipſi eccleſiæ, Super Canticis canticorum, De Renunciatione Papæ, & Contra exemptos, & alia mul

ta. Cum autem mecum cogitarem cuinam potiſſimum tam egregium
& fructuoſum Opus dedicarem, nemo mihi occurrit, cui hoc magis
conuenire videretur, quàm tu Cardinalis optime, qui omnium bona-
rum artium cultor es, omni genere literarum eruditus, doctorumq; ho-
minum amator ardentiſſimus; itaq; ſemper operam dediſti, vt quicunq;
libri ad chriſtianæ Reipublicæ vtilitatem pertinerent, illi exirent in lu-
cem, & veritatis patrocinium tuerentur · Tua opera Arnobius auctor ve
tuſtiſſimus, Nicolaus pontifex qui primus eo nomine dictus fuit, Inno-
centius tertius, ex Græcis vero Chryſoſtomus in pſalmos, Theodoritus
contra hæreſes, Ioannes Damaſcenus de Imaginibus, in eruditorum ma
nibus nunc habentur, et cum magna omnium vtilitate leguntur. hæc
quidem faciunt, vt quiuis tibi iure optimo debeat, & veterum aucto-
rum libros tanq̄ eorum patrono dedicare ſtudeat. mihi verò tanto ma-
gis id faciendum fuit, quòd noſtræ Auguſtinianæ familiæ vigilantiſſi-
mum Protectorem te præſtas. Accipe igitur Illuſtriſ. antiſtes Domini
Aegidii Romani Auguſtiniani ordinis Viri ſub tua ꝓtectione poſiti au
ctoris certè clariſſimi Vigilias ſub tuo nomine editas: quæ cum mul-
tum vtilitatis in ſe contineant, non ſub modio latere, ſed ſuper candela-
brum poni iure debent, eius enim Viri doctrina ſancta & catholica ſem-
per fuit, nam cum maxima pietate & doctrina excelluerit, non niſi bona
tum loquendo, tum ſcribendo de tam bono cordis ſui theſauro profer-
re potuit. Quod ſi hoc tibi gratum, vt ſpero, fuiſſe cognouero, ad cæ-
teros Aegidii noſtri libros imprimendos me excitabis. Quinetiam alio-
rum Ordinis Auguſtiniani lucubrationes multa doctrina refertiſſimas
imprimendas curabo· multi enim ſunt qui hactenus in tenebris delite-
ſcunt. Ne igitur tot & tanti patres ſcribendi laborem ſine multorum vti-
litate ſuſcepiſſe videantur, ad eoſdem illuſtrandos animum & operam
omnem conferam, id enim ſemper optaui. Quamobrem gratias Deo
optimo quàm maximas ago, qui mihi præter voluntatem, huius mune-
ris in quo ſum, auctoritatem etiam addidit, vt quod antea cupiebam, id
ipſum nunc commodè facere poſſim. Bene vale. ROMAE.

INDEX RERVM INSIGNIORVM

in hanc expoſitionem.

Primus numerus Paginam, *ſecundus* Columnam *indicat.*

A

A BRAHAM *factus eſt hæres mũdi, & quomodo. 29. 2.b.*
Abrahæ promiſſio, Gen. cap. 12. referenda eſt ad æternam hæreditatem. 55. 3.b
Abraham an fuerit infirmatus in fide de promiſſionibus ſibi factis. 31. 3.d
Accipere perſonam quid ſit. 61. 2.c
Adam quomodo fuit forma Chriſti. 35. 4.b
Adam licet plura peccata cõmiſerit, primũ tñ peccatũ fuit illud, quod directe nocuit humano generi. 37. 1.c
Adam perſona infecta infecit naturã, nos econtrario inficimur: natura n. infecta inficit perſonã. 26. 2.c
Adæ peccatũ fuit magnũ intenſiue et extenſiue. 34. 2.b
Adæ morbus per ſolam Chriſti iuſtitiam potuit eſſe ſanatus. 35. 4.d. et inde.
Aegidius prius compoſuerat Tractatũ de Peccato originali, q̃ exponeret Epiſtolam Pauli ad Rom 28.4.b. et. 63. 2.a (32. 1.a
Aegidius pollicetur Tractatũ de rationibus ſeminalibus.
Aegidius ſcripſerat ſuper primum Sent. quãdo edidit Cõmẽ. in Epiſt. Pauli ad Rom. 63. 1.b
Afflictiones. 53. 1.b.
Agens vniuerſale perſe debet intendere vniuerſale bonũ.
Amicitia ex tribus cognoſcitur. 9. 3.c (63. 1.b
Angelorum, Archangelorum, & Virtutum Ordines quomodo diſtinguantur. 53. 3.d
Angeli inferiores ĩmediate adminiſtrant Mundũ 53. 3.b
Angeli dicuntur noſtri proximi, non Dæmones, & Cur.
Angeli an ſint noſtri pares? 54. 2 a.b (84. 2.d
Anima, quæ eſt media inter corporalia & Deum, põt tripliciter conſiderari 32. 3.a. et. 33. 1.a
Anima noſtra eſt quaſi quoddam ſpeculum. 75. 4.d
Aiæ motus ſcd'm Platonẽ eſt quaſi cœli motus. 45. 2.c
Anima eſt inter ſummum bonum & paruum, hoc eſt, inter Deum & carnem. 46. 1.a
Anima eſt par angelo natura & gratia. 54. 2.b
Apoſtolus cur ſe ſeruũ vocat, cũ Chriſtus ſuos, nõ ſeruos, ſed amicos nominat. 6. 4 .b. vide Paulus. (9. 2.a
Apoſtolus an iurauerit, cũ dixit, Teſtis eſt mihi Deus.
Appetitus & intellectus officia. 39. 3.c.d
Appetitus duplex, vnus ſequens cognitionẽ, alius naturam.
Appetitus ſenſitiui deprauantia. 84. 1.a (52. 2.b
Approbatio apud Deum non eſt propter prærogatiuã generis. 55. 2.d. et inde
Approbationis & reprobationis in vniuerſali poſſumus aſſignare rationem & cauſam. 59. 2.b
Argumentum tripliciter ſumitur. 5. 2.d
Argumenta quandoq; peccant in materia, quandoq; in forma, quandoq; petunt difficultates ſolui. 2.4.d
Auguſtini diſtinctio q̃ aliud eſt credere Deum, aliud Deo, aliud in Deum, qũo intelligenda. 28. 2.a
Auguſtinus ponit rationem ſeminalem loco priuationis in (natura. 31. 4.c

B

Barbarum eſſe, quid ſit? & vtrum aliquis ſit ſimpliciter Barbarus. 10.2.b
Baptiſmus antiquitus fiebat in noĩe Xp̃i, et cur. 38. 4.d
Baptiſmi efficacia. 38. 1 b. et col. 3.b
Baptiſmus aſſimilat nos Chriſto morienti, & in ſepulchro iacenti. 38. 1.c.d. et col. 2.c.d
Baptiſmus tollit infectionem formalẽ, nõ cauſalẽ. 48. 3.d
Beatitudo firmiter et fiducialiter ẽ expectãda. 50. 2.d
Beatus in ſpe fuit Stephanus nõ in re, q̃ñ vidit gloriã Dei, & Ieſum et cæt. & cur. 54. 7.c
in Beatis apparet miſericordia & iuſtitia. 72. 3.b
Bñdicere et maledicere contingit tripliciter. 79. 3.a.b
Bonorum tria ſunt genera. 20. 4.a
Bonum partic. non intenditur ab agente vniuerſali, niſi in ordine ad bonum vniuerſale. 63. 1.b
Bonorum tp̃alũ & ſp̃ũalium proprietas. 20. 3.b
Boni op̃is et motus naturalis accõmodata cõpatio. 83. 2.a
Boni cur dicantur ſpiritu Dei agi, triplici via oſtenditur. 50. 1.b
Boni extranei ſunt malis filijs præponendi. 56. 4.c.d

C

Cæcitas intellectus vt pœna, & vt culpa. 70. 4.a
Cæremonialia ad quatuor fuerunt inſtituta. 26. 1.a
Caro noſtra quomodo nutrienda. 49. 1.a
Caro chriſti num fuerit infecta corruptione p̃cti? 48. 3.c
Cauſæ agentes & mouentes, finis et efficiens. 53. 2.d
Charitas duplex. 33. 2.c. et 53. 4.d
in Charitate tria ſunt conſideranda. 84. 3.a
Charitas quomodo dicitur forma Virtutum. 28. 1.c.d
Chriſti nominis interpretatio. 6. 2.b
Chriſtus fuit miſſus ad omnes, ſed pricipaliter ad Iudæos.
Chriſtum debemus induere, & qũo. 84. 1.c (10. 2.d
Chriſtus finis legis, et charitas, ſed aliter et aliter. 64. 3.d
Chriſtus quid nobis profuit? 33, 4.b
Chriſtus eſt miniſter & auctor gratiæ. et qũo. 35. 2.d
in Chriſto ſex ſunt notabiliter attendẽda, quæ per ipſum nos hereditamus. 37 3.c
Chriſti iuſtitiæ commendatio. 34. 1 .d
Chriſti doctrinæ addi põt quãtũ ad declarationẽ. 2. 2.a
Chriſtus cur dicitur Primogenitus. 52. 1.c
Chriſtus interpellat pro nobis, & qũo. 52. 4.b
Chriſtus ſecundum diuinitatem eſt à ſolo patre, ſecundum aĩam à tota Trinitate, ſcd'm carnẽ ex Iudæis eſt. 55. 2.c
Chriſtus cur dicitur miſſus in ſimilitudinẽ carnis p̃cti, & damnaſſe peccatũ de peccato. 47. 2.d. et 48. 3.a
Chriſtus qũo Iudæis eſt lapis offenſionis et petra ſcandali. (61. 2.a

✠

Chriſti caro fuit paſſibilis et mortalis ſicut et noſtra quantum ad rem habitam, ſed non quantum ad modum habendi. 48.3 a b.
Chriſti paſſio tollit peccata præterita & futura, & quomodo. 39 1.c.d
Chriſti gratia an plus profuit, q̃ nocuerit peccatum Adæ. 36.4.d
Chriſtus dei filius conceditur eſſe factus, & q̃uo 6.4.c.d
Chriſtus num poſſit dici minor patre, vel etiam minor ſeipſo. 7.1.a
Chriſtus cur dicitur factus ex ſemine Dauid. 7.1.c.d
Chriſtus num poſſit dici creatura. 7.2 a
Chriſtus num poſſit dici prædeſtinatus ſecundũ ꝗ homo. 7.3.a.et.8.1.c.d. num in eo ꝗ Deus. 7.3.c.et.8.1.c
Chriſtus num in eo ꝗ hõ ſit Dei filius, et ſit Deus. 7.4.b
Chriſtus num ſecundũ ꝗ homo ſit Perſona. 8.1.a
Chriſtus num inceperit eſſe. 8.1.b
Chriſtus num contraxerit pœnalitates. 39.1.a
Chriſtianus aliquis ſi exiſtimat cibum aliquem immundum eſſe & veſcitur, fit illi ob conſcientiam immundus. 87.4.c
Chriſtianus num faciens contra conſcientiam, faciat contra fidem 90.2.a
Chriſtianus ſuſtinẽdo imbecillitates infirmorum duo debet facere. 91.2.d
Chriſtianus q̃uo aliũ in bonũ ꝓmouere debet. 92.2.a
Chriſtiano an liceat maledicere. 79.2.d. an iudicare. 86.1.c
Chriſtiano num liceat obſeruare dies et tp̃a. 87.2.a
Chriſtiano num liceat propter ſcãdalum fratris dimittere licita. 89.1.b.c. et col. 4.d
Chriſtiano an liceat in hoc mundo iuſtitiam expetere de inimicis. 79.3.d
Chriſtianus quomodo ſe debeat habere ad inimicos. 78.2.d. & inde.
Chriſtianus num debeat interpellare ad Deum aduerſus aliquem. 69,1.b (98.1.d
Chriſtiani num debeant ſe implicare negotijs ſecularibus.
Chriſtiani debent poteſtatibus cumſcunq; Principis eſſe ſubiecti. 80.2.a.et.81.1.c.et col. 3.b
Chriſtiani omnes debent ex charitate fraterna inuicem curam habere, Prælati ex officio. 92.2.c
Ciborum diſtinctio ſcd'm legem moſaicam. 85.2.a
Ciborum vſus in caſu poteſt eſſe illicitus. 89.4.b
Circunciſio cur fuit data Iudaico populo. 28.3.d
Circunciſio quo tempore fiebat. 30.2.a
Circunciſio quid ſignificabat. 30.2.d
Circunciſio vtrum iuſtificabat. 26.1.c
Circunciſio iuxta tria tempora interdũ fuit viua, interdũ mortua, aliquando mortifera. 19.3.d
Circunciſio cur mutata fuerit in Baptiſmũ. 28.4.b
Clerici num teneãtur ad ſolutionẽ Tributoꝝ. 84.1.d
Cœlũ an ſine labore ipleat ſtatuta ſibi ſpacia. 54.1.a
Cœlum naturali appetitu appetit quieſcere à ſuo motu, licet contrariũ. 12. Met. 44 ſentiat Ariſt. 54.1.c
Cœlum poſt iudiciũ nõ mouebitur. 50.3.a.et.54.1.b
Cognitio practica Dei neceſſaria ẽ Chriſtiano. 15.3.b
Concupiſcentia quadrupliciter accipitur. 39.2 b
Concupiſcentia põt dici macula, et cur. 48.2.d
Concupiſcentia ante baptiſmũ culpa eſt & pœna, poſt baptiſmum pœna tantum non culpa. 28.3.b
Concupiſcentiam eſſe peccatum num poſſimus ſine lege cognoſcere? 44.1.a
Conſcientia vtrũ nos ligat, dato ꝗ ſit erronea. 88.4.b
Conſentiendo peccatis num morte digni ſumus. 14.4.c
Conſilium tria importat. 75.1.b
Conſuetudo dicitur natura. 72.2.d
Contrariorũ vnum poteſt aliud per accidens augmentare. 43.2.d (14.1.b
in Conuerſando contingit quis peccare quadrupliciter.
ad Correctionem fraternã qui tenentur. 14.4.c
Corpus mortuum propter peccatum. 48.1.d
Corpora cœleſtia an cum labore operentur. 54.1.a
Corpora cœleſtia poſt reſurrectionem erũt in meliori ſtatu q̃ nunc 54.1.b
Creatura nulla poteſt nos à Dei charitate ſeparare. 52.2.d. & inde. (54.2.c
Creatura aliqua an poſſit fieri à Magis vel Dæmonibus.
Creaturæ quomodo manuducunt in cognitionem Dei. 12.1.d. & inde.
Creaturæ oẽs expectãt Iudicij diẽ, et cur. 50.1.et.2 a
Credere quid ſit? 60.3.c
Credere Deũ, Deo, et in Deũ, q̃uo diſtinguũtur. 28.2.a
Credentes in Chriſto num confundi poſſint? 66.2.a

D

Dæmones an poſſint facere creaturã aliquã. 54.2.c
Dæmonis proprium eſt ſeducere. 43.3.b
ĩ Dãnatis apparet dei miſericordia et iuſtitia. 73.3.b
Damnati an poſſint ſe de Deo conqueri? 63.2.a
Decalogi explicatio. 18.4.c.et.82.2.d. & inde.
in Delectatione, ſi ſit moroſa, poteſt eſſe peccatum mortale, licet non conſentiat in opus. 41.1.d
Deus eſt principalis auctor ſcripturæ ſacræ. 1.3.a
Deus quomodo dicitur patiens, longanimis, benignus, & bonus. 15.2.d
Deus aliqua facit per rationes ſeminales, aliqua per obedientiales. 32.1.b
in Deo an cadat Conſilium? 75.1.a
Deus num ſolus ſit æternus? 100.2.a
Deo omnia an ſint præſentia? 22.2 b
Dei lex eſt, Infima in ſupma per media reducere. 53.3.b
Dei ſcientia eſt cauſa rerum. 60.3.d
in Deo duplex eſt ſciẽtia, ſpeculatiua, et practiua. 60,3.d
Deus non diligit coacta ſeruitia. 40.2.c
Deus in ſtatu priori an plus fecerit Iudæo quàm Græco.
Deus vtrũ impleat oĩa promiſſa ſua. 22.1.c (23.4.c
Deus ſimul cũ filio dedit nobis oĩa, et q̃uo, 52.3.d
Deus facit hoc propter hoc, q̃uo eſt intelligẽdũ. 57.1.b
Dei prædeſtinatione, electione, et ꝓpoſito, ſumus ſaluati. 54.3.c. et inde.
Deus quomodo tradidit impios in reprobum ſenſum. 14.2.c. & col. 4.a
Deus q̃uo dicitur indurare. 58.2.c
Deus nos prædeſtinando, proponit nobis gratiam conferre, opera noſtra dirigere, & gloriam nobis dare. 57.4.c. & inde.
Deus multas confert gratias propter bonorum ſocietatem. 95.3.c

Dei miſericordia apꝑet in Beatis,et in Dānatis 72.3.b
Deus pōt boīum malas voluntates ſcd̄m ſuū bñplacitū in bonū conuertere, quātūcunq; ſint induratæ. 72.2.a
Deus non eſt iniquus aliquos approbando, & aliquos reprobando,et cur. 57.1.c.& inde.et.61.2.b.d
Deū an deceat aliquos approbare, et aliquos reprobare? 63.1.b
Deus an aliquos ab æterno eligat,quia ſcit eos bona facturos?61.3.c
Deus an ſit acceptator perſonarum?61.2.c
Dei filius interpellat pro nobis,& quomodo.52.4.b
Dies et nox in ſcriptura ſacra ſumitur multipliciter. 83.3.b
Dilectio noſtra erga ꝓximū quatuor hr̄e debet. 77.3.b
Diligere ſemper tenemur.82.1.a. & inde.
Diliges proximū tuū ſicut teipſum. 84.2.d
Diligētibus Deū oīa cooperātur ī bonū. 51.3.c.et.52.2.b
Diuina eſſentia q̄uo dicatur inuiſibilis. 12.1.b
Diuina præſcientia ſeu prædeſtinatio non tollit ſecundas cauſas nec à rebus contingentiam. 63.2.b
Doctrinæ chriſti addi pōt q̄tū ad declarationē. 2.2.a
Dolor contingit ex diuiſione continui, vt Medici tradunt. (54.4.c

E

Eccleſia nos ligat ſub peccato mortali. 90.1.c
Eccleſiæ ordo expoſcit,vt pro Rectore ſuo ab eccleſia fiat oratio. 96.2.d
Enoch et Heliæ prædicatione circa finē mundi conuertetur Iſrael. 73.2.a
Epiſtola ad Rom.cur primo loco poſita.6.3.d.et.13.1.c.
Epiſtola ad Hebræos quare nō ītitulatur noīe Pauli. 3.1.a
Error in intellectu poteſt contingere per accidens in accipiendo ſub 46.2.a (56.2.b
Errores circa approbationē et reprobationem tolluntur.
Erronea conſcientia vtrū nos ligare poſſit?88.4.b
Errant maxime qui credunt multùm ſe vel parentes diligere,cum ſibi vel conſanguineis dant magnam partē numiſmatum vel bonorum temporalium. 56.4.d
Eua ſola peccante,adhuc peccatum introiſſet in mundum. 35.3.a
Euangelij nobilitas & commendatio. 6.3.a.& inde
Euangelijs cur ſuperaddita eſt doctrina Epiſtolaꝝ. 2.2.a
Euangeliū legem adimplet,& quomodo. 25.4.c

F

Fama tripliciter denigratur. 13.4.d
Fides eſt ex auditu,& ex diuina infuſione. 67.4.b
Fides duplex, formata & informis. 66.2.d
Fidei proceſſus. 83.2.c
Fidem non ſuſcipientes non poſſunt ſe per ignorantiā excuſare. 66.4.c.& inde.
Fides ad tria comparatur. 28.2.b.c
Fides ſola an ſit ſufficiens cauſa ad ſalutem. 28.1.c. An iuſtificat. 35.1.d
Fideles num debeāt aſſiſtere alicui in negocijs ſecularibus. 98.1.d
Fideles nū debeant alicui eſſe ſubiecti 81.3.b.
Finis ponit neceſſitatem ijs quæ ſunt ad finē. 2.2.d
Fœminæ vſus. 14.3.b
Fomes peccati dicitur lex,& cur. 45.4.b
Forma non ſe habet vt mouens & agens propriè,licet poſſit eſſe ratio agendi & mouendi. 53.2.d

G

Gentiles quomodo poterant habere notitiam de Deo.15.2.a.& col.4.b.& inde.
Gentes non habentes legem quomodo naturaliter ea quæ legis ſunt faciunt. 14.4.d
Gentes excellentiori modo peruenerunt ad cognitionem Dei,q̄ꝫ antea perueniſſent Iudæi. 94.1.b
Gloriæ adeptio habet ꝑ cā operū bonitatē. 57.2.d
Græcorum eccleſiæ faciebant collectas pro ſanctis Iudæis qui erant in Ieruſalem 95.1.d
Gratiæ miniſter & auctor,Chriſtus eſt 35.2.d
Gratiæ effectus. 55.2.a
Gratia q̄uo ſe habet ad hominē,ne peccet. 14.2.d
Gratia perficit naturam. 31.2.d
Gratia dei ſe hēt ad nos,ſicut ſeſſor ad equū. 40.2.d
Gratia eſt remediū congruens euāgelico ſtatui. 40.1.c
Gratia licet ſimpliciter non cadat ſub merito, augmentum tū gratiæ pōt mereri. 17.4.a.et.35.2.c
Gratia facta per Chriſtum an in plures abundauit,q̄ꝫ imperfectio facta per Adam. 36.4.d
Gratiæ multæ conferuntur ꝑꝑ bonoꝝ ſocietatē. 95.3.c

H

Habitus infuſi præcedunt actus,ſed acquiſiti ſequuntur.
Hæreditas. 49.4.a (17.4.c
Hæreticorū & peruerſorū boīum male artes. 23.2.c
Hō mendax dicitur in ſcripturis,et q̄uo. 22.3.a (2.c
Hoīs nō eſt via eius in actibus meritorijs. 39.4.a.b.et 46.
Hō nō in quocūq; ſtatu fuit renūdatus pctō. 44.4.b
Homo interior,& homo exterior viciſſim pugnantes qui ſint. 45.1.a.et col. 3.c
Homo habet appetitus & motores contrarios. 45.2.c
Homo ſine gratia ſi facit aliquid de genere bonorum, non eſt Deo gratum. 46.2.c
in Homine quatuor ſunt,quorū duo ſe tenent ex parte rationis,& duo ex parte ſenſualitatis. 46.3.a
Homo in omnibus operibus tum naturæ,tum gratiæ,organum Dei eſt 49.1.c
Homo ad perfectiones gratuitas non poteſt ſe ſufficienter diſponere. 49.1.c
Hominis carnalis diſceptatio circa prædeſtinationem. 58.3.d.et.63.2.d
Homines decipiuntur maximè,cum credunt multum parētes diligere,quando eis dant magnam partem numiſmatum vel bonorum temporalium. 56.4.d
Homo non pōt conqueri de Deo, ſi non ſaluatur. 58.3.c. et col. 4.b & inde,et. 59.2.c.et.63.2.a
Homo ſi ſibi ipſi relinquatur,ſemper declinat ad malum. 76.3.c.d
Homo non poteſt ſe per ignorantiam excuſare, ſi non ſuſcipit fidem Chriſti 66.4.c. & inde.
Homo quomodo debeat ſe habere ad Deum. 75.2.d quomodo ad proximum. 76.4.a

Homo an cogatur ad peccandum 41.2.a
Homo vtrum ſcd'm legem mentis velit bona 45.4.d
Hō an ſcire poſſit ſe eſſe in charitate.50.1.d.et.94.1.c
Homo num ſit par angelo? 54.2 b
Homine an ſit fruendum. 96.1.c
Homo aliquis hñs conſcientiā q expediat ſaluti ſuæ fura ri, num ſi furetur peccet mortaliter. 89.1.a
Homines boni, quantūcunq; iuſti ſint, habent aliquos impe tus concupiſcibiles, niſi habeant ſpeciale priuilegium, vt habuit B.Virgo. 46.3.b
Honore inuicē præuenire dēmus, et qūo. 78.1.c.et ide
Humanitas chriſti fuit noſtræ ſalutis organū. 35.2.d
Humanū genus qūo in Adam dicitur peccare. 35.3.d

I

per Ieſum Chriſtū fiet finale Iudicium, et cur. 17.3.a
Imago dei in hoīe per peccatū amittitur, et qūo. 76.4.a
Impetus primi, qui non ſunt in poteſtate noſtra, poſſunt dici maculæ, & cur 48.2.d
Indulgentiarum emanatio 60.4.a
Induratio aliquorū eſt ſcd'm diuinū propoſitū. 58.2.a
in Inferno erit differentia qūtū ad pœnā ſenſus, num dam ni, & cur. 19.4.d (90.2.b
Infideles num in omnibus ſuis actionibus peccent.
Iniquitas noſtra vtrū cōmendet diuinā iuſtitiā. 12.3 b
Intellectus & appetitus officia. 36.3.c.d
Intellectus agentis lumen quod clarum erat in ſtatu Inno centiæ, in ſtatu naturæ lapſæ eſt obtenebratū. 46.1.d
Intellectus pōt errare per accidēs ī accipiēdo ſub. 46.2.a
Ira Dei quæ eſt. 10.4.d
Iſaac generatio an fuerit contra naturam. 31.4.b
Iudæi ex lege quinq; prærogatiuas hēbant. 18.2.d
Iudæis cur ſuit data circuncīſio. 28.3.d
Iudæi interdū in ſcriptura ſacra dicuntur filij & ſemen Abrahæ, interdum non filij & nō pertinere ad ſemen, cur. 56.1.a
Iudæi an cognouerint Chriſtū? 67.4.b
Iudæi ſpālīter appellantur populus Dei, et cur. 68.1.d
Iudæus et gentilis ſterilis oleaſter. 72.2.d.et col.4.c
Iudæorū delictū fuit occaſionaliter cauſa ſalutis Gentibus tripliciter. 70.1.a.et.71.4.a.et.73.1.d (et inde
Iudæi circa finem mundi cōuertētur et ſalui fient. 73.2.a
Iudiciū vniuerſale ab omnibus creaturis expectatur, et cur. 50.1.et.2.a
in Iudicio num reddet vnus pro alio rōnem? 87.2.d
Iuramentum qūo ſit faciendum. 9.2.b
Iuramentū an liceat expoſcere. 9.2.d
Iuramentum quando faciendū ſit. 54.4.d
Ius naturale nonnunq̄ tollitur, interdū mutari non po teſt. 43.1.c.et inde.
Iuſtificatorum tria ſunt genera. 32.3 b
Iuſtus an debeat contriſtari, cū aliquid ei accidit? 56.4.a
Iuſtitia fidei nos verè iuſtificat. 64.4.b.& inde
Iuſtificabanturne Iudæi pp circūciſionem? 26.1.c
Iuſtificatio eſt per fidem, & per gratiam, ſed aliter & aliter. 37.1.d
Iuſtitiam non fieri ex proprijs operibus multis rationibus probatur. 61.1.a.& inde.&.69.1.a.et col.2.a
de Iuſtificatione. 17.3.c.et.35.1.d. & inde.

L

(20.1.b
Legis īpletio tripliciter pōt dici ex natura. 18.1.a.et
Lex in ſcripturis ſanctis tribus modis accipitur. 23.4.b
Lex q nō iuſtificat ſeptē rōnibus monſtratur. 24.2.c
Lex moſaica dicitur lex factorū, lex euangelica dicitur iuſtitiæ & gratiæ & cur. 25.3.b.et.39.4.d.et inde.
Lex per fidem adimpletur quantum ad cæremonialia & moralia, & quomodo. 25.4.b
Lex qūo facit cognoſcere pctm̄, cū peccata fuerint cogni ta ante legem. 26.2.a
Legis ſcriptæ et legis fidei diſcrimē. 28.1 a
Lex deficit a fide tripliciter. 29.2.a
Lex peccatum Adæ curare non potuit. 34.3.a
Lex occulte peruenit, & quomodo. 36.3.d
Lex fecit abundare delictū, & qūo. 36.4.a (42.2.c.d
Lex Moyſis ceſſauit & non ceſſauit, eſt vetuſta & noua.
Lex qūo dicitur cauſare peccatum 42.3.c.& inde.
Legē nō eſſe malā multis rōnibus oñditur. 42.3.b .et īde.
Legis præuaricatio eſt quaſi oīum peccatorum commiſſio. 43.1.d.et.44.1.c
Lex fuit quidam gladius datus nobis, per quem debemus bellare contra Diabolum 43.2.d
Leges aliquæ ſunt de iure naturali ſemper et vbiq; ſimpli citer & abſolute, vt quæ fundantur in principijs agibi lium: quædā ſunt de iure naturali ſemp quæ fundantur īmediate in concluſionibus, quæ ex illis principijs habēt ortum. 43.1.c.d et inde.
Legis commendatio. 44.2.b.et inde (moraliū. 44.2.c
Lex cōtinet tria gña pceptoꝝ, cæremonialiū, iudicialiū, et
Lex opatur ad mortē, et nō ad mortē, et qūo. 44.2.d
Legem eſſe bonam multipliciter oſtenditur 44.3.b
Lex mentis niſi adiuuetur per gratiam ſuperatur & tra hitur à lege membrorum. 45.4.a (1.a
Legē quadruplicē innuit apoſtolus, cap. 7.) 45.4.d.et.47.
Lex mentis vtrū ſemp approbat legē Dei. 45.4.d
Legis finis eſt chriſtus & charitas, ſed aliter ordinatur ad alium. 64.3.d
Legem implere ſemp tenemur. 82.2.a.et inde
Lex Xp̄i excedit omnes alias leges, et cur. 46.4.d
Legis Xp̄i effectus & fructus. 47.1.b.& inde, &.48.
Legis euangelicæ felicitas 60.2.a (1.a & inde.
Legalia obſeruare qñ eſt pctm̄, & qñ nō. 85.4.c. et īde.
in Libidinoſo actu tria ſunt conſiderāda. 14.2.c
Licita nō ſint pp ſcandalū fratris dimittēda? 89.1.b
Lumen rōnis per pctm̄ fuit obtenebratum, non extinctū. (46.1.d

M

Magicis artibus nū poſſit fieri creatura aliqua? 54.2.c
Magi Pharaonis fecerūt equū cū duobus pedibus. 54.3.a
Maleagere formaliter eſt in eo quod agitur contra con ſcientiā, q̄ ex eo qd' eſt opus malum 89.3.d
Maledicere ſicut et bñdicere cōtingit tripliciter. 79.3.a.b
Mali an agantur ſpiritu Dei. 50.1.b
Mali ordināntur ad bonū electorum, & qūo. 59.2.a
Malū nō agit niſi rōne boni, in quo fundatur. 36.1.a
Malum nobis latenter inſidiatur tanq̄ fur. 45.3.b
Martyrem non facit pœna, ſed cauſa. 53.2.a
Mater Chriſti mūdata fuit vt pſona, et vt natura. 48.4.a

Mater

Mater Chriſti ſanctificata fuit in vtero, & extra vterũ, cum fuit ab angelo nunciata ibidem.
Memoria & obliuio quõ accipiendæ ſũt de Deo. 9.2.a
Mētē et rōnē à lege Dei aliqñ diſcrepare cõtingit. 46.1.c
Mentis lex vnde ſit ꝙ vult bonũ, & non põt id ſine gratia perficere. 46. 2.b
Metaphyſica ſciẽtia quõ differat à ſacra Pagina. 1. 3.b
Miracula vera non facit qui mendaciũ dicit, et falſam doctrinam docet. 67.4.c
Miracula non ſunt teſtimonia vitæ, ſed doctrinæ, 66. 3.a
Miſericordia Dei ſecũdm efficientiã eſt gñalis quantũ ad genera ſingulorũ, ſed ſecundum ſufficientiam eſt generalis & quantũ ad ſingulos generum. 59.3.d
Miſericordia & iuſtitia apparent in Beatis, & in Damnatis. 72. 3.b
Modus vitandi peccata, 39. 2,a
Morbus põt eſſe magnus intenſiue & extẽſiue, 34. 2.a
Mors quõ p Adæ pctm̃ intrauit in mundũ. 35. 3,b
Mors Chriſti an fuit quid maius q̃ Reſurrectio. 54. 2.c
Motus primi qui non ſunt in poteſtate noſtra, põt dici maculæ, & cur. 36. 2.c. et. 48. 2.d (54. 1.b
Motus primi mobilis poſt diẽ Iudicij ceſſabit. 50. 3.a. et
Mundus immediatè adminiſtratur per inferiores angelos. 53. 3.b

N

Natura humana in Verbo num poſſit dici prædeſtinata. 7. 4.a. et. 8. 1.d
Natura noſtra vtrum gratiæ ſit contraria. 31. 2.c
in Natura ſunt rationes ſeminales et obedĩẽtales. 31. 4.b
Natura dicitur de malis. 72. 2.d
Naturale ius mutari põt. 43. 1.c. et inde.
Neceſſitas ſumitur ex fine. 2. 2.d
Neceſſitas duplex ſimpliciter & conditionata, ſeu conſequentiæ, et conſequentis. 41. 2.a.b (98. 1.d.
Negocijs ſecularibus num debeãt ſe implicare chriſtiani?
Nemo vera miracula facit qui mendaciũ dicit & falſam doctrinam docet. 67. 4.c (83. 3.b
Nox & dies in ſcriptura ſacra ſumuntur multipliciter.
Numero ſeptenario vniuerſitas deſignatur, millenario perfectio. 68. 3.c. et. 69. 1.c

O

Officium monentis & redarguentis. 92. 4.b
Omnia ſunt præſentia Deo, 22. 2.b.
in Opere bono quocunq; duo ſunt neceſſaria. 10. 3.d
Opera legis an iuſtificant. 17. 3.c
Opa legis fiunt naturaliter, licet oporteat ibi concurrere gratiam. 18. 1.a. et. 20. 1.b
Operibus præcedentibus gratiã nõ meremur gratiã, ſed poſtq̃ habemus gratiam, per opera noſtra poſſumus mereri augmentum gratiæ et iuſtitiæ, 30. 2.c. et. 57. 2.d et. 60. 4.c
in Operibus gratiæ magis agimur q̃ agamus. 49. 1.d
Opera noſtra ſiue interiora ſiue exteriora diriguntur à Deo. 58. 1.c
Operibus noſtris præuiſis num Deus nos eligat? 61. 3.c num reprobat? ibidem. col. 4.b
Opa noſtra bona, quæ ſunt ſecundaria cã noſtræ ſalutis, nõ excluduntur à diuina prædeſtinatione. 63. 2.d
Operibus poſſumus mereri ſalutem & gloriã. 69, 2.a
Opera fidei nos verè ſaluant. 64. 4.b. & inde.
Opera mala non ſunt principalis cauſa noſtræ reprobationis. 61. 4.d. et. 62. 1.b
Opera carnalia tria mala faciunt. 84. 4.a
Oratio in eccleſia pro ſuo Rectore. 96. 2.d
Organa dei ſumus in omnibus operibus tum naturæ tum gratiæ. 49. 1.c
Originale peccatum infert ſolum pœnam damni. 19. 4.c. vide Peccatum.
Originale peccatũ ſex noĩbus noĩari conſueuit. 28. 2.d
Originale pctm̃ vtrũ per circũciſionẽ tolleretur. 28. 3.c
Originalis iuſtitia fuit donum ſupernaturale, et cur dicitur iuſtitia, et cur originalis. 35. 3. b

P

Papa ſi facit aliquid in eccleſia, dicitur id feciſſe eccleſia, et cur. 45. 2.d
Paradiſi locus. 1. 2.c
Parentes debent ſuis filijs bona exempla, ſalubria præcepta, & documenta. 14. 1.d
Parentes liberati ab originali culpa num generent filium ab originali peccato liberum? 30. 3.b
Paruuli de lege noua num ſint melioris conditionis q̃ fuerint illi de lege naturæ. 30. 3.d
Paruuli cum nulla habeant merita, cur eis debetur præmium æternum. 60. 4.a
Patres veteris teſtamenti quõ detinebantur in limbo. 26. 2.c
Paulus commendatur. 1. 2.b
de Pauli nomine diuerſæ ſententiæ. 6. 1.c. & inde
Paulus quõ dicit, Cõcupiſcentiã neſciebã et cæ. cũ Philoſophus ipſam eſſe pctm̃ cognouerit. 44. 1 .a. et. 46. 1.d
Paulus quomodo in. 7. cap. inquit, Sine lege mortuum erat peccatum. & in. cap. 5. ait, Vſq; ad legem. n. peccatum erat in mundo. 44. 1.d
Paulus quomodo dicit, Vt viuorum & mortuorum dominetur. cum dicat Chriſtus Matth. 22. Non eſt aũt Deus mortuorum, ſed viuentium. 87. 2.b
Pauli apparẽs cõtradictio de Circũciſiõe ſoluitur. 19. 3.d
Paulus cuius hominis perſonam induat, cum ait, Non enim quod volo bonum etcæ. 46. 2.d
Paulus an coactus receperit gratiam. 60. 3.a
Paulus defert eleemoſynam ſanctis pauperibus qui erant in Hieruſalem. 95. 1.d (96. 2.d
Paulus expoſcebat orationes Romanorũ triplici de cauſa.
Paſſio Chriſti fuit remedium generale ſcd̃m efficientiam quantũ ad genera ſingulorum, ſed ſcd̃m ſufficientiã q̃tum ad ſingulos generum. 59. 3.d
Pax duplex, ſecundum Deũ, & ſcd̃m mundũ. 32. 3.d
Peccatum ſeu prauitas perpetratur aut commiſſione, aut omiſſione, aut conſenſu. 13. 3.b
Peccata beſtialitatis. 12. 3.a
Peccare contra diuinam ſciẽtiam quid ſit. 13. 2.d
Peccatum põt eſſe pctm̃ & pœna peccati. 14. 3.a
Peccata in ſpiritum ſctm̃ quõ accipiuntur, et quot ſunt genera, et cur dicuntur irremiſſibilia. 16. 1.c. et col. 3.
Peccatorum omnium ſumma. 18. 4.c
Pctm̃ vtrum cõmendet diuinam iuſtitiam. 22. 3.b
Peccati in natura proceſſus. 26. 2.c. et. 41. 1.c.d
Pctm̃ originale cũ ſit vnum, cur dicitur iniquitates, 28. 2.d
Peccati initium an fuerit mulier vel vir? 35. 3.a

Pctm̄ itraſſet ĩ mũdũ ẽt ſi ſola mulier peccaniſſet. 35.3.a
Pctm̄ Adæ p ſolã Chriſti iuſtitiã potuit auferri. 35.1.b
Peccatũ abundauit per legem, & quomodo. 36.4.a
Peccata omnia tam præſentia ꝙ præterita & futura num ablata ſint per Coriſtum. 39.1.d
Peccata præterita licet non ſint actu, remanent tñ quantum ad habitũ vitioſum, & quantũ ad reatũ. 39.1.b.c
Peccata q̃uo vitare debemus. 39. 2.a. & inde.
Peccatum ducit ad mortẽ dupliciter. 40. 2.a
Peccatũ nos in ſeruitutem redigit, deturpat, & ad mortem perducit. 40.4.b
Pctm̄ interdũ ſumitur p mala actiõe quã agimus, nũnunꝗ pro eo quod inducit nos ad peccandum, vt pro fomite, & pro Diabolo 43.3.a
Peccatũ ante legẽ viuebat et erat mortuũ, et q̃uo. 44. 1.d
in Peccato tria ſunt, auerſio, conuerſio, et reatus. 47.4.b
Peccatum veniale dicitur macula, et cur. 48. 2.d
Pctã quæ n cõuerſando contingunt, enumerãtur. 14.1.b
Peccati grauitas tollit gratiam et multum de habilitate ad gratiam 70.4.b
Peccatũ nũ tollat imaginẽ Dei in homine? 76.4.a
Peccata dicuntur opera tenebrarũ, et cur. 48. 3.b
Perfectio duplex, ſtatus & perſonæ. 23.4.d et inde.
Perfectiones naturales, deo mouente, aut poſſumus à nobis acquirere, aut nos poſſumus ad illas ſufficienter diſponere: ſed ad gratuitas non poſſumus nec hoc nec illud.
Perſonarũ acceptio. 61. 2.c (46, 1.c.d
Perſonarũ diſtinctionẽ arguere ex creaturis ſufficienter non poſſumus. 64. 3.c
Petrus primus inter Apoſtolos prædicauit Romanis. 9.4. a. et 94.4.c. & inde.
Platonis opinio de motu animæ. 45.2.c (19, 4.d
Pœna dãmi in Inferno eadẽ in oĩbus, ſed nõ pœna ſenſus.
Pœnalitates voluntariæ aſſũpſit Chriſtus ſimiles noſtris, quas ex neceſſitate contrahimus. 39. 1.b
Poteſtas non eſt niſi à Deo. 80. 1.a. et inde. et. 81.3.d
Poteſtati reſiſtere num peccatum ſit? 81. 2.b
Prædeſtinatio quid ſit? 7. 2.c. & quot modis accipiatur. 51.4.d. & inde,
Prædeſtinationis errores tolluntur. 56. 2.b.c
in prædeſtinationis materia quinq; conſideranda. 57.1.c
Prædeſtinationis ratio in vniuerſali aſſignatur, nõ in particulari. 57.1.d. et. 58.3.c. et. 59.1.c. & inde.
Prædeſtinationis effectus, infuſio gratiæ, et adeptio gloriæ. 57.2.d
Prædeſtinationis effectus redditur ratio et cã. 60.4.c
Prædeſtinatio non tollit à rebus contingentiã, non lib. arb. non ſecundas cauſas. 63.2.b
Prædeſtinati iuuantur per preces ſanctorũ, vt fiat de eis quod Deus diſpoſuit. 64.2.d (67.3.b
Prædeſtinatus an poſſit damnari, & Præſcitus ſaluari.
Prædeſtinationis q̃tũ ad diuinũ ꝓpoſitũ, nõ rõnẽ, ſed admirationem aſſignare contingit. 73.1.a
de Prædeſtinatione. 61.2.c. et inde per totã lectionem.
Promiſſio Abrahæ Gen. 12. referenda eſt ad æternam hæreditatem 55.3.b
Prophetarũ dicta verũ imponant neceſſitatẽ? 67.3.b
Propoſitio hæc, Deus facit hoc propter hoc, exponitur.
Proximus noſter quis ſit? 84.2.c. (57.1.b
Proximus tribus modis offendi poteſt. 13.3.c

Q

R

Ratio ſeminalis quid ſit ſecundum Auguſtinum 31.4.c.d et. 32.1.a
Ratio nõnunꝗ per accidens diſcordat à lege Dei. 46.1.c
Ratio per peccatũ fuit obtenebrata. 46.1.d
Ratio quare vult bonum, & tñ id non poteſt ſine gratia conſequi. 46.2 b
Reges & principes num peccent in accipiendo tributa à Clericis? 84.2.b
Reges tenentur dare magis tributa Clericis, ꝙ econuerſo, & cur. 84.2.a.b
Res quælibet tripliciter conſiderari põt. 12.3.c
Reſiſtere poteſtati num peccatũ ſit? 81.2.b
Reſurrectio Chriſti an fuerit q̃d maius, ꝙ mors eius. 54. (2.c
Reſurrectionis noſtræ neceſſitas. 48.2.c
Romani colebant Deos omnium Prouinciarum, et cur. ij.4.a
Romanorum fides annunciabatur in vniuerſo Mundo, & (q̃uo. 9.1.b

S

Sacramentorũ veteris legis et nouæ differẽtia. 26.1.c
Sacra pagina eſt ſcientia. 1.1.c
Sacræ paginæ cauſæ. 1.3.a. & inde.
Salus ex gratia, damnatio ex iuſtitia. 58.3.c
Salus noſtra aliquo modo ex operibus. 69.2 a
Salutatio cur in epiſtolis præmittatur. 5.3.d. & inde.
Sanctorum preces quomodo iuuant prædeſtinationem noſtram. 64.2 d (inde.
Scãdalo fratris num debemus dimittere licita? 89.1.6. et
Scientia Dei q̃uo eſt cauſa rerum. 60.3.d
Signa expreſſa diuinæ filiationis. 50.d
Similitudo magna eſt inter ea quæ videmus in gratuitis et in naturalibus. 62.1.d. et artificialibus ibidẽ. col. 2.d
Socratis politia, vt oẽs mulieres cões eſſent. 44.1.b
ad Solutionẽ tributorũ num teneantur Clerici? 84.1.d
Spes eſt media inter præſumptionẽ & diſperationem.
Spes an ſit de non viſis? 54.1.c (51 1.a
Spiritus ſanctus cur dicitur, Teſtimonium reddere ſpiritui noſtro. 49.3.b
Spiritus ſanctus q̃uo dicitur ſcrutari corda. 51.3.b.c
Spiritus ſanctus oĩa in nobis cõuertit in bonũ. 51.3.d
Status hoĩs triplex, Innocentiæ, Naturæ corruptæ, & Naturæ per Chriſtum reparatæ. 44.4.b
in Statu Euangelij omnes ſumus pares. 24.2 b
in Statu gratiæ tria requiruntur. 83.4.a
Stephanus vidit gloriam Dei, ſed non gloriam ꝓpriã, quam ſperabat. 54.1.c
Subditi qualiter debeant ſuis ſuperioribus obedire. 79.4. (b. & inde.

T

Tempus triplex quantum ad obſeruationẽ legaliũ. 85.4.c
Timoris munus. 34.4.c
Timoris quatuor ſunt genera. 49.2.d
Tranſitus de fide in fidem, ſeptem modis eſſe dicitur. 10.3.b

V

Velle triplex,vitij,rationis,& gratiæ.45.2.a.et inde.
Velle bonum quare per rationem poſſumus, per quam non poſſumus id ſine gratia perficere.46.2.b
Velle & eligere differentia.56.4.b
Ventres cur calidiores in hyeme ꝗ͞ æſtate.43.4.d
Virgo maria non ſolum fuit purgata vt perſona,ſed etiã vt natura.48.4.a
Virtus quid ſit?35.2.b
Virtutibus poſſumus male vti materialiter non formaliter. 22.3.c.et.35.2.e
Virtus eſt circa bonum & difficile.41.2.c.
Virtutũ forma eſt charitas,& quomodo.28.1.c
Virtutes dicuntur opera lucis,& cur.84.3.e
Vita omnis Infidelium num ſit peccatũ?90.2.b
Vitia ꝑ accidens et materialiter pñt eſſe bona.22.3.c.d.
Vocatio duplex,interius & exterius.51.4.a.et.52.2.b.et 54.2.a.et.60.3.d
Voluntas & appetitus mouent omnia membra ad actus ſuos.42.2.a
Voluptates carnis tria mala faciunt.84.4.a

LECTORI S.

Priuſquàm ad Tomi huius Lectionem accingaris admonendum te duximus Candide lector, vt errata Typographorum prout in vnoquoq; Tractatu poſt indicem emendata ſunt, ſuis quæq; locis emendanda cures. Quæ enim in hoc Comment.occurrerũt.ſic reponito.

Pag.	Col.	Lin.		
5.	4.	67.	nobis	vobis
18.	2.	8.	cordi noſtris	cordis noſtri
18.	3.	9.	noſtri	noſtis
22.	3.	55.	virtute	virtutes
24.	3.	54.	ſumitur	ſumuntur
26.	3.	23.	offenſionem	oſtenſionem
28.	3.	36.	eſt,pœna poſt baptiſmũ,et pœna	eſt & pœna,poſt baptiſmum pœna
31.	2.	38.	promiſſas	promiſſus
32.	1.	67.	erit	erat
37.	2.	18.	effici	efficit.
38.	1.	28.	more	morte
40.	3.	5.	peccata	peccato
48.	2.	63.	vtiliter	vniuerſaliter
49.	2.	46.	qui	per
49.	3.	55.	cempatiẽ,do	compatiẽdo
50.	3.	1.	primo.	primo,ait,
51.	1.	42.	vtiliter	vniuerſaliter
54.	1.	36.	appetunt	appetit
54.	2.	64.	incremẽtũ	incrementorum
59.	2.	37.	oſtendetur pœnitẽtiã	oſtendit potentiam
60.	4.	38.	gratia	gloria
61,	1.	53.	illi non	illi ex ꝓpriijs opibus non

Pag.	Col.	Lin.		
61.	3.	71.	futuros	facturos
61.	4.	2.	futurus	facturos
61.	4.	6.	conuertuntur	conſequuntur
61.	4.	33.	ſagitta	ſagittam
63.	2.	1.	conquerere	conqueri
63.	3.	14.	malas	malis
64.	1.	51.	eam ndo crede= ſic implebant	eam ſic implendo credebant
64.	2.	16.	quia	qui
65.	3.	38.	ponet	ponit
65.	4.	35.	ſaluabitur	ſaluabimur
66.	1.	40.	audiant	audient
66.	1.	41.	potuerunt	poterunt
66.	2.	34.	prædicãtes	prædicantis
66.	4.	28.	andimus	auditu
67.	3.	43.	ambulat	ambulet
68.	1.	2.	repulet	repulit
68.	1.	32.	rationomi	rationem
68.	1.	38.	mala	malè
69.	3.	1.	adime electio	
70.	1.	32.	facta	ſalus facta
70.	2.	46.	ſunt	ſum
72.	1.	18.	ſi	ſis

D. ÆGIDII COLVMNÆ ROMANI Ordinis Fratrum Eremitarum ſancti Auguſtini, in Epiſtolam Pauli Apoſtoli ad Romanos Commentaria.

A R.mo Patre M. Chriſtophoro Patauino, Priore generali, emendata & illuſtrata.

HENOCH PLACVIT
Deo,& tranſlatus eſt in Pa
radiſum,vt det gentibus ſa
pientiam. Autoritas pro-
Eccleſ.44. poſita legitur Eccleſiaſt. in
illo capitulo quod ſic inci
pit:Laudemus viros glorio
ſos,& parẽtes noſtros in ge
neratione ſua. Si ergo vi-
ri glorioſi & parentes lau-
dandi ſunt, Apoſtolus Paulus,cuius epiſtolarum expo
ſitionem intendimus, eſt maximè laudandus,quia ipſe
maximè fuit vir glorioſus,& ſpiritualis parens noſter,
quia nos ſpiritualiter peperit,nos ſpiritualiter genuit,
cum nos ſpiritualem doctrinam docuit & inſtruxit.
Verba itaq; propoſita dicta in laudem & commenda-
tionem Enoch competenter aſſumi poſſunt in laudem
& cõmendationem apoſtoli Pauli,quod ſic declaratur.
Nam ſi diligenter aſpicimus,maxima pars canonis Bi-
bliæ videtur eſſe de ſingularibus geſtibus,& de particu
laribus actibus: ſed cum particularium non ſit ſcientia
neq; definitio,vt dicitur . vii. Metaphy. videtur poſſe
Tex.53. argui ſacram Paginam, quæ in canone Bibliæ princi-
paliter continetur,non eſſe ſcientiam. Si eſt ſcientia,
eſt in intellectu,& intellectus principaliter, & per ſe, &
recto aſpectu non fertur in particulare, ſed in vniuer-
ſale: particularium geſtorum impoſſibile eſt eſſe dire-
cte ſcientiã,ſed ſenſus ipſe eſt particulariũ diſcretiuus.
Itaq;, vt ſuſtineamus ſacram Paginam eſſe ſcientiam,
oportet particularia negotia in ſacra pagina conten-
ta,aliqua ratione Vniuerſalis induere. Inde eſt quòd
communiter dicitur,ſingulares perſonas in ſacra pa-
gina memoratas,per quandam ſignationem,Vniuerſa
lis rationem habere. Vt Iob, in quo eminenter com-
mendatur patientia,ſignificat vniuerſaliter quemlibet
patientem:& Abraam,cuius fides abundantius cõmen-
datur,fidelem quemlibet repræſentat. Secundum hoc
ergo, quantò plures conditiones alicuius ſingularis
perſonæ in canone Bibliæ introductæ competunt ali
cui,tantò ille per huiuſmodi perſonam competentius
ſignificatur:& quia,quicquid autoritate propoſita de
Henoch enarratur,digne & competenter de apoſtolo
Paulo exponere poſſumus, vt exponemus Epiſtolas
Pauli,ad commendationem eius congruè proponitur
autoritas ſupradicta. Dictum eſt in autoritate præfa-
ta,quod Henoch Deo placuit,& fuit in Paradiſum trã
ſlatus, vt daret gentibus ſapientiam. Videtur igitur
apoſtolus Paulus per Henoch ſignificari;nam ipſe ma-
ximè Deo placuit,qui non acquieuit carni & ſanguini,
Gal.1. vt poſſet diuina mandata explere,iuxta id, quod ipſe
de ſeipſo ait Galatis: Cum autem placuit ei,qui me ſe-
gregauit ex vtero matris meæ,id eſt,ex vtero Synago-
gæ,& vocauit per gratiam ſui,vt reuelaret filiũ ſuum
in me,vt euangelizarem illum in Gentibus: continuò
non acquieui carni & ſanguini. Rurſus idem Apoſto-
lus Paulus fuit in Paradiſum tranſlatus, ſecundum id,
Cor.12. quòd ipſe de ſe ipſo ait ſecunda ad Corinthios Epiſto-
la: Et ſcio huiuſmodi hominem(ſiue in corpore, ſiue
extra corpus,neſcio: Deus ſcit)quoniam raptus fuit in
Paradiſum:& audiuit arcana verba,quę non licet homi
Gal.2. ni loqui. Et idem Apoſtolus conſtitutus eſt,vt det gẽ-
tibus ſapientiam,ſpecialiter,vt ipſe de ſe ipſo ait,eſt do
ctor Gentium ordinatus, iuxta id quod ait Galatis:

A Creditum eſt mihi Euangelium præputii,id eſt, Gentiũ,
ſicut Petro circunciſionis, id eſt, Iudæorũ(& ſequitur)
quòd qui operatus eſt Petro in Apoſtolatum circun-
ciſionis,operatus eſt & mihi inter gentes. Benè ergo di
ctum eſt,autoritatẽ omnino eſſe ad propoſitũ, & apo-
ſtolum Paulum omnino eſſe deſignatum per Henoch,
qui Deo placuit,& in Paradiſum tranſlatus eſt, ut gen-
tibus ſapientiam daret. Cum igitur iſta autoritas cõ-
ferre videatur negotio quod habemus præ manibus,
& cum dictum ſit,quòd exponere intendimus epiſtolas
Pauli,quæ ſunt pars doctrinæ ſacræ, & cum prius ex-
ponenda ſit epiſtola ad Romanos, oportet præfatam
authoritatem ad quatuor deſeruire. Nam primò di-
cta autoritas adaptatur ad cõmendationem B. Pauli:
ſecundò adaptabitur vniuerſaliter ad totam ſcripturã
ſacram:tertiò adaptabitur vniuerſaliter ad epiſtolas,
B quas habemus præ manibus:quarto autẽ adaptari po-
terit ſpecialiter ad epiſtolam ad Romanos, quæ eſt pri
mordialiter exponenda. Deſeruit primò ſupradicta
autoritas commendationi B. Pauli:in qua, ad eius cõ-
mendationem & laudem,Quatuor denotantur, videli-
cet,vber fructificatio,diuina dilectio,excellẽs ſublima-
tio,& ſapientialis imbutio vel repletio. Primum verò,
cum dicitur,Henoch:ſecundum,cum ſubiungitur,pla-
cuit Deo:tertium,cũ adnectitur,& tranſlatus eſt in Pa-
radiſum:quartum,cum ſubinfertur,ut det gentibus ſa-
pientiam. Primò ergo in B. Paulo notatur vber fru-
ctificatio,ex eo,quòd ſignificatus eſt per Henoch.Nam
Henoch,interpretatur dedicatio vel ædificatio: tunc
autem ſpiritualiter ædificamus,cum ſecundum ſpiritũ
vberè fructificamus. hanc autem vberem fructificatio-
nem ſpiritualẽ potiſſimè habuit B. Paulus, qui omnia
prætermiſit,ut Chriſtum lucrifaceret. Vnde ipſe de ſe Philip.3.
ipſo ait ad Philipp. Omnia arbitror ut ſtercora, ut
Chriſtum lucrifaciam. Secundò in eo fuit diuina dile
C ctio,ex eo,quòd Deo placuit:nam Deo placens neceſſa
riò à Deo diligitur. Hanc autem diuinam dilectionẽ
potiſſimè aſſequutus ẽ B. Paulus,quẽ dominus IESVS Act.9.
Chriſtus, Vas electionis appellauit,dicens Ananiæ: Va
de quoniam Vas electionis eſt mihi iſte, ut portet no-
men meum coram Gentibus,& Regibus, & filiis Iſrael.
Fuit.n. B. Paulus vas diuinæ electionis, quia fuit ple-
nus diuinæ dilectionis. Quare ſicut ex eo, ꝙ dicitur
Henoch,denotatur vber fructificatio, ſic ex eo quod
ſubditur(Placuit Deo)denotatur in ipſo diuina dile-
ctio:ſed ex eo quod ſubinfertur(tranſlatus eſt in Para-
diſum)deſcribitur in Paulo excellens ſublimatio: Cre-
ditur.n. Paradiſus eſſe in loco eminenti, vbi perturba- Paradiſus.
tio temporum & ventorum non videtur habere potẽ-
tiam,nec efficaciam. Hic autem paradiſus ſignificat il-
lam Dei viſionem,ad quã quandiu quis admittitur,eſt
adeò ſublimatus, quòd perturbationem non ſentit.
Hanc autem ſublimationẽ habuit Apoſtolus Paulus; 2.Cor.12.
D nam ipſe de ſe ipſo ait ſecunda ad Corint. Se raptum
vſq; ad tertium coelum,id eſt, vſq; ad cognitionem Dei
tatis,vt exponit glo. Auguſtini ibidem. Quartò in B.
Paulo denotatur ſapiẽtialis imbutio,cum vltimò ſub-
infertur,(Vt det gentibus ſapientiam) Nam ſicut non
benè calefacit quod habet calorem, ſed quod habet
calorem fortem & eminentem, ſic nõ competenter dat
aliis ſapientiam,qui eſt ſuperficialiter ſapiẽs,ſed qui eſt
ſapientia completus. Hanc autem ſapientialem reple-
tionem potiſſimè apoſtolus Paulus habuit:nam adeò
multitudine literarũ pollebat,ut à neſciẽtibus & igno-
rantibus quæ Dei ſunt,propter literarum multitudinẽ
reputaretur inſanus,iuxta illud,quod Actorum libro Act.16.
legitur: Feſtus magna voce dixit,Inſanis Paule:multæ
te literæ ad inſaniam conuertunt. Et Paulus, Non in-
ſanio(inquit)optime Feſte:ſed veritatis & ſobrietatis
verba loquor. Deſeruit itaq; autoritas nominata cõ-
mendationi B.Pauli,& toti doctrinæ ſacræ:nam in to-
ta ſcriptura ſacra ſunt quatuor conſiderãda,videlicet,
cauſa efficiẽs,finalis,formalis,& materialis. In illis qua

tuor. in autoritate notatis cõgruè deſcribũtur omnes A
cauſæ. Cauſa efficiens deſcribitur, in vberi fructifica-
tione. Finalis, in diuina dilectione. Materialis, in ex-
celléti ſublimatione. Formalis, in ſapiétiali repletione.
Cauſa enim efficiens doctrinæ ſacræ ſpecialiter & prin
Cap. 1. cipaliter eſt ipſe D E V S, à quo eſt omnis vber fructi
ficatio, iuxta illud Eccleſiaſtici: Omnis ſapientia à do-
mino Deo eſt: ſpecialiter tamen ſcriptura, iuxta illud
In proemio. Auguſtini in principio ſecundi de Trinitate: Subſtan-
tia Dei, ſiue per ſcripturam eius ſiue per creaturam (co
gnoſcitur.) Et ſequitur poſt pauca: qui & illam, (id eſt,
ſcripturam) inſpirauit: & iſtam, (ſcilicet creaturã) crea-
uit. Deus ergo ipſe eſt principalis autor ſcripturæ ſa-
cræ per uberem fructificationem, cuius ſignum eſt, ꝙ ſi
ei fuerimus cõiuncti vbertim fructificamus, & ab eo ſe-
moti omnino areſcimus. Vnde dominus ſuis diſcipu-
Ioan. 15. lis dicebat: Sicut palmes non poteſt ferre fructum à
ſemetipſo, niſi manſerit in vite: ſic nec vos, niſi in me
manſeritis. Sine. n. eo non poſſumus fructificare, qua-
re in vberi fructificatione notatur cauſa efficiens: ſed B
in diuina dilectione notatur cauſa finalis: nam finis to-
tius doctrinæ ſacræ eſt dilectio. Vnde Auguſtinus in
quodam tractatu de laudibus charitatis ait: Et in eo,
quod non intelligis, charitas latet. Ille itaq; tenet &
quod patet &, quod latet in diuinis ſermonibus, qui
charitatem tenet in moribus. Patet itaq;, ꝙ ſicut in
vberi fructificatione deſcribitur cauſa efficiens, ſic in
diuina dilectione ſignificatur cauſa finalis, ſed in excel-
lenti ſublimatione denotatur cauſa materialis. Eſt. n.
differentia inter ſcripturam ſacram & ſcripturas alias,
quia in ſcripturis aliis videtur materia eſſe ſenſibile
quoddam, & per conſequens aliquid vnum. Cum. n.
omnis ſcriptura humana incipiat à ſéſu, oportet quã-
libet talem ſcientiã eſſe de ſenſibilibus, vel habere ſen-
ſibilia partem ſui: Metaphy. enim, quæ inter ſcientias
humanas altior reputatur, habet ſenſibilia partẽ ſui: C
ſacra verò ſcriptura nec eſt de ſenſibilibus principali-
ter, nec habet ſenſibilia partem ſui ſubiecti, ſed de ip-
ſo Deo eſt, tanquã de ſubiecto: verè igitur ſcriptura ſa-
cra habet excellentem ſubleuationem quantũ ad cau-
ſam materialem. De hac ergo poteſt intelligi quod di-
Cap. 24. citur Eccleſiaſtici, Ego in altiſſimis habito. Aliæ enim
ſcientiæ dato quòd aliquo modo habitent in altis, hæc
ſola in altiſſimis commoratur. Vltimò ſcriptura ſa-
cra habet ſapientialem imbutionem, quantum ad cau-
ſam formalem: nam ſcriptura ſacra omnes imbuit, om-
nes replet, quia non ſolum magnis, ſed etiam paruis ſe
adaptat. Modus quidem procedendi in ſacra ſcriptu-
ra, qui pertinet ad cauſam formalé, é, ut omnes repleat
& vt non ſolum magnis ſed etiã paruis coadaptat: &
ideo, ut omnibus ſe coadaptare poſſit, ut non ſolum
magnos ſed etiam paruos repleat, nullius generis ver-
Cap. 1. ba vitat. Vnde Aug. 1. de Trin. ait, ꝙ ſacra ſcriptura
etiam paruulis congruens nullius generis verba vita- D
uit. Patet itaq; illa quatuor, quæ in præfata autorita
te diſignabãtur, videlicet, vber fructificatio, diuina di
lectio, excellens ſublimatio, ſapientialis repletio cõ-
petenter apaptari ad quatuor cauſas totius ſacræ ſcri-
pturæ, quia vber fructificatio deſignat cauſam efficié
tem, diuina dilectio cauſam finalem, excellens ſublima
tio materialem, & ſapientialis repletio formalé.
¶ Habito quomodo autoritas prænominata deſeruit
commendationi apoſtoli Pauli, & toti ſcripturæ ſacræ,
ſecundum ordinem prætaxatum: reſtat videre, quomo
do deſeruiat vniuerſaliter epiſtolis, quas habemus præ
manibus. Sciendum ergo, ſecundum quod Magiſter
ait in gloſis, ꝙ Epiſtolæ Pauli videntur in quatuor ex-
cellere, in fidei aſſertione, gratiæ commendatione, ſpei
ſublimatione, & ſcripturarum profundatione. Ipſe. n.
Paulus in ſuis epiſtolis excellenter fidem aſſeruit, gra-
tiam commendauit, ſpem ſublimauit, & in ſcripturis ſe
profundauit. Hæc autem quatuor competenter deſi-

A gnantur in autoritate propoſita. Nam pro ut fidé aſſe-
ruit, fuit Henoch: prout gratiam commendauit, Deo
placuit: prout ſpem ſublimauit, Tráſlatus eſt in Para-
diſum: ſed prout ſe in ſcripturis profundauit, Dedit gé
tibus ſapientiam. Fuit. n. Paulus Henoch in fidei aſſer-
tione, Henoch. n. interpretatur ædificatio, fide autem
ædificatio creſcit, iuxta illud in prima ad Corinth. Fũ- Cap. 3.
damentum enim aliud nemo poteſt ponere præter id
quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus I E S V S.
Fuit igitur Paulus apoſtolus Henoch, id eſt, ædifica-
tio in fidei aſſertione: Deo autem placuit, in gratiæ
commendatione, nihil enim tam placet Deo quàm
quod gratiam eius cõmendemus. Hoc autem maximè
faciebat ille qui totum eſſe ſpirituale ſuum dixit eſſe
ex gratia, iuxta illud prima ad Corinth. Gratia Dei Cap. 15.
ſum id quod ſum, & gratia eius in me vacua non fuit.
ſed in illis ſpem ſublimauit, eo quòd fuit in Paradiſum
tráſlatus. Ipſe. n. nullis præcedentibus meritis in tantũ
à Deo gratia præuentus, & in tãtum eſt à Deo dilectus,
B ut ad tantam excellentiam perueniret, ꝙ fuerit in Pa-
radiſum translatus, ꝙ fuerit raptus uſq; ad tertium cœ
lum, id eſt, uſq; ad Dei viſionem. Cuius ergo ſpes non
ſubleuatur? Quis eſt qui deſperare debeat, videns per-
ſecutorem eccleſiæ Dei ad tantam excellentiam ſubli-
matum? Quartò præfatus Paulus Gentibus ſapientiã
dedit in ſcripturarum profundatione. Nam ideo nos
ſapientiam docuit, quia ſe in diuinis ſermonibus pro-
fundauit. De hac autem profundatione loquitur Hie-
ronymus in Prologo Galeato, dicens: Paulus apoſto-
lus ad pedes Gamalielis legem Moyſi & prophetas di-
dicisse gloriatur, vt armatus ſpiritualibus telis doceret
confidenter.
¶ Oſtenſo quomodo autoritas præaſſumpta deſeruit cõ-
médationi totius ſcripturæ ſacræ, & vniuerſaliter epi-
ſtolis eius. Reſtat vltimo oſtédere, quomodo deſeruiat
C epiſtolæ ad Romanos, quæ primo proponitur expo-
nenda. Ad cuius euidentiam, aduertendum, quòd, ut
tágitur in vno prologorum, Apoſtolus motus fuit ad
ſcribendum epiſtolam ad Romanos, quoniam inter
Romanos cõuerſi fuerant aliqui ex Gentibus, & aliqui
ex Iudæis, inter quos oriebatur rixa: quia ſe Gentiles
Iudæis, & Iudæi ſe Gentilibus præferebant. quos volés
Paulus ad pacé & cõcordiam reducere, oſtendit, quòd
neutri debeant ſe iactare, ita ꝙ nec Iudæi, nec Gentiles
debent gloriari ſe ſuis meritis ad fidem veniſſe, quia et
iſti & illi fuerant obnoxii peccatis. Declarat etiam ꝙ
populus iudaicus non poterat ſe præferre propter le-
gem, quia eam nõ cuſtodiebat. Manifeſtat inſuper quòd
Gentiles non ſe poterant per ignorantiam excuſare,
quia eos ad colendum creatorem naturalis ratio in-
ſtruebat. His declaratis, omnino diſſentio ſedari debe-
bat. Nam ſi neutri poterant gloriari de meritis, vtriq;
erant obnoxii peccatis, populus iudaicus non ſe pote-
D rat præferre propter legem, quia eam nõ cuſtodiebat,
gentiles verò non ſe poterant excuſare per ignoran-
tiam, quia eos naturalis ratio inſtruebat, non habebãt
vnde iſti illis, uel illi iſtis ſe deberent præferre, nec ha-
bebant vnde vni contra alios deberent in aliquo glo-
riari. Hæc autem quatuor competenter adaptantur
ad illa quatuor, quæ in autoritate propoſita notabã-
tur. Nam non gloriari de meritis pertinet ad vberem
fructificationem: recognoſcere ſe obnoxium pertinet
ad diuinam dilectionem: non ſe præferre per legé non
cuſtoditam, facit ad diuinam ſublimationem: nõ ſe ex-
cuſare per ignorantiam, pertinet ad ſapientialé reple-
tionem. Primò de non gloriari de meritis pertinet ad
vberem frutificationem: nam ille vbertim fructificat,
qui non ſuperbit, nec gloriatur de meritis, ſed ſe humi
liat, & de gratia confidit, quia Deus, ut dicitur in Cano-
nica Iacobi, ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gra-
tiam. Secundò recognoſcere ſe obnoxiũ peccato, per-
tinet ad diuinam dilectionem: exemplum. n. habemus
de

de Phariſęo & Publicano. Nam Phariſęus, non recognoſcens peccatũ ſuum, ſed ſe de ſuis operibus iactãs, reprobatus eſt: Publicanus verò, ſtans à longe, & ſuum peccatum confitens, obtinuit diuinam dilectionem, & deſcendit iuſtificatus ab illo. Tertio non ſe præferre propter legem non cuſtoditam, facit ad excellentẽ ſublimationem: nam tũc aliquis ad bonum inducitur & ſublimatur, quando cognoſcit, & experitur, ꝙ non prodeſt legem ſcire, niſi legem obſeruet. Quarto nõ ſe excuſare per ignorantiam pertinet ad ſapientialem repletionem, quia oportet aliquam ſapiẽtiam habere, & eſſe aliquo modo ſapientia repletum eum, qui non poteſt ſe per ignorantiam excuſare. Quinque ergo declarata ſunt circa autoritatem propoſitam. Nã primò oſtenſum eſt ꝙ illa autoritas eſt ad propoſitum. Secundo declarabatur ꝙ illa autoritas deſeruit commendationi Pauli. Tertio ꝙ deſeruit toti ſcripturæ ſacræ. Quartò ꝙ deſeruit vniuerſaliter Epiſtolis, quas habemus præ manibus. Quintò & vltimo declaratum eſt præfatam autoritatem ſpecialiter deſeruire Epiſtolæ ad Romanos, quæ primò proponitur exponenda. His viſis ad expoſitionem literæ accedamus.

Prologus generalis.

PRimum quæritur: quare poſt euangelia, quæ ſupplementum legis ſunt, & in quibus nobis exẽpla & præcepta viuendi pleniſſime digeſta ſunt, voluerit apoſtolus has epiſtolas ad ſingulas eccleſias deſtinare. Hac autem cauſa factum videtur, vt. ſ. initia naſcẽtis eccleſiæ nouis cauſis exilientibus præueniret, & vt præſentia atq; orientia reſecaret vitia, & poſt futuras excluderet quæſtiones, exemplo prophetarum, qui poſt editam legem Moyſi, in qua omnia dei mandata legebãtur: nihilominus tamen doctrina ſua rediuiua ſemper populi compreſſere peccata: & propter exemplum viuendi, libros ad noſtram etiam memoriã tranſmiſerunt.

Vt dicebatur, ad expoſitionem literæ accedendum eſt; ſed antequam accedamus ad expoſitionẽ textus, ſunt prius Prologi exponendi. Præmittuntur autem epiſtolis Pauli quatuor prologi, quorum duo deſeruiũt vniuerſaliter omnibus epiſtolis, duo autẽ ſpecialiter deſeruire videntur epiſtolæ ad Romanos. Verũ quia duo prologi qui deſeruiũt vniuerſaliter omnibus epiſtolis, ſunt quodã modo vnus prologus, ne ſuperflui ſermones fiant, duos tantum prologos exponemus. Quorum unus vniuerſaliter deſeruit omnibus epiſtolis, qui ſic incipit: Primũ quæritur, quare poſt euangelia &c. alter ſpecialiter deſeruit epiſtolæ ad Romanos, qui ſic incipit: Romani ſunt qui ex Iudæis &c.

Primus prologus diuiditur in ptes quatuor, ſecũdũ ꝙ in eo quatuor quæſtiões mouẽtur ad quatuor cauſas ptinentes. nã primo mouetur ibi quæſtio de neceſſitate epiſtolarum, quod pertinet ad cauſam finalem: ſecũdo de numero, quod pertinet ad materialem: tertio de autore, quod pertinet ad efficientem: quarto de ordine, quod pertinet ad formalem. Secunda ibi: Deinde quæritur &c. Tertia ibi: Epiſtolam ſane, quæ ad Hebræos &c. Quarta ibi: Mouet autẽ quoſdã quare &c. Circa primum tria facit, quia primo proponitur quæſtio: ſecundo ſubiungitur propoſitæ quæſtionis ſolutio: tertio ſubinfertur ſolutioni, exemplum prophetarum. Secunda ibi: Hac autem cauſa factum &c. Tertia ibi: Exemplo prophetarũ. Dicit ergo ꝙ primo quæritur, quare poſt Euangelia, quæ ſunt ſupplemẽtũ legis, in quibus nobis exempla, & præcepta viuendi pleniſſimè digeſta ſunt, voluerit Apoſtolus has epiſtolas ad ſingulas eccleſias deſtinare. Notandum autem vim queſtionis huius in hoc conſiſtere, ꝙ cum in Euãgelijs, quæ ſunt ſupplementum legis, pleniſſime tradãtur præcepta & exempla viuendi, ſuperfluum videtur ipſis euangelijs epiſtolas addidiſſe. Cur igitur doctrinę euangelicę ſuperaddita eſt doctrina epiſtolarum: vel ſuperfluunt epiſtolæ, vel ſunt euangelia diminuta. Notandum etiam ꝙ euangelia dicuntur ſupplementũ legis, iuxta id quod Dominus ait: Nolite putare quoniam veni ſoluere legem, aut prophetas: non enim veni ſoluere legem ſed adimplere. Deinde cum dicit: Hac autẽ cauſa factum eſt.) ſubiungit propoſitæ quæſtioni ſolutionem dicens: Quòd hac autem cauſa factum videtur, ut. ſ. initia naſcentis eccleſiæ, nouis cauſis exiſtentibus, præueniret: & vt præſentia atq; orientia reſecaret vitia; & poſt futuras excluderet quæſtiones. Notãdum autem ꝙ tota forma viuendi ſubiecta eſt libero arbitrio: & inde eſt ꝙ aliqui eligunt viuere vno modo aliqui altero: et inde eſt etiã ꝙ eadẽ verba uno modo propoſita non mouent animum alicuius, alio verò modo prolata mouent animum eius: inde eſt etiam ꝙ quia intellectus noſter per verba aliter & aliter prolata, aliter & aliter dubitat & aſſentit, quantuncunq; ſententia in epiſtolis contenta non diſcordet ab euangelica ſententia. Tamẽ quia non eadem verba nec eodem modo dicitur hoc & illud, quãtumcunq; euangelica exempla & præcepta viuendi pleniſſime contineant: iuuamur tamen per epiſtolas propter alium modum eloquentiæ ibi contentum, & ad rectè viuendum, & ad quæſtiones ſoluendas. Non ergo fuit ſuperfluum poſt euangelia epiſtolas condere. Notandum etiam ꝙ non eſt ex inſufficientia doctrinæ ꝙ ibi ad expoſitionem & declarationem addi poſſit. quantũcunq; ergo ſit completa doctrina euangelica, poteſt per epiſtolas, quantum ad viuendi formam, ad declarationem & expoſitionem ſuperaddi, & quia per talia dicta iuuamur ad bene viuendum, & ad quæſtiones ſoluendas. Soluta eſt quæſtio ꝙ non fuit ſuperfluum, poſt euangelia, apoſtolicam tradidiſſe doctrinam. Deinde cum dicit: Exempla prophetarum.) Manifeſtat ſolutionem propoſitam per exẽplũ dicens, ꝙ hoc factum eſt exẽplo prophetarũ, qui poſt editam legem Moyſi, in qua omnia mandata Dei legebantur, nihilominus tamen ipſi prophetæ ſua doctrina rediuiua, ideſt ſua doctrina reuiuiſcente, ſemper populi compreſſere peccata: & propter exemplum viuẽdi, libros ad noſtram etiam memoriam tranſmiſerunt. Notandum autem vim Quęſtionis huius in hoc conſiſtere, ꝙ ſicut poſt legem Moyſi non ſuperfluit doctrina prophetarum, per quam reprimuntur peccata populi & in memoria haberetur forma viuendi; ſic poſt legem euangelicam non ſuperfluit apoſtolica diſciplina. Dubitaret forte aliquis ad quam cauſam reducatur hæc quęſtio, quę mota eſt de neceſſitate doctrinæ epiſtolarum. Dicendum ꝙ, ut antea dicebatur, quęrere an ſit neceſſaria doctrina epiſtolarum, pertinet ad cauſam finalem: quod duplici via declarare poſſumus. prima ſic patet. Nam finis ponit neceſſitatem ijs quæ ſunt ad finem: ſemper ergo, cum quęritur vtrum aliquid ſit neceſſarium, poſſumus rationem reddere ex fine: ut ſi quęratur, quare ſerram neceſſe eſt eſſe ferream & dentatã: huius neceſſitatis cauſa reddetur ex fine, ut quia facta eſt ad ſecandum dura. ſic & in propoſito ex fine, propter quem ſunt editæ epiſtolę, poſſumus huius rationẽ reddere, quare neceſſe fuit epiſtolas condere. Quęrere itaq; de neceſſitate alicuius doctrinę, ad finalem cauſam pertinere videtur. Secunda uia ad hoc idẽ ex hoc ſumitur, ꝙ illud dicitur ſuperfluum, quod eſt per ſe va

Pars. 1.

Matth. 5. b

2. Phys. c. 8.

num,illud autem eſt vanum quod caret fine. quærere
ergo,vtrum aliquid ſit ſuperfluum vel neceſſarium, eſt
quærere vtrum careat vel non careat fine. quare pro-
poſita quæſtio de neceſſitate epiſtolarum in cauſam fi-
nalem reducitur: quod declarare volebamus. Deinde
cũ dicit.

a.Pars. **Deinde** Quæritur, Cur non amplius
quàm decem epiſtolas ad ec
cleſias ſcripſerit: decem ſunt enim cum ea
quæ dicitur ad hebræos: nã reliquæ qua-
tuor ad diſcipulos ſpecialiter ſunt porre-
ctæ. Vt oſtenderet nouum non diſcrepare
a veteri teſtamento, & ſe contra legem non
facere Moyſi, ad numerum primorum deca-
logi mandatorum ſuas epiſtolas deſtinauit:
& quot ille preceptis a Pharaone inſtituit li
beratos, totidem hic epiſtolis a diaboli &
idolatriæ ſeruitute edocet acquiſitos. Nã &
duas tabulas lapideas duorũ teſtamẽtorũ fi
gurã habuiſſe viri eruditiſſimi tradiderũt.

Propoſita quæſtione de neceſſitate epiſtolarum, quod
pertinet ad cauſam finalẽ, proponit quæſtionẽ de nu
mero earũ, quod pertinet ad cauſam materialẽ: circa
quod tria facit, quia primo proponitur hmôi quęſtio.
Secundo ſubiungitur quæſtionis ſolutio. Tertio anne
ctitur ſolutionis manifeſtatio. Secũda ibi: Vt oſtẽderet
nouũ.) Tertia ibi: Nã & duas tabulas.) Dicit ergo, dein-
de quęritur, cur non amplius quã decẽ epiſtolas ad ec
cleſias ſcripſit. Decem enim ſunt epiſtolę cũ illa quæ
dicitur ad Hebręos: Nam reliquę quatuor ad diſcipu
los ſpecialiter ſunt porrectę. Notandum autem epi-
ſtolas Pauli vniuerſaliter eſſe quatuordecim, quarum
quatuor ſcribũtur ad diſcipulos, & decem ad eccleſias,
computata epiſtola ad Hebręos. Eſt ergo quæſtio, qua
re ſunt tantum decem epiſtolę ad eccleſias deſtinatę?
Deinde cum dicit: Vt oſtenderet nouum.) Soluit pro
poſitam quęſtionem dicens, ꝙ ideo Apoſtolus tantum
decem epiſtolas deſtinauit, ut oſtenderet nouum teſta-
mentum non diſcrepare à veteri: & ut oſtẽderet, ſe nõ
facere contra legem Moyſi; ideo ad numerum primo-
rum mandatorum decalogi ſuas epiſtolas ordinauit:
Quot ergo præceptis inſtruxit liberatos à Pharaone,
totidem epiſtolis Paulus edocet acquiſitos à ſeruitute
Diaboli & Idolatrię. Eſt ergo vis ſolutionis huius, ꝙ
ideo tantum decem epiſtolas ad eccleſias ordinauit, vt
oſtenderet nouum teſtamentum non diſcrepare à vete
ri: & ut oſtenderet ſe non facere contra legem Moyſi,
in qua ſunt tantum decem pręcepta ordinata. Deinde
cum dicit: Nam & duas tabulas.) Manifeſtat huiuſmo-
di ſolutionem, vel manifeſtat quod in ſolutione ſup-
poſuerat. Suppoſuerat enim in ſolutione data, teſta-
mentum nouum eſſe conforme veteri, & illa duo teſta-
menta habere aliquam adinuicem cõnexionem: quod
manifeſtat ex hoc, quia duę tabulę lapideę, quę ſimul
datæ fuerant, duo teſtamenta ſignificabant; quod eſſe
non poſſet, ꝙ ꝑ duas tabulas ſimul datas ſignificarẽtur
duo teſtameta, niſi illa duo teſtamẽta aliquã connexio
nẽ ad ſe inuicẽ obtinerent. Dubitaret forte aliquis, cũ
adducta ſit ratio, quarẽ ſunt decẽ epiſtolæ ad eccleſias;
quæ ratio haberi poſſit, quare ſunt tm̃ quatuor epiſto
læ ad ſpeciales perſonas? Dicendum ꝙ Origenes, ut
recitat magiſter in gloſis, ex hac cauſa, videlicet, pro-
pter concordiam noui & veteris teſtamenti, reddit ra-
tionem, quare ſunt decem ad eccleſias, & quatuor ad
perſonas, dicens: Sciendum eſt verò, ꝙ quatuordecim
ſcripſit epiſtolas Apoſtolus; decem ad eccleſias, & qua-
tuor ad perſonas, ſub huius myſterii inſinuatiõe, ut ſci

A licet in hoc opere, vtriuſq; teſtamenti ſumma monſtra
retur. Nam vt idem Origenes ſubdit, denarium nãq;
numerum vetus teſtamentum ſignificat; quaternarius
verò, noui teſtamenti nota eſt. ideo itaq; decem & qua
tuor ſcripſit, ut utriq; legi ſe conſentire inſinuaret, atq;
æmulorũ calumniam dilueret, ipſum legis Dei ꝑ Moy-
ſem datę deſtructorem fore calumniantium. Vlterius
forte dubitaret aliquis, ad quã cauſam reducitur quę-
ſtio de numero epiſtolarum. Dicendum, ꝙ, ut diceba-
tur, reducitur ad cauſam materialem. Nam in qualibet
ſcientia ipſa ſcita & numerus ſcitorum pertinent ad
materiam: modus uerò tradendi eam, & ordo dicendo
rum pertinet ad formam. Deinde cum dicit.

Epiſtolã Sanè quæ eſſe ad hebræos 3.Pars.
ſcribitur, quidam Pauli non
eſſe contendunt, eo ꝙ non ſit eius nomine
titulata, & propter ſermonis ſtilliq; diſtan-
B tiam: ſed aut Barnabæ iuſta Tertullianũ, aut
Lucæ iuxta quoſdam, vel certe Clemẽtis di
ſcipuli apoſtolorum & epiſcopi Romanæ
Eccleſiæ poſt apoſtolos ordinati. Quibus
reſpondendum eſt: ſi propterea Pauli non
erit quia eius nõ habet nomen, ergo nec ali-
cuius erit, quia nullius nomine titulatur.
Quod ſi inconueniens abſurdũq; eſt: ipſius
magis eſſe credenda eſt, quæ tanto doctrinæ
ſuæ fulget eloquio. Sed quoniam apud he-
bræorum eccleſias quaſi deſtructor legis fal
ſa ſuſpitione habebatur, voluit tacito nomi
ne de figuris legis & veritate Chriſti redde-
re rationem: ne odium nominis fronte
C prælati vtilitatem excluderet lectionis. Nõ
eſt ſane mirum ſi eloquẽtior videatur in pro
prio. i. hebræo, quã in peregrino. i. in græ-
co, quo ceteræ epiſtolæ ſunt ſcriptæ, ſer
mone.

Poſita quæſtione de neceſſitate epiſtolarum, quod per
tinet ad cauſam finalem: & de numero, quod pertinet
ad materialem. Hic, ut dicebatur, mouetur quęſtio de
Autore, quod pertinet ad efficientem. Circa quod
duo facit, primo ponitur huiuſmodi quęſtio: ſecundo
ſubiungitur dictæ quęſtionis ſolutio, ibi: Quibus reſpõ
dendum eſt.) Dicit ergo, ꝙ Epiſtolam ſanè, quæ ſcribi-
tur ad Hebręos, quidam affirmant, & contendunt, non
eſſe Pauli, eo ꝙ nõ ſit eius nomine titulata, & proptee
ſermonis ſtiliq; diſtantiam: ſed dicunt eam eſſe aut Bar
D nabę iuxta Tertullianum, aut Lucę iuxta quoſdã alios
vel certè Clemẽtis diſcipuli Apoſtolorum, & epiſcopi
Rom. eccleſię poſt Apoſtolos ordinati. Notandũ au-
tem duas difficultates tactas eſſe, quare hęc epiſtola nõ
ſit Pauli: quarum vna eſt, quia non eſt intitulata ei: alte
ra verò eſt, quia valde diſtat tam in ſermone quã in ſti-
lo hęc epiſtola ab aliis epiſtolis Pauli. Deinde cum di
cit: Quibus reſpondendum eſt.) Ponit dictę quęſtionis
ſolutionem. Ad cuius euidentiam, ſciendum, ꝙ aliquã
do argumenta peccant in materia, & recipiũt falſa: ali
quãdo peccãt in forma, & recipiũt multiplicia: aliquã
do vero nec propriè peccant in materia nec in for-
ma, ſed nõ ſunt ad propoſitũ, & nõ cõcludũt intentũ:
ſed petunt ſibi quaſdã difficultates ſolui. Tale autẽ eſt
argumentũ nunc adductũ. Nã arguere, epiſtolã ad He
bręos nõ eſt intitulata Paulo, ergo nõ eſt Pauli, nõ re-
cte arguitur intẽtũ: nã ſi bene argueretur, cũ nõ ſit inti
tulata alicui, nõ eſt alicuius. Non ergo arguit hæc

ratio

ratio epiſtolam illam non eſſe Pauli,ſed petit ſibi ſolui hanc difficultatem: Quare apoſtolus non intitulauerit ſibi hanc epiſtolam ad Hebręos,ſicut aliquas: & quare in epiſtola illa habuerit excellentiorem ſtilum, & excellentiorem modum loquēdi,quàm in aliis.Ideo ratio non concludit intentum,ſed petit ſibi duas difficultates ſolui. Ideo autor in ſoluendo rationem illā tria facit,quia primo oſtendit eam non concludere intentum. Secundo ſoluit difficultatem illam: Quare Apoſtolus ſuum nomen tacuit. Tertiò ſoluit difficultatem aliam: Quare in ea eloquentiorem ſtilū habuerit. Secunda ibi: Sed quoniam apud Hebræos.) Tertia ibi: Non eſt ſanè mirum.)Dicit ergo, quibus reſpōdendum eſt,ſi propterea epiſtola ad Hebręos,non erit Pauli,quia eius non habet nomen; ergo nec alicuius erit,quia nullius nomine intitulatur. Quod ſi inconueniēs abſurdumq; eſt,ꝙ illa epiſtola non ſit alicuius, B ſed oportet eam alicuius eſſe,ipſius Pauli magis credēda eſt eſſe,quia tanto doctrinę ſuę fulget eloquio. Deinde cū dicit:Sed quoniā.)Soluit difficultatē illā,quaꝛ epiſtola illa nō intitulaꝛ noīe Pauli,dicēs quoniā Paulus apud eccleſias Hebręorū,quadā falſa ſuſpitiōe,quaſi deſtructor legis habebatur,voluit tacito nomine in illa epiſtola de figuris legis,& de veritate Chriſti reddeꝛ rationē,ne odiū nominis frōte prælati,ideſt, ne nomē, qd Iudęi in fronte odio ſe pręferebant,vtilitatē excluderet lectionis. Notandum autem, Paulum nō fuiſſe deſtructorem legis,quia non fuiſſet imitatus magiſtrū ſuum Chriſtum,qui non venit ſoluere legem,ſed adimplere:tamen quia Iudęi male intelligebant legem, & ipſe Paulus inuehebatur contra malum illum intellectum,quem habebant de lege,ſuſpicabantur Iudęi ipſum eſſe deſtructorem legis. Deinde cum dicit: Non eſt ſane mirum.)Soluit aliam difficultatē: Quare Paulus in illa epiſtola tenuit eloquentiorem ſtilum,dicens, ꝙ ſanè non eſt mirum,ſi Paulus videatur eloquentior C in ſermone proprio,id eſt in Hebræo,q; in peregrino, ideſt in Gręco,quo ſermone gręco cęteræ epiſtolę ſcriptæ ſunt.Quia ergo epiſtolam ad Hebręos ſcripſit in proprio ſermone, cęteras autem ſcripſit in Græco, ideo in ea eloquentior apparuit. Deinde cum dicit.

Patr.4. H Mouet Etiam quoſdam,quare Romanorum epiſtola in primo ſit poſita,cum eam non primo ſcriptam ratio manifeſtet. Nam hanc ſe proficiſcentem Hieroſolymam ſcripſiſſe teſtatur,cum corinthios & alios iam ante, vt miniſterium, quod ſecum portaturus erat, colligerent, litteris adhortatus ſit. Vnde & intelligi quidam volunt ita omnes epiſtolas ordinatas, D vt prima poneretur, quamuis poſterior fuerit deſtinata,vt per ſingulas epiſtolas gradibus ad perfectiora veniretur. Romanorum nāq; pleriq; tam rudes erant,vt non intelligerent dei ſe gratia & non ſuis meritis eſſe ſaluatos:& ob hoc duo inter ſe populi conflictarent. Idcirco illos indigere aſſerit corrigi,vitia gentilitatis priora commemorās. Corinthiis autem iam dicit ſcientiæ gratiā eſſe conceſſam,& non tam omnes increpat quā cur peccantes non increpauerunt, reprȩhendit, ſicut ait: Auditur inter vos fornicatio: Et iterum Congregatis vobis cum meo ſpiritu, tradere huiuſmodi ſatanæ. In 1.co.5.a. ibidem.3.b.

A ſecanda vero laudantur,& vt magis ac magis proficiant commonentur. Galathæ vero iam nullius criminis arguuntur,niſi hoc tātum ꝙ calidiſſimis pſeudo apoſtolis crediderunt. Epheſii ſane nulla reprehenſione, ſed multa laude ſunt digni:quia fidem apoſtolicam ſeruauerunt. Philipenſes etiā multo magis collaudantur,qui nec audire quidem falſos apoſtolos voluerunt. Theſſalonicenſes nihilominus in duabus epiſtolis omni laude proſequitur:eo ꝙ non ſolum fidem inconcuſſam ſeruauerint veritatis: ſed B etiam in perſecutione ciuium fuerint conſtantes inuenti. Coloſſenſes autē tales erāt ut cum ab apoſtolo uiſi corporaliter non fuiſſent,hac laude digni haberent: Et ſi corpore inquit abſens ſum, ſed ſpiritu vobiſcū ſum,gaudens & videns ordinem veſtrum. De hebræis vero quid dicendum eſt, quorū Theſſalonicenſes qui plurimū laudati ſunt imitatores facti eſſe dicuntur,ſicut ipſe ait: Et vos fratres imitatores facti eſtis eccleſiæ eum dei,q̄ ſunt in iudea. Eadem enim paſſi eſtis & vos a contribulibus veſtris, quæ & illi a iudeis. Apud ipſos quoq; hebræos eadē C commemorat dicens: Nam & vinctis cōpaſſi eſtis:& rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis, cognoſcentes vos habere meliorem & manētem ſubſtantiā. 2.Teſ.1. Colo.2.a 1.Teſ.2.c Heb.10.f

Mouet quæſtionem de ordine epiſtolarum,quod pertinet ad cauſam formalem. Circa quod duo facit,quia primo mouet huiuſmodi quęſtionem. Secundo, ſubiūgit quęſtionis ſolutionem,ibi: Vnde intelligi volunt) Dicit ergo,ꝙ mouet etiam quoſdā dubitatio quædā, videlicet, Quare epiſtola Romanorum in primo ſit poſita loco,cum ratio manifeſtet eam primò non eſſe ſcriptam. Nam hanc epiſtolam ad Rom. teſtatur apoſtolus ſe proficiſcentem Hieroſolymam ſcripſiſſe,cū Corinthios & alios iam antea adhortatus ſit litteris,id eſt,per literas,ut colligerent miniſterium, quod ſecum Apoſtolus portaturus erat. Notandum autem,ꝙ, vt D ait Apoſtolus ad Rom.Cupiditatem habeo veniendi ad vos Rom.ex multis iam pręcedentibus annis:ſed cū in Hiſpaniā proficiſci cœpero, ꝙ pręteriens videam vos, & à vobis deducar illuc,ſi vobis primū ex parte fruitus fuero. Nunc igitur proficiſcar in Hieruſalem miniſtrare ſanctis. Ergo cum Apoſtolus ſcripſit epiſtolā ad Ro. proficiſcebatur Hieruſalē,ſed cū antea deſtinauerit aliquas epiſtolas, nō fuit epiſtola ad Ro. prius ſcripta:ſed ſi nō fuit prius ſcripta ratiōabiliter quęritur,quaꝛ in ordine epiſtolarū ſit prius poſita.Deinde cū dicit: Vn̄ intelligi volunt.)Soluit quęſtionē motā; circa quod duo facit,quia primo ponit huius ſolutionem. Secundo ſubiungit ſolutionis explicationem, ibi. Romanorum nanq;.)Dicit ergo ꝙ intelligi volūt quidā ita omnes epiſtolas ordinatas eſſe:ut prima poneretur epiſtola ad Rom. quamuis fuerit poſterior deſtinata,ut per ſingulas epiſtolas gradibus ad perfectiora veniretur. Notandum autem epiſtolam ad Rom. eſſe prius poſitam omnibus aliis,fuit tamen poſterior ordinata,& ſi nō omnibus aliis epiſtolis, ſaltem pluris C.15.

bus aliis. Notandum & vim ſolutionis huius in hoc A
conſiſtere, ꝙ epiſtolę Pauli ſic ſunt ordinatæ, ꝙ ſe ha-
bent quaſi quidam gradus perfectionis; & quia, ſi volu
mus gradatim ad perfectionem tendere, oportet ſemp
ire de minus perfecto ad magis perfectum: non ergo
ponitur prior quę fuit prior deſtinata, nec ponitur
poſterior quę poſterior: ſed quanto erãt imperfectio
res illi, ad quos deſtinabatur epiſtola, tanto epiſtola il
la obtinet priorem locum, quãto autem perfectiores,
tantò poſteriorem: & quia tũc temporis Romani erãt
imperfectiores aliis, ad quos ſunt alię epiſtolę deſtina-
tę, tenuit illa epiſtola primum locum. Deinde cum
dicit: Romanorũ namq;.) Explicat vel exponit huiuſ-
modi ſolutionem. Circa quod tria facit, quia primò
dicit, Romanos eſſe tunc rudiores & imperfectiores
aliis. Secundo exequitur de omnibus aliis epiſtolis,
oſtendẽs, ꝙ ſecundũ maiorẽ & minorẽ pfectionẽ ſunt
ordinatæ. Tertio ſpecialiter inquirit, quid cẽſendũ ſit B
de Epiſtola ad Hebręos. Secũda ibi: Corinthiis autẽ.)
Tertia ibi: De Hebræis verò quid dicendũ eſt.) Dicit er
go, ꝙ Romanorũ namq; plerięq; tã rudes erãt, vt non in
telligerent ſe Dei gratia, ſed ſuis meritis ſaluatos: & ob
hoc cõflictarẽt, ideſt, cõtenderent duo populi interſe.
Idcirco Apoſtolus, commemorans priora vitia genti
litatis, illos indigere aſſerit confirmari, iuxta illud ad
Rom. primo, Deſidero.n. videre vos, ut aliquid impar
tiar vobis gratię ſpiritualis ad confirmandũ vos. Quia
ergo à rudioribus & imperfectioribus eſt incipiendũ,
ut ad maiora & perfectiora tendamus, prior ponitur
epiſtola ad Romanos, qui quãtum ad ea, quę Dei ſunt
(ut dicitur) erant tunc temporis rudiores. Deinde cũ
dicit: Corinthiis autem.) Aſſerit ſecundum hunc mo-
dũ perfectionis eſſe ordinatas epiſtolas aliquas, ut Co
rinthii, cũ eis primo ſcripſit, aliqd pfectionis habebãt:
cum autem ſecundo eis ſcripſit, perfectiores exiſtebant
quàm prius. Ephesii verò fuerunt perfectiores Corin- C
thiis. Philippenſes perfectiores Epheſiis; & ſic per ordi
nem, prout ſunt epiſtolæ ordinatę: ſemper epiſtola po
ſterior poſita fuit, quia perfectioribus deſtinata. Poſ-
ſet ergo hęc pars diuidi in tot partes, quot ſunt epiſto
læ ad eccleſias deſtinatæ, quę in exequendo patebunt.
Primo ergo ait, Corinthiis iam ſcientię gratiã eſſe con
ceſſam, iuxta illud primæ ad Corinth. 1. Diuites fa-
cti eſtis in illo, in omni verbo, & in omni ſciẽtia (& ſub-
1. Cor. 5. dit) non tam omnes Corinthios increpat, quã cur pec
cantes non increpauerint reprehẽdit, ſicut ait: Auditur
inter uos fornicatio. Et iterum; Congregatis vobis
cum meo ſpiritu, tradere huiuſmodi Satanę in interitũ
carnis. Notandum autem Corinthios fuiſſe perfectio-
res Romanis: nam Romani erant tunc rudes, & erant
reprehenſibiles de vitiis gentilitatis: Corinthii verò iã
erant aſſecuti donum ſcientiæ, & non reprehenduntur
ab Apoſtolo de peccatis quæ ipſi fecerint, ſed reprehẽ
duntur eo quod peccantem non increpauerint. Notã D
dum etiam ut tangitur prima ad Corinth. 5. ubi dici-
tur, Auditur inter vos fornicatio; & talis fornicatio,
qualis nec inter gentes, ita ut vxorem patris ſui aliquis
habeat. Et quia talem ſic fornicantem aliquo modo
tollerauerant Corinthii, ideo reprehendit eos apoſto
lus. Et ideo ait talem hominem eſſe tradendum Sata-
næ, non in interitum ſpiritus, ſed in interitum carnis.
Ideo, & in eodem capite, ſubditur, Congregatis nobis
& meo ſpiritu, cum uirtute domini noſtri IESV Chri
ſti tradere huiuſmodi hominem Satanæ in interitum
carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit. Deinde cum dicit: In ſecũ
da vero laudantur.) Oſtendit ꝙ Corinthii, cum ſecun-
do eis ſcripſit Apoſtolus, erãt perfectiores quàm prius.
Ideo ait ꝙ in ſecũda verò epiſtola lauditur Corinthii,
&, ut magis ac magis proficiant, admonentur. Galatæ
verò erant perfectiores Corinthiis: (ideo ſubdit) ꝙ Ga
latæ nullius criminis arguuntur, niſi huius tantum, ꝙ
calidiſſimis Pſeudoapoſtolis crediderunt, iuxta illud
ad Galatas. 3. O ſẽſati Galatæ, quis vos faſcinauit nõ
obedire veritati. Epheſii verò erãt adhuc pfectiores. Id-
eo ait, ꝙ Epheſii ſanè nulla reprehenſione, ſed multa
laude ſunt digni, quia fidẽ Apoſtolicã ſeruauerunt, iu-
xta illud Ephes. 1. Et uos cũ audiſſetis verbũ veritatis,
euãgeliũ ſalutis veſtrę: in quo & credẽtes ſignati eſtis ſpi
ritu promiſſionis ſancto. Philippenſes verò adhuc pfe
ctiores exiſtebãt. Ideo ſubdit: Philippenſes multo ma-
gis collauditur, qui nec audire quidẽ falſos apoſtolos
voluerũt, iuxta illud ad Philipp. 1. Tantũ dignè euan
gelio Chriſti cõuerſamini, vt audiã de vobis, quia ſtatis
in vno ſpiritu, vnanimes, collaborãtes in fide Euãgelii.
(& ſequitur) in nullo terreamini ab aduerſariis veſtris.
Coloſenſes verò adhuc perfectiores erant omnibus ſu
pradictis. Ideo ſubdit: Coloſſenſes autẽ tales erãt, ut,
cũ ab Apoſtolo corporaliter viſi non fuiſſent, hac lau
de digni habẽtur: Et ſi corpore, inquit, abſens ſum, ſed
ſpiritu vobiſcum ſum gaudens, & videns ordinem ve-
ſtrum: ſecundum quod habetur ad Colloss. 2. Theſſa
lonicenſes vero etiam perfectiores erant omnibus Phi
lippenſibus, Ideo ait: Theſſalonicenſes nihilominus
in duabus epiſtolis omni laude proſequitur, eo ꝙ non
ſolum fidẽ inconcuſſam ſeruauerũt veritatis, ſed ẽt in
perſecutione ciuium fuerint conſtantes inuenti. Patiẽ
tes.n. Theſſalonicenſes à ſuis conciuibus & contribu-
libus tribulationem ſuſtinuerant, iuxta illud 1. Theſſ.
2. Vos.n. imitatores facti eſtis fratres eccleſiarum, quæ
ſunt in Iudæa, in Chriſto Ieſu: quia eadem paſſi eſtis, &
vos à contribulibus veſtris, ſicut & ipſi à Iudęis. Notan
dum ergo, ſecundum ea quæ hic traduntur, ſic ordina-
tas eſſe epiſtolas, ꝙ ſemper epiſtolæ deſtinatæ perfectio
ribus poſteriorem locum teneant. Deinde vltimo cũ
dicit. De Hebręis verò quid dicẽdum eſt.) Oportet cõ
uerſos de Iudęis fuiſſe perfectiores omnibus aliis, ideo
epiſtola ad Hebræos poſterior ordinatur. Quod au C
tem ſic perfecti fuerint, qui tunc ex Iudęis cõuerſi erãt,
declaratur, dicens: Quid de Hebræis dicẽdum eſt (qua-
ſi dicat, ꝙ illi perfectiores erant ceteris) quorum Theſ
ſalonenſes, qui primum laudati ſunt, imitatores facti
eſſe dicuntur: ſicut Paulus ait, Et vos fratres imitato-
res facti eſtis eccleſiarum Dei, quæ ſunt in Iudæa: eadẽ
enim paſſi eſtis & vos à contribulibus veſtris, quę et illi
à Iudęis, vt habetur prima ad Theſſ. 1. Apud ipſos quo
que Iudeos eadem commemorat dicens, Nam & vin- Heb. 10.
ctis compaſſi eſtis, & rapinam bonorum veſtrorũ cũ
gaudio ſuſcepiſtis, cognoſcentes vos habere meliorem
& manentem ſubſtantiam. Notandum autem ꝙ Theſ-
ſalonicenſes ſic ſic laudandi ſunt, quia imitabantur Iu
dęos: & ſi etiam ipſi Iudæi eodem modo laudati ſunt
de compaſſione, quia compatiebantur vinctis, & de pa
tientia, quia patienter tolerabant eos, qui deprędaban
tur ipſos, & accipiebant eorum ſubſtantiam; perfectio-
res erant Iudæi tunc conuerſi cęteris aliis. Quare ſecũ
D dum ea quæ hic tradũtur, omnino ordo epiſtolarum
videtur ſumptus eſſe ſecundum ordinem perfectionũ
ut epiſtola ad Rom. ſit prima, quia Romani (ut diceba
tur) erant tunc rudiores: & epiſtola ad Hebręos ſit ul
tima, quia Iudæi tũc conuerſi erant perfectiores: inter
medię etiã epiſtolę, ut patet per habita, ſecundum ma
iorem et minorem perfectionem ordinantur

Prologus ſpecialis.

ROmani ſunt, qui ex iudæis &
gentibus crediderunt. Hi ſu-
perba contentione volebant
ſe alterutrũ ſuperponere. Nã
iudæi dicebãt, Nos ſumus po-
pulus dei quos ab initio dilexit & fouit nos

circuncisi ex genere Abraam ſancta deſcē- A
dimus ex ſtirpe & notus retro apud Iudæā
tātū Deus, nos de Aegypto ſignis dei & vir
tutibus liberati, mare ſicco pertranſiuimus
pede, cum inimicos noſtros grauiſſimi flu-
ctus inuoluerent. Nobis pluit manna domi-
nus in deſerto: & quaſi filiis ſuis cœleſte pa-
bulū miniſtrauit. Nos die noctuq; in colū-
na nobis igniſq; præceſſit: vt nobis in inuio
iter oſtēderet. Atq; vt cetera eius circa nos
immēſa beneficia taceamus: nos ſoli digni
fuimus dei legem accipere, & vocem dei lo-
quentis audire, eiuſq; cognoſcere volunta- B
tem. In qua lege nobis promiſus eſt Chri-
Mat.15.c ſtus, ad quos etiam ipſe ſe veniſſe teſtatus ē
dicens, Non veni niſi ad oues quæ perierāt
domus iſrael, cum vos canes potius quàm
homines appellauerit. Equūne ergo eſt vt
idola hodie deſerentes quibus ab initio de-
ſeruiſtis nobis comparemini: & nō potius
in proſelytorum locum ex legis autoritate
& conſuetudine deputemini? Et hoc ipſum
non merebamini, niſi quia larga ſemper dei
clementia voluit vos ad noſtram imitatio-
nem admittere. Gentes etiam econtrario re
pondebant. Quanto enim maiora erga vos C
dei beneficia narraueritis, tāto maioris vos
criminis reos eſſe mōnſtrabitis. Semper. n.
Exo.14.g his omnibus extitiſtis ingrati. Nā ipſis pe-
dibus quibus aridum mare tranſiſtis, ludeba
tis āte idola quæ feciſtis: & ipſo ore quo pau
loante ob necem aduerſariorum domino cā
taueratis, ſimulacra uobis fieri popoſciſtis,
illis oculis quibus venerando deum in nu-
be uel igne conſpicere ſolebatis, ſimulacra
ituebamini. Māna quoq; vobis faſtidio fuit,
& ſemper in deſerto contra dominum mur
muraſtis, ad Aegyptū vnde vos manu vali
dā eiecerat redire cupientes. Quid plura? D
Nu.14.d Ita patres veſtri crebra prouocatione domi
num irritauerunt vt omnes in Eremo mo-
rerentur, nec plus ex ſenioribus eorum quā
duo homines terrā repromiſſionis intrarēt.
Sed quid antiqua replicamus, cum etiam ſi
illā minime feciſſetis, de hoc ſolo nemo uos
dignos venia iudicaret, ꝙ dominum Chri-
ſtum prophetarum ſemper vobis vocibus
repromiſſum nō ſolum ſuſcipere noluiſtis,
ſed etiam morte peſſima peremiſtis? Quem
ut nos cognouimus ſtatim credidimus, cū
nobis de eo antea non fuerit prædicatum.
Vnde probatur ꝙ idolis ſeruiuimus, nō ob-
ſtinationi mentis, ſed ignorantiæ deputan-
dum. Qui enim cognitum illico ſequimur
olim vtiq; ſequeremur, ſi antea cognouiſſe-
mus. Sic autem vos de generis nobilitate
iactatis, quaſi non morum imitatio magis
q̄ carnalis natiuitas filios vos faciat eſſe
ſanctorum. Deniq; Eſau & Iſmahel cum
de ſtirpe ſint Abrahæ, minime tamen in fi-
lios reputantur.

Expoſito prologo, qui deſeruit vniuerſaliter omnibus
Epiſtolis, exponemus etiam & hunc prologum qui ſpe
cialiter deſeruit epiſtolę ad Romanos. Traditur autē
in hoc prologo quid mouerit Apoſtolum ad ſcriben-
B dum epiſtolam ad Romanos. Quia enim inter Roma
nos conuerſos ad fidem aliqui erant Iudæi, & aliqui Gē
tiles, erat magna contentio & rixa inter eos, quia Iudęi
Gentilibus, et Gentiles Iudæis ſe mutuo præfere-
bant; quod videns Apoſtolus ſcripſit epiſtolam ad
Romanos, reducens eos ad concordiā et pacem, oſten
dens ꝙ neutri debeant ſe iactare, neutri aliis debeant ſe
ſuperferre. Totus ergo iſte Prologus diuiditur in duas
partes: quia primò oſtenditur quomodo Iudęi & Gen-
tes adinuicem contendebant. Secundo declaratur
quomodo Apoſtolus, hāc contentionem cernens, eos
ad concordiā reuocabat, ibi: His taliter altercantibus.
Circa primum duo facit, quia ponitur primo Iudęo-
rum & Gentium cōtentio: Secundo ſubiungitur illius
contentionis explicatio, ibi: Nam Iudæi dicebant.)
Dicit ergo ꝙ Romani ad quos ſcripſit Apoſtolus ſunt
illi, qui ex Iudęis & Gentibus crediderunt; Hi videlicet
tam Iudęi quam Gentiles quadam ſuperba contentio-
ne volebant ſe alterutrum ſuperponere. Deinde cum
C dicit: Nam et Iudęi.) Explicat & oſtendit qualiter hu-
iuſmodi rixa & cōtētio naſcebatur. Circa quod duo
facit, quia primò oſtendit quomodo Iudęi ſe iactabāt
& quomodo ex illa iactantia ſe Gentibus præferebāt.
Secundo declarat, quomodo Gentes Iudæos increpa
bant, & quomodo ad illas iactantias reſpondebāt, ibi:
Gentes autem e contrario reſpondebant.) Circa primū
duo facit, quia primo oſtendit quomodo Iudęi ſe iacta
bant; ſecundo quomodo ex illa iactantia ſe Gentibus
pręponebant, ibi: Aequum ne ergo eſt.) Circa primum
tria facit, ſecundum ꝙ Iudęi tripliciter ſe iactabant. Ia
ctabāt enim ſe Iudæi primo de Dei dilectione, quia eos
Deus, vt dicebant, amplius dilexit. Secūdo de tempora
lium bonorum donatione, quia Deus eis maiora bo
na temporalia tribuit. Tertio ſe iactabant de ſpiritua
lium bonorum collatione, quia eis Deus maiora bona
ſpiritualia contulit. Secunda ibi: Nos de Aegypto ſi-
D gnis.) Tertia ibi. Atq; vt cętera eius.) Ad euidētiā pri
mæ partis ſciendum ꝙ Iudæi ſe iactabant de dilectione
Dei tripliciter. Sed, quantum ad præſens ſpectat,
colligitur ꝙ aliquis ab aliquo diligitur, primo ſi faciat
ipſum de ſua familia: ſecundo ſi det ei ſua arma & ſua in
ſignia; tertio ſi ei reuelet ſua ſecreta, & ſua iudicia. Iſto
triplici modo ſe iactabant Iudæi de Dei dilectione. Pri
mo quia dicebāt ꝙ erāt populus peculiaris: & per hoc
videbātur eſſe de ſua familia. Ideo ait, ꝙ Iudęi dicebāt,
Nos ſummus populus Dei, quos Deus ab initio dilexit
& fouit, iuxta illud Deut. 7. Te elegit dominus Deus
tuus, ut ſis ei populus peculiaris, præ cunctis populis
qui ſunt ſuper terram. Secundo ſe iactabant de Dei di
lectione, quia portabant eius inſignia, quia erant circū
ciſi: nam circumciſio fuit quoddam inſigne ſignaculum
à deo Abrahæ datum. Et quātum ad hoc ſubdit quod
dicebant Iudæi, Nos circuncisi ex genere Abraam, ex
ſtirpe ſancta deſcendimus. Tertio ſe iactabant Iudęi
de Dei dilectione, quia nota erant eis diuina ſecreta, &
quantum ad hoc dicitur, Notus tantum apud Iudęam

Deus. Dicitur.n.Deus notus Iudęis, quia reuelauit eis ſeipſum & ſecreta ſua, iuxta illud Ps.147. Nõ fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis. Iactabãt ſe ergo Iudęi de Dei dilectione, tũ quia erãt põpulus peculiaris & erant de Dei familia: tũ quia erant circumciſi & portabant diuina inſignia: tum etiã quia notus in Iudęa Deus, & reuelata erãt eis diuina iudicia. Deinde cũ dicit: Nos de Aegipto.) poſtq̃ oſtendit quõmodo Iudęi ſe iactabant de Dei dilectione, quia eos plęne dilexit: oſtendit nunc quomodo ſe iactabãt de tẽporalium bonorum acceptione, quia Deus eis tẽporalia bona excellenter tribuit. Ad cuius euidentiam, ſciendum ꝙ inter alia temporalia bona, quantum ad pręſens ſpectat, triplicia ſunt, quæ homines reputare cõſueuerunt. Primum eſt inimicum deuincere. Secundum eſt in neceſſariis non deficere. Tertium eſt in itinere non errare. Iudæi itaq; volentes ſe iactare; ꝙ Deus temporaliter eis maiora beneficia dederat, primo ſe iactabant, ꝙ inimicos ſuperauerant. Et quantũ adhoc ait: Nos de Aegypto ſignis Dei & virtutibus liberati mare pertranſiuimus ſicco pede, cum inimicos noſtros grauiſſimi fluctus inuoluerent, iuxta illud Exodi. 14. Ingreſſi ſunt filii Iſrael per medium maris ſicci. Et ſequitur in eodem cap. ꝙ fugientibus Aegiptiis occurrerũt aquæ, & inuoluit eos dominus in mediis fluctibus. Secũdo iactabant ſe Iudæi, ꝙ non permiſit eos Deus in neceſſariis victualibus deficere, & quãtum ad hoc ſubdit: Nobis Mãna pluit dominus in deſerto, & quaſi filiis ſuis nobis cœleſte pabulum miniſtrauit, iuxta illud Exodi. 16. vbi de Manna dicitur, Iſte eſt panis, quẽ dedit nobis dominus ad veſcendum. Tertio ſe iactabant Iudæi, ꝙ dominus ductor eorum fuit, & non permiſit eos in via errare: & quantũ ad hoc ait, Nos die noctuq; Deus in columna nubis, ignisq; pręceſſit, vt nobis in inuio iter oſtenderet, iuxta illud Exodi. 13. Dominus autem pręcedebat eos ad oſtendendam viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis. Deinde cum dicit: Atq; ut cætera.) Oſtendit quomodo Iudęi ſe iactabant de ſpiritualium bonorum acceptione, dicentes ꝙ Deus eis magna bona ſpiritualia dederat: & quantum ad hoc tripliciter ſe iactabant, primo quia Deus eis legem dederat, per quam poterant in ſpiritualia bona tendere, & quantum adhoc ait, Nos ſoli digni ſumus legem dei accipere, ut habetur Exodi. 20. Secũdo ſe iactabãt ꝙ vocem Dei audierant, ut poſſent ſpiritualia bona cognoſcere, & quantum ad hoc ſubdit: Digni ſumus vocem Dei loquentis audire, eiuſq; cognoſcere voluntatem, iuxta illud Exodi. 20. Cunctus autẽ populus audiebat voces & lampades, & ſonitum buccinæ, montemq; fumantem. Tertio ſe iactabant ꝙ Chriſtus in lege promiſſus, ad eos ſpecialiter miſſus fuit, vt eis ſpiritualia bona donaret: & quantum ad hoc ait, ꝙ in lege nobis promiſſus eſt Chriſtus, ad quos & ſe veniſſe ipſe teſtatus eſt, dicens, Non ueni niſi ad oues, quæ perierunt domus Iſrael, cum vos canes potius quàm oues appellauerit. Notandum autem ꝙ in lege repromiſſus eſt Chriſtus, iuxta illud Deut. 18. Prophetam de gente tua & de fratribus tuis ſicut me ſuſcitabit tibi dominus deus tuus. Notandum etiam, ꝙ dominus ſpecialiter teſtatur ſe veniſſe ad oues, quę perierant domus Iſrael, iuxta illud Matthęi. 15. Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael. Notandum etiã ꝙ Dominus Gentiles viſus eſt appellare canes, iuxta illud Matth. 15. Non eſt bonum ſumere panem de manu filiorum, ideſt, Iudęorum, & mittere Canibus, ideſt Gentilibus. Deinde cũ dicit: Aequum ne eſt.) Poſtquã oſtẽdit quomodo ſe iactabant Iudæi, nunc oſtẽdit quomodo ex illa iactantia ſe Gentibus pręferebant dicens: Æquum ne eſt ergo ꝙ vos gentiles nunc in procinctu deſerentes Idola, quibus ab initio deſeruiſtis comparemini, ideſt æquemini nobis, & non potius ex autoritate legis & conſuetudine non deputemini in locum

A Proſelytorum: quaſi dicerent ꝙ vos Gentiles debetis comparari ad nos ſicut Proſelyti olim comparabãtur ad filios Abrãę. Addebãt etiam Iudæi contra ipſos Gẽtiles, dicentes, ꝙ hoc ipſum ꝙ ſitis noſtri Proſelyti, non merebamini, niſi ꝙ larga Dei clementia ſemper voluit vos ad noſtram imitationem admittere. Notãdum autem ꝙ Proſelytus dicebatur ille, qui ex nouo erat conuerſus ex gentibus ad fidem Iudęorum. Talis autem inter Iudęos non merebatur eſſe principalis, ſed debebat eſſe Iudæorum imitator & aſſecutor. Sic ergo Iudæi arguere volebant contra Gentiles, ꝙ ipſi ad fidẽ Chriſti cõuerſi non debebant nec principales nec æquales, ſed quaſi debebant eſſe Proſelyti & imitatores eorum. Et hoc ipſum ꝙ eſſent ſic Proſelyti, vt dicebant Iudæi, Gentes non merebantur: ſed ex larga Dei clementia, ꝙ tales eſſent, erat eis collatum. — Proſelytus

Deinde cum dicit: Gentes etiam e contrario reſpõ-
B debant.) Oſtendit quomodo reſpondebant Gentiles ad huiuſmodi Iudæorum iactantias, & quomodo eos increpabant: Circa quod, tria facit, quia primo oſtendit, quomodo Gentiles reſpondebant, & Iudęos increpabant. Secundo declarat quomodo ex huiuſmodi increpationẽ Gentiles ſe excuſabant. Tertio manifeſtat quomodo Gentiles cuidam tacitæ obiectioni reſpondebant. Secunda ibi: Quẽ ut nos cognouimus.) Tertia ibi: Si autem vos de generis nobilitate.) Circa primum tria facit, ſecundum ꝙ Gentiles Iudæos triplices increpabant. nam primo increpabant eos de voluntate ingrata, ſecũdo de pœna inflicta, tertio de malitia perpetrata. Secunda ibi: Quid plura? ita patres veſtri.) Tertia ibi: Sed quid antiqua replicamus.) Cõtinuetur autem ſic: Iudæi ſe ſic de Dei beneficiis iactabant: ſed Gentes e contrario reſpondebant, & eos increpabant, dicentes: Quanto maiora erga vos beneficia
C narraueritis, tanto maioris criminis reos vos eſſe monſtrabitis. Nam ſemper vos Iudęi his omnibus beneficiis extitiſtis ingrati: nam ipſis pedibus, quibus aridum mare tranſiſtis, ludebatis ante Idola, quę feciſtis, iuxta illud Exodi. 32. Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexit ludere. Et ipſo ore, quo paulo ante ob necẽ aduerſariorum Domino cantaueratis, ſimulacra vobis fieri popoſciſtis, iuxta illud Exodi. 32. Videns autẽ populus ꝙ deſcendendi moram feciſſet de monte Moyſes, cõgregatus aduerſus Aaron, ait: Surge fac nobis Deos, qui nos præcedant, (Et ſequitur) illis eiſdem oculis, quibus Deum in venerãda nube, & venerando igne, cõſpicere ſolebatis, ſimulacra intuebamini, iuxta illud ꝙ inducebatis populum ad intuenda Idola, dicentes, Hi ſunt Dii tui, Iſrael, qui eduxerunt te de terra Aegypti. (Et ſequitur:) Manna quoq; vobis faſtidio fuit, & ſemper contra Dominum in deſerto murmuraſtis; iuxta illud Numeri, vndecimo: Quis dabit nobis ad veſcendum carnes? Recordamur piſcium, quos comedebamus in Aegypto gratis: in mentem nobis veniunt cu-
D cumeres, & pepones, porriq;, & cępe, & allia. Anima noſtra arida ẽ. nihil aliud reſpiciunt oculi noſtri niſi Mã. Faſtiditi enim erant de Manna, & murmurantes contra Deum, de cibariis aliis ſaturari cupiebant. (Sequitur in littera:) Ad Aegyptum, vnde vos manu valida Dominus eiecerat, redire cupientes, iuxta illud numeri. 14. Nonne melius eſt reuerti in Aegyptum? Deinde cũ dicit: Quid plura?) Poſtquã Gentiles increpauerunt Iudæos de voluntate ingrata, increpãt eos nunc de pœna eis à Deo inflicta, dicentes: Quid plura? ita patres veſtri crebra prouocatione Dominum irritauerunt, vt omnes in Eremo morerentur: nec plus ex ſenioribus eorum, quàm duo homines terram repromiſſionis intrarent. Notandum autem ꝙ hi duo, qui intrauerunt terram repromiſſionis fuerunt Caleb & Ioſue, iuxta illud Numeri. 26. Prædixerat enim Dominus ꝙ omnes morerentur in ſolitudine; nulluſq; remanſit ex eis, niſi Caleb filius Iephone, & Ioſue filius Nun. Deinde cum — Ex. 32.

dicit:

dicit: Sed quid antiqua.) Oſtendit quomodo Gentiles increpabant Iudæos, non ſolum ex volũtate ingrata, & ex pœna inflicta, ſed etiam ex malitia perpetrata, dicens, ꝙ dicebãt Gentiles cõtra Iudęos: Quid antiqua replicamus? Cum & ſi illa minimè feciſſetis, de hoc ſolo, nemo vos dignos venia iudicaret, ꝙ Chriſtũ Dominum, vobis ſemper Prophetarũ vocibus repromiſſum, non ſolum ſuſcipere noluiſtis, ſed & morte peſſima, id eſt, turpiſſima peremiſtis, id eſt, condemnaſtis, iuxta illud Sapientiæ. 2. Morte turpiſſima condemnemus eum. Notandum autem vim rationis Gentilium in hoc conſiſtere, ꝙ quanto maiora beneficia à Deo receperant, tanto peiores eſſe monſtrabantur, tũ quia ſemper ingrati fuerant, tum quia Deus eis maximam pœnam inflixerat, tum etiam, quia in condemnando Chriſtum, maximam culpam perpetrauerant. Deinde cum dicit: Quem vt nos cognouimus.) Oſtenſo, quomodo Gentiles Iudæos increpabãt, oſtendit nunc quomodo Gentiles ſe ipſos excuſabant. B Dicebant enim Gentiles, ipſum Chriſtũ vt nos cognouimus ſtatim credidimus, cum nobis de eo, id eſt, de Chriſto antea non fuerit prędicatum: Vnde probatur, ꝙ ſi Idolis ſeruiuimus, non eſt deputandũ obſtinationi mentis, ſed ignorantiæ. Nam nos Gentiles, qui Chriſtum illico, id eſt, ſtatim ſequimur, olim vtiq; ſequeremur, ſi antea cognouiſſemus. Deinde cum dicit: Si autem vos de generis nobilitate.) Oſtenſo quomodo Gentiles Iudęos increpabant, & quomodo ſe excuſabant, oſtẽdit nunc quomodo cuidam obiectioni tacitæ reſpõdebant. Poſſent enim Iudæi dicere: ſaltem in hoc ſumus p̄ſtantiores & meliores vobis, quia ſumus Abrahæ filii. Ad quod Gẽtiles reſpondebant, dicentes: Si autem vos Iudęi de generis nobilitate iactatis, quaſi non morũ imitatio magis quàm carnalis natiuitas filios uos faciat ſanctorũ: C deniq; Eſau & Iſmahel, cum de ſtirpe ſint Abrahę, minime tamen inter filios reputantur. Notandum autẽ ꝙ non ſecundum carnem, ſed ſecundum ſpiritum accipienda eſt generatio Abrahę. Vnde dictũ eſt Abrahę, Gen. 21. In Iſaac vocabitur tibi ſemen. Non ergo in Eſau nec in Iſmahel: quia illi ſecundum carnem filii erant, nec figurabant ſpiritualem generationem, ſicut ſignificabat Iſaac. Deinde cum dicit.

His taliter altercãtibus r apoſtolus ſe medium interponens ita partium dirimit quæſtiones vt neutrum eorum ſua iuſtitia ſalutem meruiſſe confirmet, ambos vero populos & ſcienter & grauiter deliquiſſe. Iudæos quidem ꝙ per præuaricationẽ legis deum inhonorauerint, gentes vero ꝙ cũ cognitũ đ creatura creatorẽ vt Deũ debuerint venerari, gloriã eius in manufacta mutauerint ſimulacra. Vtroſq; etiã ſimiliter ueniã cõſecutos, æquales eſſe veraciſſima ratiõe đmonſtrat, præſertim cũ in eadem lege prædictum ſit, & iudæos & gentes ad Chriſti fidem vocandos eſſe oſtendat. Quãobrem viciſſim eos humilians, ad pacem & concordiam cohortatur.

Poſtq̃ oſtenſum eſt quomodo Gẽtiles & Iudęi ad inuicem contendebant, hic oſtendit, quomodo Apoſtolus eos ad pacem & concordiã reuocabat. Circa quod duo facit, quia primo oſtendit, ꝙ Apoſtolus probat neutros eſſe ſuperiores. Secundo probat vtroſq; eſſe pares; ex quibus duobus pax & concordia generari debet. Nam ſi tanta contentio erat, quia alteri ſe alteris præferebant, oſtenſo, ꝙ neutri ſunt ſuperiores, & ꝙ A vtriq; ſunt pares, ceſſabit materia litigii. Secunda pars incipit ibi: vtroſq; etiam.) Oſtendit autem neutros eſſe ſuperiores quadrupliciter, primo quia neutri poterant gloriari de meritis, ſecundo quia vtriq; erant ſubditi peccatis, tertio quia Iudęi legem præuaricauerũt, quarto quia Gentiles potius creaturam q̃ creatorem coluerunt. Secunda pars incipit ibi: Vtroſq; etiam ſimiliter.) Oſtendit ergo primo neutros alteris eſſe ſuperiores, quia neutri poſſũt gloriari de meritis: & quãtum ad hoc ait His. ſ. Iudæis & Gẽtilibus taliter altercantibus, Apoſtolus ſe medium interponens, ita partium dirimit quęſtiones, vt ipſe Apoſtolus confirmet neutros eorum ſua iuſtitia meruiſſe ſalutem: ergo neutri erant ſuperiores, quia neutri poterant gloriari de meritis. Secundo, neutri erãt ſuperiores, quia vtriq; grauiter deliquerant, & vtriq; erãt ſubditi peccatis: & quantum ad hoc ſubdit: Ambos verò populos, id eſt, Iudæos & Gentiles aſſerit Apoſtolus & ſcienter & grauiter deliquiſſe. B Tertio, non erat ibi ſuperioritas, quãtum ad Iudæos, quia legem pręuaricauerant: & quantum ad hoc ait, ꝙ Iudæi quidem per pręuaricationem legis Dominum inhonorauerint. Quarto, oſtendit, ꝙ non eſt ibi ſuperioritas, quantum ad Gentiles, quia ipſi potius creaturam q̃ creatorem coluerunt: & quantum ad hoc ait, Gentes verò, ꝙ cum Creatorem cognitum de creatura, id eſt, ex creatura & per creaturam debuerint ut Deum venerari, gloriam creatoris mutauerunt in ſimulacra manufacta, iuxta illud ad Rom. primo: Mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & ſerpentium. Deinde cum dicit: Vtroſq; etiam ſimiliter.) Oſtenſo quomodo Apoſtolus reuocat Iudæos & Gentiles ad concordiã, ꝙ non debeant ſe iactare quia neutri ſunt ſuperiores; C oſtendit ꝙ non debeant ſe iactare, quia vtriq; ſunt pares: Quod dupliciter probat, primo, quia ſunt ſimiliter veniam conſecuti; ſecundo, quia ſunt ad eandem fidem Chriſti vocati. Continuetur autem ſic, non ſolũ probat Apoſtolus Iudæos & Gentiles pacem habere, quia neutri ſunt ſuperiores; ſed etiã, vt pacem habeãt, demonſtrat veriſſima ratione vtroſq; eſſe æquales, & ſimiliter veniam conſecutos. Et præſertim vtroſq; probat eſſe primo æquales, cum oſtẽdit in eadem lege prędictũ eſſe Iudęos & Gentes ad fidẽ xpi uocãdos: & quia ad eandẽ fidẽ vocati ſunt, & ſimiliter ſunt veniã conſecuti, neutri ſunt ſuperiores, ſed vtriq; ſunt pares. Quãobrẽ ergo Apoſtolus viciſſim eos, id eſt, tam Iudæos, quàm Gẽtiles humiliãs, ipſos ad pacem & concordiã cohortatur.

ARGVMENTVM.

D ROMANI ſunt in partibus Italiæ. Hi præuenti ſunt à falſis Apoſtolis: & ſub nomine domini noſtri Ieſu Chriſti in legem & Prophetas erant inducti. Hos reuocat Apoſtolus ad veram, et euangelicã fidẽ, ſcribens eis à Corintho.

EXpeditis prologis, reſtat exponere argumentum. Ad cuius euidentiam ſciendum ꝙ Argumentum ſecundũ Hugonem tripliciter poteſt ſumi. Vno modo ſumitur, ut ſumunt Logici: & ſic argumentum, ut dicit Boetius in primo Topicorum Cic. eſt ratio rei dubię faciens fidem. Secundo modo ſumitur Argumentum, vt auctores Tragœdiarũ, & Comœdiarũ facientes Poemata & verſus in laudem & vituperium, quædam fictitia proponebant, & illa fictitia Argumenta vocabant. Vnde & Hugo ait, ꝙ res ficta dicitur Argumentũ. His

duobus modis præmiſsis, Tertio modo Argumentũ, vt ait Hugo, idem ſonat, quod opus peruium, in quo tota materia ſequentis operis prælibatur, & ſic ſumitur hic Argumentum, quia in his breuibus verbis prælibatur materia in quadam generalitate totius Epiſtolæ ad Rom. ſecundum hoc ergo dicitur Argumentũ quaſi Argutum, id eſt, callidum inuentum: Nam argutia idem eſt quod aſtutia & calliditas. Secundum hoc ergo exponẽda eſt litera Argumenti, ꝙ Romani ſunt in partibus Italiæ. Hi præuenti ſunt à falſis prophetis; quia eis primo Pſeudoprophetę prædicauerant. Et ſub nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti in legem & prophetas erant inducti. Hos, ſupple, adinuicem contendentes & rixantes, vocat Apoſtolus ad veram & euãgelicam fidem, & per cõſequens ad concordiam & pacem, ſcribens eis hanc epiſtolam à Corintho. Dubitaret forte aliquis, quia uidetur hic eſſe diſcordia in textu huiuſmodi Argumenti, cum in aliquibus libris cõtineatur ꝙ ſcripſit hanc epiſtolam à Corintho, in aliquibus vero, ꝙ ab Athenis. Dicendum ꝙ Magiſter hãc B quæſtionem mouet in gloſis, aſſignans diſcordiam inter Aymonem et Origenẽ. d. Aymonẽ dicere, Apoſtolum ſcripſiſſe hãc epiſtolã ab Athenis, Origenes verò à Corintho: quam diſcordiam ſic magiſter cõcordat, dicens, ꝙ Apoſtolus partem huius Epiſtolæ ſcripſit Athenis, ſed Corinthi perfecit ipſam, & eam Romanis deſtinauit. Ergo quantum ad intentionem Epiſtolæ miſſa eſt ab Athenis, ſed quantum ad cõplementum miſſa eſt à Corintho.

LECTIO PRIMA.

CAP. I.

PAVLVS Seruus IESV Chriſti, vo- C catus Apoſtolus, ſegregatus in Euangelium Dei: quod ante promiſerat p̃ Prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis de filio ſuo.

OMNES Epiſtolę Pauli, quarum expoſitionem intendimus, ſecundum communem diuidendi modum, diuidere poſſumus in tres partes, ſecundũ tres linguas quibus ſcripſit. Scripſit enim Latinis, Gręcis, & Hebręis. Prima pars continet vnam epiſtolam, videlicet, ad Romanos. Secunda pars continet duodecim epiſtolas: duodecim enim ſunt epiſtolę diſtinatæ Gręcis. Tertia autem pars, in qua ſcribitur Hebręis, unã epiſtolam continet. Sunt enim in numero quatuorde- D cim epiſtolę: vna Latinis, duodecim Græcis, & vna Hebræis. Prætermiſſis aliis epiſtolis, diuidamus epiſtolam ad Romanos, quã poſſumus diuidere in quatuor partes: quia primo ponitur Salutatio: ſecundo ſubiungitur Gratiarum actio: tertio ſubinfertur Romanorum increpatio: & quarto concluditur Epiſtolę conſumatio. Secunda ibi: Primum quidem gratias ago.) Tertia ibi: Reuelatur enim ira Dei.) Quarta ibi, in fine epiſtolę: Ei autem qui poteſt confirmare.)

Primo ergo, ut videamus qualiter Epiſtola ſit competenter diuiſa, videndum eſt, Quare fuit neceſſe in Epiſtolis ſalutationem præmittere, & quomodo partes aliæ ſunt acceptæ. Ad quod aliquis forte reſponderet, ideo conſuetum eſſe ꝙ in epiſtolis ſalutatio prę mittatur, ut deſtinans epiſtolam optet aliquam ſalutẽ vel aliquod bonum ei cui epiſtola eſt directa. Sed ſecundum hoc non videretur ꝙ magis deberet poni ſalutatio in principio quàm in fine, immò forte ma- A gis in fine q̃ in principio, quia ſalus & bonum finale ſunt ea quæ vltimo experuntur, ad quæ alia ordinantur. ſecundũ hoc ergo & Apoſtolus Paulus illa eadẽ bona, quæ optat Romanis in principio huius epiſtolæ, dicens, Gratia vobis & pax à Deo patre noſtro, optat & circa finem, dicens, Gratia dñi nri Ieſu chriſti ſit cum omnibus vobis, amen. Quòd ſi dicatur, ideo ſalutationem præmittendam eſſe, nõ propter hoc principaliter, vt bonum aliquod optetur ei, cui epiſtola deſtinatur; quia hoc in qualibet parte epiſtolæ fieri poſſet, & maxime in fine fieri deberet: ſed propter hoc ſalutatio in epiſtola præmittitur, vt captetur beniuolentia cui epiſtola deſtinatur, qua captata, ille placidius verba ſuſcipiat. Sed ſi ſic dicimus, non differret ſalutatio ab exordio, nam in exordio debet captari beniuolentia, vel laudari perſona, vel aliquid aliud tale debet agi, quod propoſito negotio cõpetat. Sed, cum epiſtola contineat ſalutationem, exordium, narrationem & cetera talia, oportet cuilibet horum ali- B quid proprium aſsignare, ad quod inſtitutum ſit. Sciẽdũ ergo, ꝙ in epiſtolis ita videtur ſe habere ſalutatio, ſicut Titulus in libris. Poſſunt. n. ex vna & eadem re plures vtilitates aſsignari, oportet tamen dare vnum aliquid ad quod ſit principaliter inſtituta. Poſſumus enim ex ſalutatione beniuolentiam captare, vel perſonam commendare, vel aliqua huiuſmodi facere, nõ tamen videtur ad hoc principaliter inſtituta ſalutatio, ſed exordium. Oportebat enim Epiſtolam habere titulum & intitulatam eſſe: & quia per modum ſalutationis videbatur hoc competentius fieri, vt perſona mittens ſe haberet quaſi ſalutans, perſona miſſa quaſi ſalutata: inde factum eſt, ꝙ ſalutatio in epiſtola Tituli locum acciperet: ſicut enim aliquando intitulatur liber ab eo qui fecit illũ, vt liber Porphyrii, quia ab eo ſit editus: aliquando ab eo propter quem eſt factus, vt Timæus, qui editus à Platone, à Timæo C eius diſcipulo nomen accepit: ſic & epiſtolam oportet alicui intitulatam eſſe. Intitulatur enim nomine mittentis, & nomine illius cui ſit miſſio: & quia hæc nomina in ſalutatione exprimuntur, bene dictũ eſt, ꝙ ſalutatio titulo correſpondet. Secundum hoc itaq; declarare poſſumus qualiter accipiendæ ſunt partes, in quas diuiſa eſt epiſtola ad Romanos. Nam ſicut in aliis libris, quatuor per ordinem ſe habent, ſic illa quatuor poſſumus ad quatuor partes huius epiſtolæ adaptare. In libris bene ordinatis, primo ponitur Titulus, ſecundo ponitur proemium, tertio executio vel Tractatus, quarto & vltimo ponitur Epilogus. Sic, cũ in hac epiſtola (vt dictum eſt) contineantur quatuor, videlicet, Salutatio, Gratiarum actio, Romanorum inquietatio vel litigiorum ſedatio, & Epiſtolæ conſumatio, ſi bene conſideremus quæ dicuntur hmõi quatuor, illis quatuor cõreſpõdẽt. Nã ſalutatio ſe habet D loco Tituli, gratiarum actio (ut apparebit) ſe habet loco Proemii, Romanorum increpatio vel litigiorum ſedatio ſe habet loco Tractatus & ſicut executio negotii, conſummatio verò epiſtolæ ſe tenet loco Epilogi. Partes autem, vbi incipiũt, ſunt ſupra aſſignatæ. Prima ergo pars huius epiſtolæ eſt ſalutatio, quæ ſe habet loco Tituli. Secundum hoc ergo poſſumus partem primam dupliciter diuidere, primo vt eſt ſalutatio, ſecundo vt tenet locum tituli: prout autem eſt ſalutatio, vt cõmuniter ponitur, pars prima diuiditur in tres partes, quia primo ponitur perſona ſalutans, ſecundo ponuntur perſonæ ſalutatæ, & tertio ponitur ſalutationis forma. Secũda ibi: Omnibus qui ſunt Romæ.) Tertia ibi: Gratia nobis & pax.) Verum, quia hæc ſalutatio & in fine epiſtolæ ſiet, vt cuilibet reddatur quod ſuum eſt, & vt finis & principium ſint diſtincta omnino, videtur congruum diuidere hanc ſalutationem, prout ſupplet intitulationis vicem. Propter quod ſciendum, ꝙlicet aliæ epiſtolæ communiter in

titulentur à duobus, videlicet, à perſona mittente, &
à perſona cui fit miſsio; hæc autem intitulatur à qua-
tuor: nam Apoſtolus græcè idem ſonat quod miſſus
latinè. oportet ergo hanc epiſtolam Pauli intitulari
& à perſona Pauli, quæ mittit: & à negotio propter
quod mittitur: & à Dei filio à quo mittitur: & à popu-
lo Romano quorum ſe vocat Apoſtolum, & ad quẽ
hæc epiſtola mittitur. Hæc itaq; ſalutatio, quæ tenet
locũ Tituli, eſt quadrifariam diuiſa. Nam primo de-
ſcribitur perſona Pauli quæ mittit, ſecundo negotiũ
propter quod mittitur, tertio Dei filius à quo mitti-
tur, quarto & vltimo deſcribuntur ipſi Romani ad
quos eſt hæc epiſtola deſtinata. Secunda ibi. Quod an
te promiſerat.) Tertia ibi: Qui factus eſt ex ſemine.)
Quarta vero ibi, Omnibus qui ſunt Romæ.)

Primo ergo deſcribitur perſona Pauli, quæ, ſecun-
dum quod Magiſter innuit, quadrupliciter commen
datur. Primo à nominis nobilitate, cum dicitur, Pau-
lus: eſt enim Paulus nomen nobile & laudabile. Secun
do commendatur à conditionis dignitate, cum ſub-
iungitur, Seruus Ieſu chriſti: nam, cum ſeruire Deo re
gnare ſit, valde eſt digna & laudabilis hæc cõditio tan
ti domini eſſe ſeruum. Tertio commendatur eius per
ſona ab auctoritate cum adnectitur, Vocatus apoſto
lum, & eſſe eius miſſum, & eſſe legatum eius. Quarto
& vltimo commendatur ab officii ſublimitate, & hoc
cum ſubinfertur, Segregatus in euangelium Dei: Se-
gregatus enim erat in Dei euangelium Gentibus præ
dicandus, in quo officii ſublimitas denotatur. Notan
dum autem ꝙ aliquando contingit aliqua nomina
eſſe inuenta in vna lingua, quibus vtuntur aliæ lin-
guæ. nec oportet illa nomina eam etymologiam ha-
bere in vna lingua quam habent in alia: ſecundũ hoc
ergo, Paulus, vt ait Magiſter, eſt nomen origine & in-
uentione hebraicum, nihilominus & aliæ linguæ vtũ
tur hoc nomine: quod nomen in alia & alia lingua a-
liam & aliam etymologiam habet. Nam Paulus he-
braicè ſecundum Hierony in libro hebraicorum
nominum, idem ſonat quod Mirabilis vel electus.
Græcè autem idem ſonat quod Quietus. Latine
idem quod Modicus. Sonat enim Paulus quaſi Paulu
lum, quod remiſsius eſt dictum. Notandum etiam, ꝙ
de nomine Pauli ſunt diuerſæ ſentẽtiæ apud Sanctos.
Nam Beda, Auguſtinus, & Aymo videntur velle ſibi
nomen mutaſſe, ita ꝙ ante cõuerſionem (vt aiunt) vo
cabatur Saulus, poſt conuerſionem verò mutauit ſibi
nomen, & vocatus eſt Paulus: & hoc notat Magiſter
in gloſis, ꝙ hoc eccleſia iam in conſuetudinem du-
xit, vt quos cathedra Petri ſublimat, nomina eis mu
tet. Hieronymus verò videtur innuere ꝙ nomen nõ
ſit immutatum, ſed additum: nam ſecũdum eum vſq;
ad tempora conuerſionis vocatus eſt Saulus, poſt con
uerſionem verò, quia conuertit Sergium Paulum vi-
rum prudentem, vt habetur Act. 13. ideo ab eo quem
ſuperauit & ad fidem conuertit, ſumpſit ſibi nomẽ, &
vocatus eſt Paulus. Sicut ergo Africanus ſic vocatus
eſt, quia Africam deuicit, eodem modo Paulus ſic vo-
catus eſt, quia Sergium Paulum ad fidem conuertit.
Origenes verò tertiam videtur tenere ſententiam, di-
cens hoc nomen nec fuiſſe immutatum, nec additum;
ſed, vt ait, ſemper fuit binonimus, ita ꝙ ante conuer-
ſionẽ vocabatur Saulus & Paulus, & poſt cõuerſionẽ
etiam vtroq; nomine vocatus eſt, iuxta illud Act. 13.
Saulus autem qui & Paulus. Tamẽ ad intelligentiam
intentionis Origenis eſt aduertendũ, ꝙ licet ante con
uerſionem & poſt, nominetur vtroq; nomine, differen
ter tamen, quia ante conuerſionem magis erat in vſu
hoc nomen Saulus, & magis nominabatur illo nomi
ne: poſt conuerſionem verò magis fuit in vſu hoc no
men Paulus, & magis fuit hoc nomine nominatus.
Notandum etiam ꝙ licet tam Beda ꝗ Auguſtinus &
Aymo videntur hanc tenere ſententiam, ꝙ ei nomen

A fuiſſet mutatum, tamen alia & alia ratione videntur
hoc dicere. Nam ſecundum triplicem etymologiam
Pauli, quia interpretatur Electus, Modicus, & Quietus,
videntur procedere trium doctorum ſanctorum ſen
tentiæ. Beda enim videtur inniti ex eo quòd Paulus
interpretatur electus, vt ante conuerſionem vocatus
ſit Saulus à Saule perſecutore: poſt conuerſionem ve
ro vocatus ſit Paulus, eo ꝙ fuerit Dei ſanctus & ele-
ctus. Auguſtinus autem videtur inniti eo ꝙ Paulus in
terpretatur Modicus & humilis. Vnde ait ꝙ Apoſto-
lus ex Saulo factus eſt Paulus, quia ex ſuperbo factus
eſt modicus & humilis. Aymo videtur inniti, prout
Paulus interpretatur quietus, & Saulus inquietudo,
dicens, ꝙ ex Saulo qui interpretatur inquietudo vel
tentatio, Apoſtolus dicit ſe eſſe Paulum, ideſt, quietũ,
vt qui prius aliis tentationes inferebat, poſtea tenta-
tiones ſit paſſus. Notandum etiam ꝙ ait, Seruus Ieſu
chriſti. Nam Ieſus idem eſt quod Saluator, Chriſtus
idem eſt quod Vnctus oleo ſpiritus ſancti, id eſt, ple-
B nitudine gratiæ eius. ſecundũ hoc ergo, duo hæc no-
mina, Ieſus Chriſtus, poſſunt referri ad duas naturas
exiſtentes in ipſo, vt Ieſus, ideſt, Saluator referatur ad
Deum, in eo ꝙ Deus, à quo principaliter noſtra depẽ
det ſalus. Chriſtus autem, ideſt, Vnctus referatur ad ip
ſum in eo ꝙ Homo. Dicit ergo Paulus ſe ſeruum Ieſu
chriſti, & complexus eſt ſimul iſta duo nomina (vt Ma
giſter innuit) vt oſtendat non aliud ſuppoſitum eſſe
Ieſum, & aliud Chriſtum, ſed idem eſt Ieſus & Chriſtus
Deus & Homo, & in eodẽ ſuppoſito Verbi eſt vtraq;
natura, diuina ſcilicet & humana. Notandum etiam
ꝙ Ieſus dicitur hebraicè, Soter græcè, Latinè Salua-
tor: ſic etiam Meſſias dicitur hebraice, Chriſtus græce,
Latine vero dicitur vnctus. Notandum etiam ꝙ hoc
quod ſequitur in littera, Vocatus Apoſtolus, vt Magi
ſter innuit, dupliciter poteſt intelligi, primo vt intelli
C gatur, vocatus fuiſſe Apoſtolus à Deo, ſecundo vt in-
telligatur ab hominibus. Fuit enim Paulus vocatus
Apoſtolus à Deo, quia ipſe, vt ait gloſa, non à ſe ve-
niens, tanquã ſibimet honorem ſumeret, ſed à deo vo-
catus eſt Apoſtolus, ideſt, ad Apoſtolatum, quod con-
cordat cum eo quod dicitur ad Hebræos 5. Nec quiſ-
quam ſumat ſibi honorem, ſed qui vocatur à Deo tã
quã Aaron. Apoſtolus ergo non à ſe ſumpſit ſibi ho-
norem, ſed à Deo vocatus eſt ad munus apoſtolicum.
Secundo modo dicitur vocatus Apoſtolus ab homi-
nibus, non ꝙ homines contulerint ſibi Apoſtolatum,
ſed quia per quandam excellentiam et per quandam
antonomaſiam homines vocabant & vocant ipſum
Apoſtolum. Vnde cũ dicitur Apoſtolus, intelligitur
de Paulo, ſicut cum dicitur Vrbs intelligitur Roma.
Notandum etiam ꝙ ſecundum gloſam, hoc quod di-
citur, Segregatus in euangelium dei, dupliciter poteſt
intelligi, primo vt intelligatur ſegregatus ab vtero
D Synagogæ & doctrina ſcribarũ & phariſæorum. Nam
ſegregatus ab vtero matris ſuæ, ideſt, à Synagoga &
doctrina ſcribarũ & phariſæorum, in Euangelium Dei
prædicandum & annunciandum. Segregatur enim
quis ab vno opere vt faciat aliud, & ab vna doctrina
vt intendat alteram: ſic ſegregatus eſt Apoſtolus ab
vtero Synagogæ, vt vacaret doctrinæ euangelicæ, iux
ta illud ad Galatas. 1. Cum autem placuit ei qui me
ſegregauit ex vtero matris meæ, & vocauit me p gra-
tiam ſuam, vt reuelaret filium ſuum in me, vt euange
lizarem illum in gentibus continuo nõ acquieui car
ni & ſanguini. Secundo poteſt intelligi ſegregatus,
ideſt, à grege Apoſtolorum ſeparatus non mente ſed
corpore. Vnde ſpiritusſanctus ait, Act. 13. Segregate
mihi Barnabam & Saulum in opus, ad quod aſſumpſi
eos. Prima expoſitio eſt Ambroſii. Secũda Aymonis.
Deinde cum dicit, Quod ante promiſerat per pro-
phetas.) Poſtquam deſcripta eſt perſona quæ mitti-
tur, in parte iſta, vt dicebatur, deſcribitur opus pro-

pter quod mittitur: quod opus ſecundum Magiſtrum quadrupliciter commendatur. Primo à temporis antiquitate. Secundo à promittentis fidelitate. Tertio à teſtium veritate. Quarto à materiæ dignitate: nam, vt ait Magiſter, nemo rem vilem magnis pręcurſoribus prenunciat: ſic etiã poſſumus dicere, ꝙ nemo rem vilem diu antea per magna tempora promittit. Probatur ergo Euangelium eſſe quid altum. Primo ex temporis antiquitate, quia per magna tempora ante eſt promiſſum. Secundo ex promittentis fidelitate, quia deus ipſe illud promiſit. Tertio ex teſtiũ veritate quia per prophetas in ſcripturis ſanctis euangelium eſt promiſſum. Quarto deſcribitur nobilitas euangelii ex materiæ dignitate. quia iſtud euangelium non eſt de re vili, neq; de vili materia: ſed eſt de re digniſſima, ideſt, de Dei filio. Hęc autem quatuor, à quibus euangelium nobilitatem ſortitur, in littera per ordinem denotantur. Nam temporis antiquitas notatur, cum dicitur (Ante) quaſi dicat, ꝙ diu antè per longa tempora pręfiguratum eſt Euangelium. Secundo notatur promittentis fidelitas, cum dicit. (Quod promiſit.) Nam Deus ipſe eſt, qui hoc promiſit, qui mentiri non poteſt. Tertio ad commendationem euangelii deſcribitur teſtium veritas, cum ſubiungitur. Per prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis.) Quaſi dicat, ꝙ Euangelium, ad quod prædicandum ſum ſegregatus, non ſolum eſt quid excellens & notabile ex temporis antiquitate, quia ante eſt figuratum, & ex promittentis fidelitate, quia Deus ipſum promiſit: ſed etiam eſt quid excellens & notabile ex tantorum teſtium veritate, quia per prophetas in ſcripturis ſanctis ipſum euangelium eſt repromiſſum. Quarto deſcribitur nobilitas euangelii ex materiæ dignitate, cum ſubinfertur. (De filio ſuo.) quaſi dicat, ꝙ hoc euangelium eſt excellens & arduum, quia eſt de re nobiliſſima, vt de filio ſuo, ideſt, de Dei filio. Notandum etiam, vt Magiſter innuit, tanta eſt excellentia euangelii, quod ne obliuioni daretur, voluit ipſum Deus promittere per Prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis, quę mentiri non poſſunt. Notandum etiam ꝙ ex omnibus dictis valde commendatur Apoſtolus, nam ſi ipſe eſt ſeruus Ieſu chriſti, & eſt vocatus ad Apoſtolatum, & eſt ſegregatus ad tantum opus faciendum, vt eſt prędicare euangelium, quod euangelium eſt de re tam digniſſima, quia de Dei filio, magna erat dignitas & auctoritas ipſius Pauli. Deinde cum dicit. (Qui factus eſt ei ex ſemine.) Poſtquàm deſcripta eſt perſona Pauli quę mittitur, & deſcriptum eſt Euangelium, pro quo mittitur: hic deſcribitur perſona ipſius Ieſu chriſti, à quo mittitur, quę, vt Magiſter ait, quadrupliciter commẽdatur; tamen propter faciliorem literæ intellectum dicamus ꝙ comendatur à tribus. Primo ab originis dignitate. Secundo à deitatis virtute. Tertio ab excellenti liberalitate. Primum videlicet originis nobilitas notatur, cum dicitur, (Qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnem.) Secundum, videlicet, deitatis virtuoſitas babetur, cum dicitur, (Qui prædeſtinatur eſt filius dei in uirtute et cetera.) Tertium vero, videlicet excellẽs liberalitas notatur cum ſubinfertur, (Per quem accepimus gratiam & apoſtolatum.) Commendat ergo primo in Chriſto generis nobilitatem, cum dicit. Qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundũ carnem. Secundum carnem enim chriſtus factus eſt ei, ideſt, Deo patri, quia factus eſt ad honorem eius, quia factus eſt ad nomen eius clarificandum. Item factus fuit ex ſemine Dauid, quia B. virgo Maria fuit ex ſtirpe Dauid, de qua opere ſpiritusſancti caro dominica eſt formata.

Poſſet hic aliquis primo dubitare, quare epiſtola ad Rom. ſit prius poſita. Dicendum ꝙ præter rationem illam tactam in prologo, videlicet ꝙ epiſtolæ ſunt ordinatę ſecundum maiorem & minorem perfe-
A ctionem repertam in illis ad quos epiſtolę mittebantur, tangit Magiſter etiam has tres alias rationes. quarum vna videtur eſſe Origenis, ſecunda Aymonis, tertia Hieronymi. Origenes vero videtur hanc aſſignare rõnẽ, ꝙ inter cęteras ep̃las epiſtola ad Rom. eſt difficilior, ideo primatum obtinuit, vt in principio poneretur: propter quod aduertendum, ꝙ licet epiſtola ad Hebręos quadã facundia ſermonis reſplendeat, vt videatur quadam eloquentia epiſtolas alias ſuperare, epiſtola tamen ad Rom. eſt aliis difficilior. Secundam rationem tangit Aymon, dicens epiſtolam hanc in principio eſſe poſitam propter Romanorum dignitatem. Ait.n. ꝙ Romani interpretantur ſublimes vel tonanter, quia illo tempore quo Apoſtolus eis hanc epiſtolam miſit, cunctis dominabantur gentibus: ideoq; ſublimiores erant. Epiſtola ergo ad eos miſſa, ratione ſublimitatis eorum, erat cæteris præponenda. Tertiam autem videtur tangere rationem Hieronymus, dicens, ꝙ ideo prima hæc epiſtola ponitur, quia primum gradum erroris deſtruit, videlicet Su-
B perbiam, omnium malorum radicem. Ergo tum ex parte epiſtolę, quia difficilior: cum ex parte Romanorum, quia ſublimiores: tum etiam ex parte ſuperbię, quæ potiſſimum in hac epiſtola reprehenditur, quæ eſt omnis peccati initium, debuit hęc epiſtola eſſe caput & principium omnium aliarum.

Vlterius dubitat hic Magiſter, Cur hic Apoſtolus ſe ſeruum vocet, cum dicat dñs Ioan. 15. Iam non dicam vos ſeruos, ſed amicos. & apoſtolus ad Rom. 8. Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterũ in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum. Dicendum ꝙ hęc obiectio ſoluitur à Magiſtro per diſtinctionem, dicẽs, ꝙ duplex eſt ſeruitus timoris & pœnę, & eſt ſeruitus amoris filialis. Paulus verò vocat ſe ſeruum non ſeruitute timoris ſeruilis, ſed amoris filialis.

Vlterius autem dubitat magiſter, Vtrum Chriſtus
C dei filius poſſit dici factus. Dicendum ꝙ dei filius non incepit eſſe ſimpliciter, ſed incepit eſſe homo. Ipſe enim ſecundum quod Deus fecit tempus: ſed ſecundum quod homo eſt fatus in tempore: Et quia dei filius eſt patri coęternus, & non incepit eſſe ſimpliciter, incepit tamen eſſe homo, verba illa quæ dicunt, incipere eſſe ſimpliciter, ſunt à Dei filio remouenda: Vnde falſum ẽ ꝙ dei filius ſit factus, iuxta illud Aug. ſupra Ioan. tract. 1. & habetur hoc in gloſa. Chriſtus Dei verbum nec fieri cum omnibus poſſet, per quem facta ſunt omnia: neq; ante omnia factus eſt, vt per eum omnia fierent. Simpliciter ergo dei filius non eſt factus. Ea tamen quæ non dicunt incipere eſſe ſimpliciter ſed incipere eſſe, non eſt inconueniens attribuere Dei filio: & quia eſſe factum ſecundum carnem, & eſſe factum hominem non eſt eſſe factum ſimpliciter, dicimus Dei filium eſſe factum hominem et eſſe factum ex ſemine Dauid ſecundum carnem & cætera
D huiuſmodi.

Vlterius dubitat Magiſter, Quomodo poſſit concedi ꝙ dei filius ſit factus ſecundum carnem: nam quod non currit non bene currit: & quod non eſt factum, non videtur ſecundum carnem factum. Dicendum, hanc etiam quæſtionem magiſter ſoluit, dicens, ꝙ cũ factum dicimus de carne, illa factio non ſemper refertur ad creatorem, ſed aliqñ referri pôt ad creaturam: pôt aũt dici deus factus nõ per factionẽ, quę ſit in ipſo, ſed quę eſt in creatura. Quotienſcunq; ergo aliqua propoſitio dicit Deũ factũ, ſi ex ſenſu propoſitionis habetur, ꝙ illa factio ſit in creatore, eſt propoſitio illa neganda: ſed ſi habetur ꝙ illa factio ſit in creatura, pôt illa propoſitio admitti, iuxta illud pſal. 89. Dñe refugiũ factus eſt nobis. Deus.n. pôt fieri nobis refugiũ, nõ p factionẽ vel p mutationẽ quæ ſit in ipſo, ſed per eam quę eſt in nobis. Sic & dei filius dicitur factus homo non per factionem vel mutationem quę

ſit in

ſit in diuina natura, ſed quæ eſt in humana ſubſtantia: mutatio enim per illam factionem importata non eſt accipienda ſecundum naturam diuinam, ſed ſecũdum carnem aſſumptam.

Vlterius autem dubitat magiſter. Vtrum ſecundũ talem factionem poſſet dici minor patre, vel etiam minor ſe ipſo. Dicendum ꝙ Magiſter hanc quæſtionẽ ſoluit per Aug. in primo de Trinit. ꝙ Chriſtus factus eſt minor ſe ipſo, quia ſic accepit formam ſerui, vt non amitteret formam Dei. Ad huius autem ſolutionis euidentiam, ſciendũ, ꝙ non ſic factus fuit Deus homo, ſicut dicimus ꝙ aqua facta eſt aer. Nam cum aqua fit aer non remanet aqua, nam ſi remaneret aqua tunc corpus illud ſimul eſſet aqua & aer: & per conſequens eſſet ſimul calidum & frigidũ, denſum & rarũ: & illud corpus, vt eſſet aqua, eſſet denſius ſe ipſo, q̃ vt eſſet aer. Sic & in propoſito ꝙ Deus ſic factus eſt homo, ꝙ remanſit Deus, & ſimul fuit deus & homo: ſimul fuit in vnum diues & pauper, diues ratione diuinitatis, & pauper ratione humanitatis: ſimul fuit magnus & paruus, magnus ratione deitatis, & paruus ratione humanitatis. Secundum hoc ergo, vt erat homo, erat minor ſe ipſo prout erat Deus. Sed ſi dicatur hoc eſt impoſſibile, ꝙ aqua manens aqua fiat aer, & quęratur ꝙ adducatur exemplum in rebus poſſibilibus, & non in impoſſibilibus, dici poteſt, ꝙ ſicut idẽ eſt vniuerſale & particularę, quia eadem natura, quæ conſideratur ſine conditionibus materiæ eſt vniuerſalis, quæ conſiderata cum conditionibus eſt particularis. Propter quod ſequitur ꝙ eadem natura aliter & aliter conſiderata ſit prius & poſterius ſe ipſa: prius, vt eſt vniuerſalis: poſterius, vt eſt particularis. Sic & in propoſito, quia eadem perſona eſt Deus & homo, ſequitur ꝙ eadem perſona ſit maior & minor ſe ipſa, maior vt eſt deus, minor vt eſt homo: ſed ſi filius exinaniuit ſe ipſum, ideſt, minorem fecit ſe ipſum ſe ipſo formam ſerui accipiens, ſequitur ꝙ ſi vt homo eſt minor ſe ipſo, ꝙ ſit etiam minor patre, quod declarare volebamus.

Vlterius dubitat magiſter, Quare magis dicatur ex ſemine Dauid factus, q̃ natus. Dicendum, Magiſtrum ad hanc quęſtionem ſic reſpondere, quia aliud eſt fieri, aliud eſt naſci: vnde & alio loco Apoſtolus inquit, Chriſtum non natum, ſed factum ex muliere. aliud ergo ſignificauit in hoc dicto. Nam quia non humano ſemine coagulata eſt caro domini in vtero virginis, ſed virtute ſpiritusſancti effecta, ideo dicit Apoſtolus factum non natũ, quia aliud ẽ ex admixto ſemine & coagulato ſanguine generari, & aliud eſt non per cõmixtionem, ſed per virtutem ſpiritusſancti fieri. Poſſunt enim homines generare filios, ſed non facere. Apoſtolus ergo vt oſtenderet non iſto modo eſſe generatum ex virili ſemine, magis dicit factum ex muliere, q̃ natum, quamuis vtrumq; concedi poſſit.

Vlterius autem dubitat Magiſter ꝙ cũ facta ſit repromiſſio Habraę ſicuti & Dauid, quare dicat Apoſtolus chriſtum factũ potius ex ſemine Dauid, quàm ex ſemine Habraę. dicendũ ꝙ, vt Magiſter ait, volens apoſtolus commendare gratiam, maluit chriſtum dicere factũ ex ſemine Dauid, qui criminoſus erat, quàm ex ſemine Habraę qui iuſtus fuit.

Vlterius autem dubitat magiſter, cũ dicatur chriſtus conceptus de ſpiritu ſanto, & non natus ex virili ſemine, quomodo dicatur hic ab Apoſtolo chriſtum eſſe factum ex ſemine Dauid. Dicendum ꝙ, vt magiſter innuit, Chriſtus non fuit conceptus ex virili ſemine, tamen quia cáro virginis deſcẽdit ex ſemine dauid & facta eſt ex virili ſemine, dicitur chriſtus factus eſſe ex ſemine Dauid, non immediate ꝙ factus ſit chriſtus ex virili ſemine, ſed mediate, quia virtute ſpiritusſancti formatus eſt ex carne virginis, quæ ex virili ſemine concepta erat.

Vlterius autem dubitat Magiſter, vtrum Dei filius poſſit dici creatura. Dicendũ ꝙ illud, quod ſimpliciter loquendo eſt creatura, eſt ſimpliciter factum: Dei autem filius (vt probat Magiſter) non eſt ſimpliciter creatura, vt probat per Auguſtinum ſuper Ioan. tractatu. 1. quia non eſt ſimpliciter factus, cum per ipſum facta ſint omnia. Vnde non debet concedi ſimpliciter ꝙ chriſtus ſit creatura, poſſet tamen forte concedi ſecundum quoſdam cum additione, Chriſtus eſt creatura in eo ꝙ homo.

LECTIO SECVNDA

QVI praedeſtinatus eſt filius Dei in virtute, ſecundum ſpiritũ ſanctificationis, ex reſurrectione mortuorum IESV Chriſti Domini noſtri, per quem accepimus gratiam & apoſtolatum ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius, in quibus eſtis & vos vocati IESV Chriſti: omnibus qui ſunt Romæ dilectis Dei, vocatis ſanctis, gratia vobis et pax à Deo patre, & domino noſtro IESV Chriſto.

Anteq̃ veniamus ad expoſitionem litteræ, circa lectionem iſtam ſunt aliqua dubitanda. Primo enim quærendum eſt, quid ſit Prædeſtinatio. Secũdo quærẽdum eſt, an Chriſtus ſit prędeſtinatus in eo ꝙ homo. Tertio an ſit prędeſtinatus in eo ꝙ Deus. Quarto, an ipſa natura humana in verbo in ſe accepta poſſit dici prędeſtinata. Quinto, an Chriſtus ĩ eo ꝙ homo ſit Perſona. Septimo & vltimo, an Chriſtus inceperit eſſe.

Ad primum, cum quæritur, Quid ſit prędeſtinatio, Reſpondet Magiſter in gloſa, fundans ſolutionem ſuam ex dictis Aug. in lib. de Prędeſt. Sanctorũ. lib. 1. cap. 10. dicens, ꝙ prædeſtinatio eſt præparatio gratiæ, q̃ ab ęterno Deus homini chriſto, & cũctis quos præſciuit conformes fieri imaginis filii ſui, bona ſine meritis præparauit. Ad huius ſolutionis intellectum, ſciendum ꝙ prędeſtinare idem eſt quod prius & ab ęterno deſtinare, hoc eſt, mittere, idem eſt enim deſtinare quod mittere: dicimus enim talem tali ſuum nuntium deſtinaſſe, ideſt, miſiſſe. Debemus enim imaginari, ꝙ ſicut ſagitta deſtinatur & mittitur à ſagittante in ſignum tanquã in finem & in terminum, ſic res et ſpecialiter rationales creaturę deſtinantur, ideſt, mittuntur & diriguntur à Deo in ſuum finem & in ſuum terminũ: & ſicut mó creaturę rõnales actualiter diriguntur & deſtinãtur in ſuũ finem, ſic Deus ab ęterno in ſe ipſo pręuidens totũ iſtum ordinẽ, in ſe ipſo pręordinauit, & prędirexit omnes ſaluandos in ſuũ finẽ, quia elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem: modò ergo ab ipſo Deo dirigimur & deſtinamur in terminum nobis cõpetentem, ſed ab æterno ſecundum diuinum propoſitum & ordinationem prædeſtinabamur & pręmittebamur in finem. Si ergo ſciuerimus quid eſt iſta deſtinatio, & quid eſt iſta miſſio, qua nunc actualiter in finem tendimus, ſcire poterimus quid eſt illa prædeſtinatio & illa præmiſſio per quam ab ęterno ſecundum diuinum propoſitum in finem dirigebamur: conſtat autem ꝙ gratia impellit nos & facit nos ĩ finẽ tẽdere, ſicut impulſio arcus facit ſagittam in ſignum ire. Nam ſicut ſagitta per ſe ipſam non poteſt in finem tendere niſi impellatur ab arcu, ſic nec anima poteſt ire in debitum finem niſi perficiatur à gratia. Deſtinare ergo nos, & actualiter nos dirigere in finem, eſt conferre nobis actualiter gratiam.

Prædeſtinare autem nos, eſt ſecundũ diuinũ propoſitum nos ęternaliter in finem dirigere, hoc eſt, Deum ſecundum ſuum ſanctum propoſitum nobis ab ęterno gratiam pręparare. Quare bene dictum eſt ꝙ prædeſtinatio eſt gratiæ pręparatio, quã ab ęterno deus homini Chriſto, & cunctis quos pręſciuit conformes fieri imagini filii ſui bona ſine meritis præparauit.

Secundo dubitabatur, an Chriſtus poſſit dici prędeſtinatus ſecundum ꝙ homo. Dicendum ꝙ Chriſtus fuit ſimul deus & Homo; & ꝙ fuerit deus & homo nõ habuit à natura, ſed ex gratia, non ex gratia adoptionis, ſed vnionis, vt Magiſter ait in gloſa. Quare ſicut nos ſumus prædeſtinati, & pręparatur nobis gratia, vt ſimus filii adoptiui per gratiã adoptionis, ſic chriſtus dicitur prędeſtinatus in eo ꝙ homo, quia ſecundum ꝙ homo factus fuit filius naturalis per gratiam vnionis: magis ergo claret prędeſtinatio & pręparatio gratię in Chriſto homine q̃ in nobis, quia maius eſt ſine pręcedentibus meritis eſſe filium naturalem per gratiam vnionis, q̃ eſſe filios adoptiuos per gratiam adoptionis. Chriſtus itaq;, cum ſit idem Deus & homo, oportet ꝙ ſicut verbum eſt dei filius naturalis, ita homo ille, qui dicit eandem perſonam cum verbo, oportet ꝙ ſit Dei filius naturalis. Chriſtus ergo vt eſt verbũ & vt eſt deus, eſt dei filius naturalis, & naturaliter, quia ſcdm ꝙ hmõi habet hoc ex natura: Sed chriſtus vt eſt hõ eſt Dei filius naturalis, ſed hoc nõ habet naturaliter & ex natura, ſed ex gratia. Nam in tantũ homo ille eſt filius naturalis in quantum eſt Deus, & inquãtum eſt eadem perſona cum illo, quod eſt filius naturalis ſecundum ꝙ homo, licet ſit Deus, hoc non eſt naturaliter, ſed per gratiam vnionis, per quam natura humana coniuncta eſt verbo in vnitate perſonę. Hoc eſt ergo quod Magiſter ait, ꝙ ſicut Chriſtus in quantum eſt Deus naturaliter habet vt ſit naturalis Dei filius & ſit Deus: ita inquantum homo per gratiã habet, vt ſit idem dei filius naturalis. Pręparatio ergo illius gratiæ per quam vnita eſt humana natura Verbo, & p quã factũ eſt ꝙ homo ſit deus, & ꝙ ſit dei filius naturalis, dicitur eſſe prędeſtinatio reſpectu chriſti: ſicut ꝑparatio gratię adoptionis, quę facit nos dei filios adoptiuos, dicitur prędeſtinatio reſpectu, noſtri.

Tertio quęrebatur, vtrum chriſtus dicatur prędeſtinatus in eo ꝙ deus. Dicendum, ꝙ prędeſtinatio eſt præparatio gratiæ vt antea dicebatur. Prędeſtinatio ergo, quãtum ad pręſens ſpectat, duo importat, videlicet, prioritatem & reſpectum ad gratiam. Vbi ergo non poteſt eſſe prioritas, nec habet fieri per gratiam, ſub prędeſtinatione non cadit: filius autem dei, ſecundum ꝙ deus eſt ęternus, & nihil poteſt eſſe prius illo. Igitur in eo ꝙ Deus ſimpliciter loquendo non poteſt eſſe prædeſtinatus, vt ſit Dei filius. Vnde Aug. ſuper Ioan. & habetur hoc in gloſa, ait, Rectè quippe dicitur filius dei non prędeſtinatus ſecundum id quod eſt verbum dei, deus apud deum (& ſubdit) vt quid iam prędeſtinaretur cum iam eſſet, qui erat ſine initio ſine termino ſp vnus; illud aũt, vt ait, prædeſtinatũ erat vt qd nõdũ erat, ſic ſuo tpe fieret, quemadmodum ante tempora prędeſtinatum erat vt fieret. Secundo, vt dicebatur, prędeſtinatio ſumitur reſpectu gratiæ, nam ad illud proprie dicimur prędeſtinari quod aſſequimur gratia non natura: quod ſatis dat intelligere Aug. cum prædeſtinationem eſſe pręparationem gratiæ diffiniuit. Dei filius ergo in eo ꝙ deus, tũ quia ſecundum quod huiuſmodi eſt ęternus, tum etiã quia ſecundum quod huiuſmodi non eſt dei filius gratia ſed natura, directè & ſimpliciter ſub prędeſtinatione nõ cadit. Ex his aũt parere põt ꝙ licet chriſtus ſecundum ꝙ deus ſub prędeſtinatione non cadat, quia ęternus, & quia ſic acceptus nullo modo eſt dei filius gratia, ſed natura: tamen in eo quod homo prędeſtinatus dici debet, tum quia non fuit ſemper homo, tum

A quia licet homo ille ſit deus, & ſit dei filius naturalis, tamen ſecundum ꝙ homo non habet quòd ſit deus, neq; ꝙ ſit dei filius naturalis natura, ſed gratia, non gratia adoptionis, ſed vnionis: non enim eſt naturale neq; per naturam ꝙ homo ſit deus, & ꝙ homo ſit dei filius naturalis, ſed per gratiam vnionis, qua natura humana eſt coniuncta verbo in vnitate perſonę, opera ſpiritusſancti. Aduertendum tamen ꝙ licet directe & ſimpliciter chriſtus, in eo ꝙ deus, non poſſit dici prędeſtinatus vt eſſet dei filius, quia hoc ab ęterno fuit, tñ quãtũ ad notitiã & manifeſtationẽ cõcedi põt ꝙ in eo ꝙ Deus, nõ vt eſſet dei filius, ſed vt innoteſceret, quia licet ſemper fuerit, non tamen ſp innotuit.

Quarto quærebatur, an ipſa natura humana in verbo poſſit dici prędeſtinata. Dicendũ ꝙ tam Aug. q̃ Aymo aſſerunt humanam naturam in verbo prædeſtinatam eſſe vt eſſet dei filius, ideſt, vt eſſet vnita dei filio. Nam quia illa natura abſq; pręcedentibus B meritis pręordinata eſt ab ęterno, vt per gratiã vnionis coniungeretur in vnitate Perſonæ, eam ſic eſſe prędeſtinatam, ideſt, ſic eſſe pręuiſam negare nõ poſſumus. Vnde Aug. & inducitur hoc ĩ gloſa, ait. Prędeſtinata eſt ipſa natura humana tanta & tam excelſa & ſumma, vt quò attolleretur altius nõ haberet. Et Aymo ait, ꝙ humanitas verbi prędeſtinata eſt & pręordinata ſine ſuis meritis, vt eſſet dei filius, ideſt, vt iuncta eſſet illi in vnitate perſonę.

Quinto quęrebatur, vtrum Chriſtus in eo ꝙ homo ſit dei filius, & ſit deus, & arguit magiſter ꝙ ſic. Nam, quod eſt prędeſtinatum poſtq̃ eſt opere adimpletum, poteſt dici illud eſſe: vt ſi prędeſtinatum eſt me futurum beatum, cum erit hoc opere adimpletum, dici poterit ꝙ ſum beatus: ſed chriſtus ſecundum ꝙ homo prędeſtinatus eſt ꝙ ſit deus, & quod ſit dei filius, cum illa prędeſtinatio & illa pręordinatio ſit iam opere adimpleta, reſtat ꝙ chriſtus ſecundum ꝙ homo dici C poſſit dei filius & ꝙ ſit deus. Dicendum ꝙ Magiſter in littera diſtinguit de hac conditione, (ſecundũ ꝙ,) cũ dicitur, Chriſtus ſecundum ꝙ homo eſt deus: ly ſecũdum ꝙ, vel poteſt denotare conditionem naturę humanę: & tunc eſt falſa, ꝙ Chriſtus ſecundum ꝙ homo, ideſt, ſecundum quòd habet naturam humanam eſt deus, & eſt dei filius: Nam ſecundum humanam naturam non habet ꝙ ſit deus, & ꝙ ſit dei filius, ſed ꝙ ſit homo, & ꝙ ſit hominis filius: nam ſicut accipiendo ex Patre diuinam naturam, eſt ab ęterno deus & dei filius, ſic accipiendo in tempore humanam naturam ex Matre factus eſt homo & hominis filius. Quare ſi ly ſecundum quòd homo, dicat conditionem humanæ naturæ, negatur: ſed ſi dicat vnitatem perſonę, recipitur. Nam ſicut in eo quòd verbũ eſt deus & dei filius, ita cum eadem perſona ſit hominis & verbi, ſecũdũ quòd homo, ideſt, ſecundum illam perſonam quę D eſt homo quę non eſt alia à perſona verbi, eſt deus, & dei filius. Quòd autem arguebâtur, quia ſecũdũ quod homo eſt prędeſtinatus vt ſit dei filius. Dici debet, quòd ly ſecundum quòd homo, poteſt referri ad prędeſtinatum, vel ad eſſe: Si referatur ad prædeſtinatum eſt indubitanter vera, quia chriſtus directe nõ eſt prædeſtinatus in eo quòd deus, ſed in eo quod homo. Habere ergo ex prædeſtinatione & ex diuina pręordinatione quòd ſit dei filius non competit chriſto directe in eo quòd deus, ſed in eo quòd homo, quia in eo ꝙ deus non eſt dei filius ex prędeſtinatione, ſed ex origine naturali. Sed ſi ſecũdũ quòd homo nõ determinet prędeſtinationem ſecundum eſſe, vt ſit ſenſus, prędeſtinatum eſſe, vt Chriſtus ſecũdum quod homo ſit deus, tunc diſtinguendum eſt, vt antea dicebatur, quia ſi ly ſecundum, dicat conditionem naturę, falſum eſt, quia ſecundum humanam naturam non eſt deus: ſi vnitatem Perſonæ, vera eſt, quia ſecundum illam perſonã, que eſt homo, habet chriſtus ꝙ ſit Deus, cum ſit vna &

eadem

eadem perſona quę eſt deus & homo, vt eſt per habita manifeſtum.

Sexto quęrebatur, an chriſtus ſecundum quòd homo ſit Perſona. Dicendum quod non inuenimus in creaturis aliquid, quod per omnem modum repręſentet illam ſanctiſſimam vnionem. Inter cetera tamen iſtud eſt valde ſimile, quòd ſicut anima rotalis & caro vnus eſt homo, ita deus & homo vnus eſt chriſtus. Debemus ergo imaginari quòd caro ſi non eſſet coniuncta animę, per ſe exiſteret & faceret quandam ſuam hypoſtaſim & ſuũ quoddam ſuppoſitũ: coniuncta autem animę non facit per ſe ſuppoſitum, ſed ſit vna perſona hominis ſubſiſtens in duabus ſubſtantiis, videlicet, in anima & carne. Sic ſi humanitas chriſti non fuiſſet aſſumpta à verbo, feciſſet per ſe quandã ſuam hypoſtaſim & quandam perſonam: aſſumpta autem à verbo non fecit per ſe perſonam, ſed ſuſtentata fuit in perſona verbi; & chriſtus ex tunc ſecundum vnam & eandem perſonam, videlicet, ſecundum perſonam verbi ęternam dictus eſt ſubſiſtere in duabus naturis, videlicet, in natura humana & natura diuina, & eſt verus deus & verus homo: & quia humanitas verbi non fecit perſonam, ſed ſubſtentata eſt in perſona verbi, vt magiſter innuit in gloſa, ſequitur ꝙ chriſtus ſecundum quod homo ſit perſona, eſt potius negandum quàm concedendum.

Septimo & vltimo quęrebatur, vtrum chriſtus, vel homo ille inceperit eſſe. Dicendum quod ſecundum magiſtrum in gloſa, in huiuſmodi locutionibus ſine adiectione declarationis nihil reſpondere poteſt. Vnde ſi queratur, vtrum ille homo inceperit eſſe, dici debet, quod homo ille eſt deus; & in eo quod homo incepit eſſe, & in eo quod deus eſt ęternus, & eſſe non cœpit.

¶ His viſis ad expoſitionem litterę accedamus. Cõtinuatur ergo ſic pars iſta ad pręcedentem, ꝙ poſtquã commendauit chriſtum à generis nobilitate, quia ſecundum carnem eſt ex ſemine Dauid, in parte iſta cõmendat ipſum à deitatis potentia & virtute, dicens, quòd ipſe chriſtus eſt, qui prędeſtinatus eſt dei filius in virtute, quę manifeſtatur ſecundum ſpiritum ſanctificationis, & manifeſtatur etiam ex reſurrectionẽ mortuorum domini noſtri Ieſu chriſti. Notandum autem quòd, vt patet per habita, chriſtum prędeſtinatum eſſe filium dei tribus modis poteſt intelligi, primo vt intelligatur de eo in eo quod homo, & tunc eſt ſenſus, Chriſtus ſecundum quòd homo nullis præcedentibus meritis per gratiam vnionis prędeſtinatus eſt, vt ſit deus, & vt ſit Dei filius naturalis. Secundo modo poteſt exponi de chriſto etiam ſecundum quod eſt deus, non quantum ad eſſe ſimpliciter, ſed quantum ad manifeſtationem: & tunc erit ſenſus, chriſtus ſecundum quòd deus prędeſtinatus eſt, ideſt, eſt ab ęterno pręuiſus, vt ſit, ideſt, vt manifeſtetur dei filius naturalis eſſe. Tertio modo poteſt exponi de ipſa natura humana in verbo, vt ſit ſenſus, ꝙ humana natura prędeſtinata eſt per gratiã vnionis, vt ſit dei filius, ideſt, vt in vnitate perſonę, dei filio ſit coniuncta. Differt autem iſte tertius modus à duobus prioribus, quia hęc prędeſtinatio refertur & exponitur de natura: in duobus autem prioribus exponebatur de ſuppoſito. Notandum etiam quod tribus modis, quantũ ad pręſens ſpectat, manifeſtatur prædeſtinatum eſſe ſic dei filium. Primo, quia ſpiritus ſanctus ſuam incarnationem operatus eſt & fecit, iuxta illud Mat. 1. Quod in ea natum eſt de ſpiritu ſancto eſt. Secundo hoc manifeſtatur per ſpiritum qui ſuper eum deſcendit & manſit iuxta illud Ioan. 1. Super quem videris ſpiritum deſcendentem & manẽtem ſuper eum, hic eſt qui baptizat. Tertio manifeſtatur per ſpiritum ſanctum, quem diſcipulis ſuis dedit. Notandum etiam quòd hoc idem, videlicet, quòd Chriſtus ſit prędeſtinatus

A dei filius, manifeſtatus eſt ex reſurrectiõne mortuorũ, primo quia ipſe reſurrexit perſonaliter: ſecũdo quia alios fecit reſurgere corporaliter, quia multa corpora ſanctorum reſurrexerunt cum eo et introierunt in ſanctam ciuitatem: tertio quia fecit nos reſurgere ſpiritualiter, dimittẽdo nobis peccata noſtra. Hoc viſo, exponatur & continuetur ſic littera: chriſtus ſecundum quòd homo prædeſtinatus eſt vt ſit dei filius non adoptiuus, ſed quod ſit filius in virtute, ideſt, in eadem virtute & eadem potentia cum patre: & vt ſit filius naturalis, ſicut videtur exponere Aug. in expoſitione huius epiſtolæ inchoatæ, & habetur in gloſa. Vel Chriſtus ſecundum quod deus prædeſtinatus eſt, vt ſit, ideſt, vt innoteſcat & manifeſtetur eſſe dei filius in virtute, ideſt, in eadem virtute & potentia cum patre. Vel ſic, chriſtus prędeſtinatus eſt, ideſt, humana natura prædeſtinata & præordinata eſt, vt ſit dei filius, ideſt, vt ſit dei filio iuncta in virtute, ideſt, in eadẽ virtute diuinitatis cum patre, ſecundum ſpiritum ſanctificationis, ideſt, chriſtum eſſe prędeſtinatum poteſt manifeſtari, vel poteſt videri, ſecundum gloſam, ſecundum ſpiritum ſanctificationis, ideſt, ſecundum ſpiritum ſanctificantem. Nam ſpiritus ſanctificans, qui operatus eſt conceptionem chriſti, & ſpiritus ſanctificans qui ſuper ipſum deſcendit, & ſpiritus ſanctificans, quẽ diſcipulis ſuis dedit, ſufficienter manifeſtat chriſtum fuiſſe dei filium, & fuiſſe ſic prædeſtinatum. Rurſum hoc manifeſtatur ex reſurrectione domini noſtri Ieſu Chriſti, reſurrectione dico mortuorum, ideſt, prout reſurrexit à mortuis perſonaliter. Vel hoc manifeſtatur ex reſurrectione mortuorum, quos ipſe reſuſcitauit corporaliter, qui mortui ſunt domini noſtri Ieſu chriſti, ideſt, ſunt ex parte domini noſtri Ieſu chriſti, & ſunt pertinentes ad dominum noſtrum Ieſum chriſtum. Vel hoc manifeſtatur ex reſurrectione mortuo-
C rum, quos ipſe continue reſuſcitat ſpiritualiter eorũ peccata remittendo, qui mortui ſunt domini noſtri Ieſu chriſti, ideſt, pertinentes ad dominũ noſtrum Ieſum chriſtum. Chriſtum ergo eſſe ſic dei filium, & ſic prędeſtinatum, manifeſtatur per ſpiritum ſanctificantem, qui ſuam incarnationem fecit, & ſuper eum deſcendit, & diſcipulis ſuis dedit: & manifeſtatur etiam ex reſurrectione mortuorum inquantum ipſe reſurrexit à mortuis perſonaliter, & fecit alios reſurgere corporaliter, & facit nos cõtinue reſurgere ſpũaliter.

Deinde cum dicit, Per quẽ accepimus gratiam,) Poſtq̃ apoſtolus commendauit chriſtum à generis nobilitate, quia ex ſemine Dauid factus: & à diuinitatis virtute, quia prędeſtinatus eſt dei filius. In parte iſta commendat ipſum ab excellenti liberalitate dicens, (per quẽ) chriſtum, tanq̃ per ſummè liberalem (accepimus gratiam) quantum ad peccatorum veniam (& apoſtolatum) quantum ad auctoritatis excellentiam,
D (ad obediẽdum fidei in omnibus gentibus) ideſt, vt faciamus omnes gentes obedire fidei, quantum ad prædicationis efficaciam, & hoc (pro nomine eius) ideſt, pro nomine chriſti dilatando & magnificando (in quibus) ideſt, inter quas gẽtes (eſtis & vos) Romani tam Iudęi quã gentiles (vocati dñi noſtri Ieſu chriſti) ideſt, vocati à domino noſtro Ieſu chriſto: ponitur enim genetiuus pro ablatiuo more Gręcorum, vt ait gloſa, ꝙ ablatiuo carent. vel (eſtis vocati domini noſtri Ieſu chriſti) ideſt vt ſitis domini noſtri Ieſu chriſti, tanq̃ populus eius, & tanq̃ pertinentes ad ipſum. Notandũ autem ꝙ Paulus quãtũ eſt de ſe fecit omnes gentes obedire fidei, quia efficaciter eis prædicauit vel ſcripto vel verbo, vt fidei obedirent. Si autem ei aliqui non obedierunt hoc fuit ex eorum nequitia. Notandum etiam, quod, cum Apoſtolus idem ſonet quod quaſi dei miſſus, aut dei nuncius, vel dei legatus, prius dicit Apoſtolus ſe accepiſſe gratiam, ideſt, peccatorũ veniam, quàm apoſtolatum, ideſt, autoritatis excellẽ-

tiam, quia nullus digne habet tantam autoritatis excellentiam, & nullus eſt digne dei nuntius, vel dei legatus, niſi prius adeptus ſit gratiam, ideſt, peccatorum veniam. Deinde cum dicit, Omnibus, qui ſunt Romæ.) Vt dicebatur, deſcribuntur perſonæ ad quas iſta epiſtola deſtinatur. Eſt autem vſq; huc locutio ſuſpenſiua. Continuetur autem ſic, ego Paulus, qui ſum tantus dei nuncius, qui ſum ſeruus Ieſu chriſti, ſum vocatus apoſtolus, ſum ſegregatus in euangelium dei; ego etiam, qui ſum ad tantum aſſumptus officium, quia ſum aſſumptus ad euangelium dei prædicandũ, quod euangelium ante propter temporis antiquitatem promiſerat deus ſecundum ſuam fidelitatem per prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis, quantum ad teſtium virtutem: quod euangelium eſt de filio ſuo, qui habet tantam excellentiam & dignitatem. Ego etiam qui ſum à tanto domino deſtinatus, quia deſtinatus ſum à domino Ieſu chriſto, in quo eſt generis nobilitas, quia ſecundum carnem eſt ex ſemine Dauid factus: in quo deitatis virtuoſitas, quia eſt dei filius prędeſtinatus: in quo eſt tanta liberalitas, quia p ipſm accepimus gratiam & apoſtolatum. Ego videlicet, qui talis ſum, omnibus qui ſunt Romæ tam Iudæis quàm Gentilibus dilectis dei, ideſt, dilectis à Deo, vocatis ſanctis, opto ſupple q; ſit vobis gratia, ideſt, peccatorum remiſſio; & pax, ideſt, dei reconciliatio à deo patre noſtro, qui poteſt eam dare: & à domino noſtro Ieſu chriſto, à quo habent omnia bona procedere. Notandum autem quòd Apoſtolus volens trahere Romanos ad amorem dei in hac ſalutatione, tria tangit circa ipſos Romanos, videlicet dei benignitatem, eius largitatem, & ipſius auctoritatẽ. Dei benignitatẽ tãgit cũ dicit, Omnibus qui ſunt Romæ dilectis dei vocatis ſanctis. Non enim ait omnibus diligentibus deum, ſed dilectis dei, quia non dicendum eſt de nobis, tanquàm prius dilexerimus eum, ſed quia prius ipſe dilexit nos, vt dicitur. 1 Ioan. 4. In quo oſtenditur benignitas ipſius dei, qui prius diligit nos quàm nos diligamus ipſum. etiam ait vocantis ſanctis; nam, non quia ſancti ſumus ideo vocat nos, ſed quia vocat nos, ideo ſancti ſumus, vt vult Ambroſius, & habetur in gloſa. In quo etiam magis dei benignitas demonſtratur. Secundo tangit apoſtolus dei largitatem cũ dicit, Gratia vobis & pax.) Nã eſt magna dei largitas, qui gratiam, ideſt, peccatorum remiſſionem, & pacem ideſt, ſuam reconciliationem dare nobis aſſidue eſt paratus. Tertio tangit Apoſtolus dei auctoritatem cum dicit, A deo patre noſtro, & domino Ieſu chriſto.) Per cuius autoritatem, vt ſupplendum eſt, omnia iſta ſiunt. Notandum etiam, quòd vbi alii in ſuis ſalutationibus conſueuerunt dicere, ego talis tali ſalutẽ. dicit Apoſtolus, loco ſalutis, gratia vobis & pax, vt magiſter innuit in gloſa. Notandum etiam quòd magiſter dubitat, quare Apoſtolus fecerit mentionem de deo patre, & de domino noſtro Ieſu chriſto, & nihil tetigerit de ſpiritusancto. Ad quod reſpondet aſſignãs autoritatem Aymonis, quod de ſpiritu ſancto mentionem non fecit, quia ipſum ſpiritum ſanctum in ſuis donis comprehendit. notatur ergo in hac ſalutatione tota trinitas, videlicet ſpiritus ſanctus, cum dicitur, gratia & pax; & deus pater, cum ſubiungitur, à deo patre; & etiam filius, cum ſubinfertur, & à domino Ieſu chriſto.

LECTIO TERTIA.

PRimùm quidem gratias ago Deo meo per Ieſum chriſtum pro omnibus vobis, quia fides veſtra annunciatur in vniuerſo mundo.

A Poſtquàm poſita eſt ſalutatio, quæ ſe habet loco tituli, in parte iſta, vt dicebatur, ponitur congratulatio, vel gratiarũ actio, quæ ſe habet loco proœmii. Ad cuius euidentiam ſciendum, quod, vt ait Philoſophus tertio Rhetoricorum, oportet locum facere in auditore futuræ orationi. Quod maxime intelligendum eſt, cum oratio apprehenditur vt contraria. Nã ſicut inconueniens eſt velle inducere formam in materia, niſi materia diſponatur ad formæ ſuſceptionẽ, ita inconueniens eſt velle inducere aliquem ſermonẽ in corde auditoris, niſi auditor ille diſponatur ad illius verbi ſuſceptionem: & quia quilibet naturaliter odit increpationes, neceſſe fuit apoſtolum, volentem increpare Romanos, prius diſponere eos ad ſui ſermonis ſuſceptionẽ. Ideo ait magiſter in gloſa, & ſumpta eſt ab Ambroſio hic, quòd Apoſtolus gratias agendo, & congratulando Romanis, prius eos lenit, quibus ſcribit, quia poſtea eſt eos grauiter increpaturus. B Apoſtolus ergo volens poſtea increpare Romanos de litigiis quæ babebãt, ne habeant exoſam doctrinam ſuam, in hac parte diſponit eos ad ſuam doctrinam libenter ſuſcipiendam, oſtendens multiplici ratione, quòd ſuam doctrinam debeant libenter ſuſcipere, & quòd doctrinæ eius debeant acquieſcere. Circa quod ſeptem facit, ſecundum quòd ſeptem rationibus probat intentum. Nam primo probat gra ex eo quòd de eorum fide, & de eorum bono agi tias deo, & habet inde gaudium & lętitiam. Secundo probat ex eo quòd eorum babet memoriam. Tertio quia ipſorum vult habere præſentiam. Quarto ex eo quòd vult eos docere doctrinam gratuitam & ſpiritualem. Quinto quia vult eos docere doctrinam fructiferam & vtilem. Sexto quia vult eos docere doctrinam vtilem, communem & generalem. Septimo & vltimo oſtendit hoc idem, videlicet, quod eius doctrinam libenter ſuſcipiant, quia vult eos docere doctri C nam veram, virtuoſam, & inerubeſcibilem. Hæc autẽ ſeptem rationes ſic ſe habent, quia primæ tres ſumuntur ex parte Pauli, qui Romanos docere debebat: ſequentes vero quatuor ſumuntur ex parte doctrinæ euangelicæ, quam Romanis tradere intendebat. Secunda ratio incipit ibi, Teſtis eſt mihi deus) Tertia ibi, Obſecrãs ſi quomodo.) Quarta ibi, Deſidero enĩ videre vos.) Quinta ibi, Nolo enĩ vos ignorare.) Sexta ibi, Grecis ac Barbaris.) Septima ibi, Non enim erubeſco euangelium.

In prima parte intendit talem rationem, Quicunq; primum gratias agit deo per Ieſum chriſtum pro omnibus vobis de bono veſtro & de fide veſtra, quæ annunciatur in vniuerſo mundo, ille diligit vos, & illius doctrinam debetis libenter audire: ego ſum huiuſmodi, ergò & cetera. De hac autem ratione ponit virtutem medii, dicens, Primum quidem gratias D ago deo meo per Ieſum chriſtum, à quo cuncta bona procedunt, pro omnibus vobis, quia fides veſtra annunciatur vniuerſo mundo. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, quòd cum ego ſic gaudeam de fide veſtra & de bono veſtro, meam doctrinam debetis libenter audire. Notandum autem quòd Apoſtolus principaliter gratias agit propter fidem Romanorum triplici ratione. Primò, vt oſtendat à deo cuncta bona procedere. Secundò, vt oſtendat ſe Romanos principaliter diligere. Tertio, vt oſtendat commune bonum ceteris præferendum eſſe. Secundum primum modum exponenda eſt littera. Primum) ideſt, principaliter (Gratias ago deo) quia debemus ſp incipere à gratiarum actione, & principaliter de omnibus bonis debemus gratias agere, quia nihil boni à nobis poſſumus, ſed totum à deo accipimus. Quantum autem ad ſecundum modum exponenda eſt litera. Primum) ideſt, principaliter (gratias ago deo meo) pro vobis Romanis, tanquàm pro eis, quos pręcipuè diligo, quibus

volo

uolo præcipue amicari. Secundum autem tertium modum eſt litera exponenda, Primum quidem) ideſt, principaliter (gratias ago, Deo meo pro vobis (quia ex vobis conſecutum eſt commune bonum (quia fides veſtra annunciatur in vniuerſo mundo)& quia commune bonum eſt cæteris præferendum; pro tanto, bonum eſt, primum & principaliter gratias agere. Notandum etiam, quòd ſecundum Aug. in Pſal. 49. & alibi pluries, & habetur in gloſa. Gratias deo agere eſt ſentire omnia a deo data eſſe, & pro eo laudare corde, voce, & opere. Notandum etiam quòd dicit, gratias ago deo meo, quia licet ſit vnus deus omnium dator, tamen ſpecialiter dicitur deus iuſtorum per gratiam, & Apoſtolorum per ſpecialem electionem, & ſpecialiter erat Pauli, quia eum quodam ſingulari modo elegerat, & eum in vas electionis acceperat. Vnde, Origenes ait, quòd hęc vox, deo meo, non poteſt eſſe niſi ſanctorum & iuſtorum: mali autem non habent vnde ſibi approprient, ſed intantum deus dicitur eorum, inquantum vniuerſaliter tam eos quàm alia per creationem ad eſſe produxit.

Dubitaret forte aliquis quare addidit apoſtolus Gratias ago deo meo per Ieſum chriſtum. Dicendum quòd ſecundum Aug. lib. lxxxiii. quæſt. q. 63. Filius eſt operatiua potentia patris. Sicut ergo quilibet per ſuam potentiam operatur, ſic quia pater per filium cuncta bona agit, dicitur filius operatiua potentia eius. Vt ergo oſtenderet Apoſtolus omnia bona eſſe à patre per filium, hoc bonum, quod eſt, gratias agere, dixit ſe per Ieſum chriſtum facere, qui eſt dei & hominum mediator.

Vlterius forte dubitaret aliquis. Quomodo fides Romanorum annunciabatur in vniuerſo mundo. Dicendum quòd gloſa tria in Romanis notat, ſecundum quæ dignum erat quòd à Romanis in alios deriuaretur profectus. Nam primo in Romanis erat, vt gloſa ait, capitis auctoritas, ſecundo fuit in eis multiplex bonitas. Vnde gloſa ait, quod erant diſciplina mirabiles boni operis cupidi, ſtudioſi magis agendi quàm loquendi: dignum ergo erat, quòd fides talium in alios redundaret profectum. Tertio fuit in eis confidendi facilitas. Vnde gloſa ait, & eſt Ambroſii, quòd non laudat apoſtolus fidem Romanorum, tanquam perfectam, ſed laudat facilitatem credendi, quia auditu auris crediderunt. Dignum ergo erat, ſi caput faciliter crediderat, quòd membra ad fidem faciliter declinaret. Deinde cum dicit.

Teſtis enim mihi eſt deus, cui ſeruio in ſpiritu meo in euangelio filii eius, quod ſine intermiſsione memoriam veſtri facio ſemper in orationibus meis.

Adducit ſecũdam rationem ſumptam ex eo quòd eorum habet memoriam. Formatur autem ſic. Quicunque, teſte deo, ſine intermiſſione, memoriam veſtri facit in orationibus ſuis, ille amat vos, & doctrinam eius vos Romani debetis libenter audire: ſed ego, teſtis eſt mihi deus, cui ſeruio in ſpiritu meo in euangelio filii eius, ſine intermiſſione memoriam veſtri facio in orationibus meis: ergo diligo vos & meam doctrinam debetis libenter audire. De hac autem ratione ponit virtutem medii, dicens, Teſtis enim mihi eſt deus, cui ſeruio in ſpiritu meo) ideſt, in voluntate mea. Vel cui ſeruio) non in carnalibus obſeruantiis, ſed (in ſpiritu meo) ideſt, in ſpiritualibus bonis, vt fide, ſpe, & charitate; & hoc in euangelio eius, quod prædico, quod annuncio. Deus ergo, cui ſic ſpiritualiter ſeruio, teſtis eſt mihi, quòd ſine intermiſſione memoriam veſtri facio ſemper in orationibus meis. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, quòd cum ego vos ſic diligam, ſic vos in memoriam habeam, meam do-
A ctrinam debetis libenter audire. Notandum autem quòd apoſtolus ſemper in orationibus, quotienſcunque orabat, (ſine intermiſſione) ideſt, non prætermittendo aliquam horam canonicam vel conſtitutam, in qua nunquam faceret (memoriam) Romanorum. Quod dicitur exponit gloſa, vel quia in qualibet tali hora cõſtituta Romanorum memor erat, vel quia per quamlibet talem orationem deum faciebat memorem Romanorum. Notandum etiam quod memoria & obliuio, & huiuſmodi paſſiones animæ accipiendæ ſunt de Deo, non ſecundum mutabilitatem mentis, ſed ſecundũ efficientiam operis, vt dicatur, deus memor noſtri, cũ nobis bona dat, oblitus vero, cũ dare ceſſat.

Dubitat hic magiſter, vtrum Apoſtolus iurauerit, cum dicit, Teſtis eſt mihi deus. Dicendum quòd ſecundum quoſdam Apoſtolus hic non iurat, quia non dixit, Per deum, ſed, Teſtis eſt mihi deus: ſed his obuiandum
B eſt per Aug. in de ſerm. Domini in monte. lib. 1. ſic dicentem, Ridiculum eſt putare hoc, ſi dicas, Per deum, iuras, teſtis eſt mihi deus, non iuras; quid enim per deum, niſi teſtis eſt mihi deus, aut quid eſt teſtis mihi deus, niſi per deum? Iurauit ergo hic Apoſtolus, vt melius ſibi credatur quod dicturus erat, vt habetur in gloſa.

Vlterius autem poſſet quis dubitare. Quomodo iuramentum ſit faciendum. Dicendum quod ſecundum Iuramentum.
Aug. de ſerm. domini in monte lib. 1. & habetur in gloſa. Iuramentum eſt aliud prohibitum, aliud ſuaſum, & aliud indultum. Prohibitum eſt dicere falſum, ſuaſum dicere verum, indultum eſt verum cum iuramento firmare. Quæ omnia innuit dominus, Matth. 5. Sit ſermo veſter, eſt eſt, non non. Quod autem his abundantius eſt, à malo eſt. Cum ergo dixit, ſit ſermo veſter eſt eſt, ſuaſit dicere verũ: cum addit, Non non, prohibuit dicere falſum: cum vero vlterius addidit,
C Quod autem his abundantius eſt à malo eſt, indulſit veritatem cum iuramento ſumere. Non enim erit, vt Aug. dicit, quod abundantius eſt malum eſt, ſed à malo eſt. Non enim tu facis malum qui iuras, ſed hoc eſt à malo alterius, qui tibi non credit, niſi tu iures. Dicendo enim de eo quod eſt, eſt: de eo quod nõ, non, congruum eſſet, quod auditor crederet; ſi autem non credit, & vlterius quærit, & iuramentum expoſcit, nõ eſt quod tu facias malum, ſed à malo eſt. In cauſa ergo neceſſaria, vt credibilis reddaris, iurare non eſt malum. Vnde Aug. ait, & inducitur hoc in gloſa, quòd iuramentum eſt faciendum in neceſſariis, cum pigri ſunt homines credere quod eis eſt vtile: & quia pigri erant Romani ad credendum verba apoſtoli, quæ eis vtilia erãt, iurauit apoſtolus, Teſtis eſt mihi deus.

Vlterius autem forte dubitaret aliquis, dato quod liceat iuramentum facere in cauſa neceſſaria, vtrum liceat iuramentum expoſcere. Dicendum quòd iſtam
D quæſtionem ſic Aug. determinat, quod multum intereſt exigere iuramentum, ſi nouit illum iurare falſum vel non; quia ſi neſcit, & ideo dicit iura mihi, vt ei fides ſit, humana tentatio eſt. Vnde Aug. non aſſerit hoc eſſe peccatum, ſed aſſerit hoc non eſſe peccatum, quia poteſt & bene & male fieri. Sed ſi ſcis ipſum hoc feciſſe, & cogis illum iurare, cum ſcias ipſum peierare, vt ait Aug. homicida es. Expoſcere ergo iuramentum, non vt facias hominem peierare, ſed vt certificeris de veritate, non ſemper eſt à malo culpæ: Et quod dixit deus (quod amplius à malo eſt) exponendum eſt quod eſt à malo infirmitatis & pœnæ. Eſt enim hoc à malo infirmitatis auditoris, quia ei veritas non eſt nota; & veritatem ignorare quoddam malum eſt. Vnde Aug. non eſt iuratio bona, ideſt, appetenda: non tamen eſt mala, ideſt, prohibita, licet ſit à malo infirmitatis eorum quibus aliquid dicitur. Non ergo ait Aug. quòd expoſcere iuramentum ſit à malo culpæ, ſed a malo infirmitatis eius, cui iuramentum ſit, qui in hac parte

dicitur infirmus, ideſt, non firmus, quia non eſt in veritate firmatus, & firmam veritatem ignorat, ideo iuramentum expoſcit vt in veritate firmetur. deinde cum dicit.

A

Obſecrans, ſi quo modo tandem aliquã do proſperum iter habeam in voluntate dei veniendi ad vos.

Ponit tertiam rationem ſumptam ex eo ꝙ deſiderabat ire ad Romanos & volebat eorum habere præſentiam. Formatur autem ſic. Quicunq; obſecrat ſi quo modo tandem aliquando, vt proſperum iter habeat in voluntate dei veniendi ad vos vt veſtram habeat præſentiam eius præſentia, eum debetis libenter audire: ego ſum huiuſmodi, ergo & cetera. De hac autem ratione ponit virtutem medii. legatur autem ſic littera, Dico quòd vos Romani debetis meam doctrinam libenter audire, quia ego pro vobis ſum (obſecrãs) ideſt, per ſacra adiurans (ſi quo modo) ideſt, ſi aliquo mõ (tandẽ) .i. poſt longa deſideria (aliquando) vt hyeme vel æſtate (proſperũ iter habeam in voluntate dei venĩedi ad vos) ſupple, vt vos videam, vt de vobis gaudeam, vt de veſtra valeam præſentia recreari. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, quod cum ſic ſit, meam doctrinam debetis libenter audire. Notandum autem, magnam affectionem oſtendere ſe Paulũ habere ad Romanos, qui obſecrabat, ideſt, per ſacra iurabat, & deum ſuppliciter execrabat, vt haberet proſperum iter veniendi ad eos. Notandum etiam quòd ait, voluntate dei, quia mala ſunt deo permittente, bona autem deo volẽte, & quia Apoſtolus bonum habebat propoſitum, poſtulabat proſperum iter ſecundum diuinam voluntatem, non ſecundum diuinam permiſſionem. Notandum etiam ꝙ omnes tres rationes, vt Romani ſuſcipiant benigne increpationes Pauli, & doctrinã eius, ſumptæ ſunt ex parte ipſius Pauli, nam quilibet diligentius ſuſcipit, & benignius audit increpationes & doctrinam amici. Quòd autem aliquis ſit dilector & amicus aliorum, quantum ad præſens ſpectat, ex tribus colligitur, primo ſi de bono eorum gratias agat deo, & habeat inde gaudium & letitiam, quod fecit Paulus in ratione prima. Secundo ſi ipſorum habeat memoriam, quod fecit in ratione ſecunda. Tertio ſi ad illos vult ire, vt per illorũ præſentiam recreetur, quod factũ eſt in hac ratione tertia. Deinde cũ dicit.

B

C

Deſidero.n. videre vos, vt aliquid impertiat vobis gratiæ ſpiritualis ad confirmandos vos, ideſt, ſimul conſolari in vobis, per eam, quæ inuicem eſt, fidem veſtrã atq; meam.

D

Ponit quartam rationem ſumptam ex parte doctrinæ euangelicæ, in quantum eſt doctrina gratuita & ſpiritualis. Formatur autem ſic, Quicunq; deſiderat videre vos vt partiatur & det vobis aliquam ſpiritualem gratiam, ideſt, aliquam gratuitam & ſpiritualem doctrinam ad confirmandum vos, & vt conſolemini inuicem per huiuſmodi doctrinam, & per huiuſmodi fidem, illius documenta debetis diligenter audire: ego ſum huiuſmodi, ergo & cetera. De hac autem ratione ponit virtutem medii, dicens. Deſidero enim videre vos, vt aliquid vobis impartiar gratiæ ſpiritualis) ideſt, vt vos participes faciam euangelicę doctrinæ, quæ eſt ſpiritualis gratia, ideſt, quæ eſt gratuitum & ſpirituale donum, & beneficium: & (ad confirmandos vos, id eſt, ſimul conſolari in vobis): vel vt habet alia litera, (ideſt vt ſimul conſolemur in vobis, per fidem quæ eſt inuicem veſtram atq; meam). Tunc enim eſt ſupplenda ratio, quòd cum ego velim vobis tradere doctrinam ſic gratuitam, ſic ſpiritualem, ſic conſolatoriam, mihi debetis credere, & me debetis libenter audire. Notandum autem quòd Apoſtolus, vt innuit gloſa, deſiderabat videre Romanos, quia ea quæ ſcribuntur poſſunt peruerſe accipi, ideo deſiderabat eos videre, & præſens eſſe cum eis, vt exponeret eis doctrinam euangelicam, quæ eſt gratuita & ſpiritualis in illo ſenſu & in illa interpretatione, in qua ſcribebat. Notandum autem quòd ait ad confirmandum vos, quia Romani iam fidem acceperant à Petro, quã fidem nolebat apoſtolus mutare, ſed volebat eos per ſpiritualem gratiam, ideſt, per ſpiritualem doctrinam in illa fide confirmare, vt in ore duorum teſtium ſcilicet Petri prius prædicantis, & Pauli poſtea affirmantis ſtaret omne verbum, & quod eis prædicatum erat firmius haberetur. Notandum etiam ꝙ ait ad confirmandum vos, ideſt, ſimul conſolari in vobis, vel ſecundum aliam literam, vt conſolemur vobiſcum, quia, vt gloſa dicit, Confirmatio Romanorum ita erat grata apoſtolo, quòd Romanos confirmari, erat apoſtolum conſolari in eis. Notandum etiam quòd ſubdit, Per eam fidem, quæ eſt inuicem veſtram atq; meam. vt oſtendat non eſſe aliam fidem apoſtolorum prædicãtium, & apoſtolorum credẽtium, iuxta illud Eph. Vnus dominus, vna fides, vnum baptiſma. Deinde enim dicit.

Petrus primò predicauit Romæ.

Cap. 4.

Nolo autem vos ignorare fratres, quia ſæpe propoſui venire ad vos, & prohibitus ſum vſq; adhuc, vt aliquem fructum habeam in vobis, ſicut & in cæteris gẽtibus.

Adducit quintam rationem ex eo quòd doctrina Pauli non ſolum erat gratuita & ſpiritualis, ſed etiã erat fructifera & vtilis. Formatur autem ſic, Quicunq; vult fructum in vobis Romanis ſicut in cæteris gentibus & vult vos docere fructiferam & vtilem doctrinã, illum debetis libenter audire: ſed ego Paulus, licet ſim prohibitus vſq; adhuc, propoſui tamẽ venire ad vos, vt talia vos docerem: ergo meam doctrinam debetis libenter audire. De hac autem ratione ponit virtutẽ medii, dicens, Nolo.n. vos ignorare fratres, ꝙ ſæpe propoſui venire ad vos, & prohibitus ſũ vſq; adhuc .i. ad pręſens tempus. licet ergo ſum ita prohibitus, propoſui tamen venire (vt aliquem fructum habeam in vobis, ſicut in cæteris gentibus) ideſt, vt vos per aduentum meum & per doctrinam meam fructificaretis ſicut & cæteræ gentes. Vel aliter, vt per aduentum meũ (habeam in vobis fructum) ideſt, pręmium & meritũ, ſicut in cæteris gentibus. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, ꝙ cum ego vos docere velim doctrinam tam vtilem tam fructuoſam tam meritoriam, me debetis libenter audire. Notandum autem ꝙ aduentus Pauli ad duo profeciſſet, quia feciſſet fructificare Romanos, & ex hoc ipſe Paulus meruiſſet, & habuiſſet inde fructum: ideo deſiderabat ire ad eos, vt haberet fructum in eis, ideſt, vt Romani fructificarent per aduẽtũ eius. Vel ad literã, vt haberet fructũ in eis .i. vt ipſe Paulus haberet fructum & meritum eundo ad eos, & prædicando eis. Deinde cum dicit.

Græcis & Barbaris, ſapientibus & inſipientibus debitor ſum: ita quod in me promptum eſt & vobis, qui Romæ eſtis, euangelizare.

Adducit ſextam rationẽ ſumptam ea eo ꝙ doctrina Pauli erat generalis, communis, & omnibus debita. Formatur autem ratio ſic, Quicunq; vult vos Romanos docere doctrinã communem & generalem debitam græcis, Barbaris, ſapientibus, inſipientibus, & vniuerſaliter omnibus: & quicunq; promptus eſt vobis Romanis talia euãgelizare, eius doctrinã debetis

libenter

A libenter audire: ego ſum huiuſmodi ergo & cætera. De hac autem ratione ponit virtutem medii, dicens, quòd (Græcis ac Barbaris) ideſt, habentibus legem, & carentibus lege (ſapientibus & inſipientibus debitor ſum) ideſt, doctrina mea, quæ eſt doctrina euangelica, eſt doctrina generalis & eſt debita omnibus, & ego propter illam doctrinam omnibus ſum debitor: & (ita) ſum debitor omnibus propter doctrinam euangelicam (quod in me promptum eſt) ideſt, ego paratus ſum (vobis, qui eſtis Romæ euangelizare) ideſt, paratus omnes vos Romanos docere illam doctrinam euangelicam, quæ eſt communis & generalis & omnibus debita. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, ꝙ cum mea doctrina ſit ſic communis, ſic generalis, ſic omnibus debita, eam debetis libenter audire. Notandum autem quod, vt in gloſa dicitur, & ſumptũ eſt ab Ambroſio, Promptior eſt quis ad rem ſibi traditam, ſi illi multos videat conſentire: B eo ergo ipſo ꝙ doctrina Pauli erat ſic communis, ſic conſentanea multis, leniebantur & diſponebantur Romani, vt doctrinæ illi citius aſſentirent. Notandum etiam ꝙ, ſecundum Ambroſium, Apoſtolus ſe dicit miſſum ad omnes gentes, & debitorem omnium gentium, in reſpectu autem Romanorum dicit ſe eſſe promptum: quia Romani erant caput mundi, ideo eorum conuerſio erat magis optanda.

Dubitaret forte aliquis. Quid eſt eſſe Barbarum: & vtrum aliquis ſit ſimpliciter Barbarus. Dicendum ꝙ Barbarus idem eſt quod extraneus: conuenit autem aliquem eſſe extraneum hoc, & aliquem eſſe extraneũ ſimpliciter, Quicunq; enim nõ intelligitur ab aliquo eſt barbarus & extraneus ei, à quo non intelligitur, iuxta illud Corinth. Si ego neſciuero virtutem vocis ero ei cui loquor barbarus, & qui loquitur mihi barbarus. (1.Cor.14.) Quilibet ergo poteſt eſſe barbarus huic, quia non intelligitur ab illo. Sed ille eſt barbarus C ſimpliciter, qui non intelligitur à ſe ipſo: huiuſmodi autem ſunt homines ratione non vtentes. Per Græcos ergo intelligit apoſtolus homines vigentes ſubtilitate ſapientiæ, & acumine rationis, quia Græci ſapientiam quærunt. Per Barbaros autem intelligit homines non vtentes ratione, nec viuentes ſecundum naturalẽ legem. Ideo ait Aymo, & habetur in gloſa, ꝙ Græcos præpoſuit, quia ab eis omnis philoſophia humana exordium ſumpſit. Barbaros verò eos dicit, quia quaſi exleges ſunt, ideſt, ſecundum legem rationis non viuunt: qd dictum concordat cũ eo qd habetur à Philoſopho in principio Politicorũ, qui ait (1.Polit.c.1.) Græcos debere Barbaris dñari, quia idẽ eſt eſſe natura barbarum & ſeruum. Natura enim ſeruus eſt, qui à ratione deficit, talis enim natura eſt ſeruus quia expedit ei ꝙ ab alio adiuuetur, quia neſcit ſe ipſum dirigere. Cũ ergo ſimpliciter Barbarus ſit ille, qui à ſe ipſo eſt extraneus, & qui ſe ipſum nõ intelligit, & qui vſum rationis nõ habet, cum talis ſit naturaliter D ſeruus; idem eſt eſſe natura barbarum & ſeruum. Græci ergo ideſt ſapientes debent barbaris dominari. Aduertendum ergo ꝙ ſic exponenda eſt litera apoſtoli, Debitor ſum Græcis ac Barbaris, ſapientibus & inſipientibus, ita ꝙ, ſapientibus & inſipientibus ſit expoſitio eius quod dixerat, vt ſit ſenſus, ſum debitor Græcis, ideſt, ſapientibus: & Barbaris, ideſt, inſipientibus. Vel aliter, vt gloſa tangit, quia inter ipſos Græcos erant aliqui magis ſapiẽtes, aliqui minus: & inter ipſos barbaros aliqui magis ſapientes, aliqui minus, propter quod ait Apoſtolus, ꝙ debitor eſt Græcis ac Barbaris, & debitor eſt ſapientibus & inſipientibus, & debitor eſt vniuerſaliter omnibus Græcis tam eis qui magis ſapiunt quàm eis qui minus: & debitor eſt vniuerſaliter omnibus Barbaris tam eis qui videntur aliquid ſapere inter eos, quam eis qui ſunt magis inſipientes. Deinde cum dicit.

Non enim erubeſco euangeliũ. Virtus enim Dei eſt, in ſalutem omni credenti Iudæo primum & Græco.

Adducit ſeptimam & vltimam rationem, ſumptam ex eo ꝙ doctrina Pauli erat virtuoſa, vera, & inerubeſcibilis. Circa quod duo facit, quia primo ponit huiuſmodi rationem, ſecundo quędam quæ propoſuerat declarat ibi, Iuſtitia enĩ dei.) Intendit ergo talem rationem, Quicunq; vult vos docere doctrinam inerubeſcibilem & virtuoſam, illum debetis libenter audire: ſed doctrina mea, quæ eſt doctrina euangelica eſt inerubeſcibilis & virtuoſa, ergo debetis eam libenter audire. De hac autem ratione ponit virtutem medii, dicẽs, Non.n.erubeſco euangeliũ) .i. doctrina mea que ẽ doctrina euangelica, nõ eſt doctrina falſa & erubeſcibilis, ſed eſt doctrina vera & virtuoſa (qa eſt quædã virtus Dei) .i. eſt quędã virtus diuinitus nobis propoſita (in ſalutem) ideſt, ordinata in ſalutem omni credenti (Iudæo primum & Græco). Tunc ergo ſupplenda ratio, ꝙ cum talis ſit doctrina mea, eam debetis libenter audire. Notandum autem ꝙ ſicut primæ tres rõnes ſumptæ ſunt ex parte Pauli, quibus Romanos docere volebat, quia oſtendit Paulus triplici ratione ſic eſſe ſe Romanorum dilectorem, vt Romani eius doctrinam libenter ſuſciperent: ſic hæ quatuor rationes ſequentes ſumptæ ſunt ex parte doctrinæ euangelicæ. Proponitur enim hæc doctrina eſſe talis, ꝙ eam Romani debent benigne ſuſcipere. Nam primo proponitur hęc doctrina eſſe gratuita & ſpiritualis, quod factum fuit in ratione quarta. Secundo fructifera & vtilis, quod factũ fuit in quinta. Tertio proponitur eſſe communis & generalis, quod factum fuit in ſexta. Quarto hæc doctrina proponitur eſſe virtuoſa & inerubeſcibilis, quod factum fuit in ratione ſeptima: & quia ad talia quilibet debet auide inclinari tam ex parte Pauli docentis, quàm ex parte doctrinæ traditæ, diſponuntur Romani, vt huiuſmodi doctrinam libenter ſuſcipiant. Notandum autem ꝙ doctrina euangelica non eſt res erubeſcibilis, quia non continet falſa. Eſt dei virtus, quia dei virtutem annũciat, & ad fidem inuitat. Eſt in ſalutem omni credenti, quia iuſtificat, & à ſecunda morte liberat. Quę omnia ex gloſa haberi poſſunt. Notandum etiã ꝙ hoc quod ait, Iudæo primum & Græco, dupliciter poteſt exponi, vt gloſa tangit, primo in vituperium Iudæorum, vt dicatur magis indigere medico qui magis infirmatur. Iudæi ergo magis indigebant euangelio, quia magis infirmabantur, nam nõ ſolum in ſe ſeducti erant, ſed etiam alios ſeducebant. Secundo modo hoc poteſt exponi, vt non ſolum exponatur in iudęorum vituperium, quod euangelium ſit in ſalutem iudæo primum, ideſt, maxime tanquàm magis indigenti & tanq̃ magis infirmo: ſed etiam exponatur in iudęorũ lau- D dem; nam euangelium debet eſſe in ſalutẽ (primum) ideſt principaliter Iudeo, deinde Græco ideſt gentili: quia chriſtus ad Iudęos eſt principaliter deſtinatus iuxta illud Matth. Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierant domus iſrael. (Cap.15.) Chriſtus enim fuit miſſus ad omnes, tamen dicit ſe miſſum ad Iudæos principaliter, quia per leges & prophetas inſtructi, promptiores debebant eſſe ad euangelium ſuſcipiẽdum, quamuis fuerint ex ſua malitia tardiores. Vltimo cum dicit.

Iuſtitia enim dei in eo reuelatur ex fide in fidem, ſicut ſcriptum eſt, Iuſtus autem ex fide viuit.

Quædam, quæ ſuppoſuerat, declarat: dixerat enim quod euangelium eſt virtus dei, & ꝙ eſt in ſalutem omni credenti. continuetur ergo ſic, Benedictum eſt quod euangelium eſt virtus dei, (quia iuſtitia dei) qua

apparet iuſtus in promiſſis:vel(iuſtitia Dei)qua gra-
tis iuſtificat impium(reuelatur in eo)ideſt, in euange
lio. Hæc iuſtitia in veteri teſtamento figurabatur oc-
culte,ſed in euangelio reuelatur aperte. Bene ergo
dictum eſt,quòd euangelium eſt virtus Dei,(cum iuſti
tia dei reueletur in ipſo)& hoc(ex fide in fidem)hoc
eſt, ex fide dei promittentis in fidem hominis cre-
dentis, ex qua fide, ſupple, homo viuit, & ſaluatur
per fidem,quę videlicet eſt in euangelio reuelata. No
Cap.2. tandum etiam ꝙ in Habacuc,vnde ſumpta ſunt iſta
verba,non ſic iacet textus, vt introducit apoſtolus,
ſed ibi ſic iacet litera. Iuſtus autem in fide ſua viuet.
Quod,vt dicitur in gloſa,dupliciter poteſt continge
re. Primo,quia apoſtolus hoc ſumpſit à translatione
ſeptuaginta,quę diſcordat à noſtra. Vel, vt oſtende-
ret ſe loqui eodem ſpiritu quo prophetę loqueban-
tur,ideo verba dimiſit & ſenſum retinuit. Notandum
etiam ꝙ,vt in gloſa tangitur, ſeptem modis dicitur
eſſe tranſitus de fide in fidem. Primo ex fide dei pro-
mittentis in fidem hominis credentis. Secundo eſt
tranſitus ex fide veteris teſtamenti,vbi colebatur deus
vnus,in fidem noui, vbi colitur deus trinus. Tertio
eſt tranſitus ex fide vnius articuli in fidem alterius ar
ticuli. Quarto eſt trāſitus ex fide primi aduentus, qui
fuit in carnem,in fidem ſecundi aduentus,qui erit ad
iudicium. Quinto eſt tranſitus ex fide primę reſurre-
ctionis,quæ eſt in anima, cum reſurgit à peccato, in
fidem ſecūdæ reſurrectionis,quæ erit in corporibus,
cum reſurgemus à mortuis. Sexto eſt tranſitus ex fi-
de prophetarum ſeminantium,in fidem apoſtolorum
metentium. Septimo & vltimo eſt tranſitus ex fide
ſpei,quia nunc ſperamus,in fidem rei,quia tunc tene
bimus. Et quia omnia iſta faciunt ad noſtram iuſtifi-
cationem,& ad noſtram vitam & ſalutem,ex tali tran
ſitu ex fide in fidem dicimur viuere & ſaluari.

LECTIO QVARTA.

REuelatur enim ira dei dē cœ
lo ſuper omnē impietatem,
& iniuſtitiam hominum eo-
rum qui veritatem dei in in-
iuſtitia detinent.

Poſita ſalutatione,quæ ſe habet loco tituli: & po-
ſita gratiarum actione,quę ſe habebat loro proemii.
In parte iſta tangitur de litigiorum ſedatione,quæ ſe
habet loco tractatus,& loco executionis negotii. In-
tentio enim Pauli in hac epiſtola eſt ſedare illa litigia
Romanorum, quæ inter gentiles & iudęos exorta
erant:& quia ex nunc incipit hoc facere, dicitur hæc
pars ſe habere loco tractatus,& loco executionis ne-
gotii. Diuiditur autem hæc pars in partes duas, quia
primo apoſtolus litigia Romanorum ſedat, & eos ad
pacem & concordiam prouocat. Secundo eos iam ſe
datos & ad pacem & concordiam reuocatos, & vt in
bonis moribus recte viuant, inſtruit & inclinat. Se-
cunda ibi in principio. 12. cap. Obſecro uos itaq; fra
tres per miſericordiam dei.)Circa primum duo facit,
ſecundum ꝙ duo ſunt neceſſaria in quolibet bono
opere: Nam primo eſt expellenda forma oppoſita, ſe
cundo eſt plantanda & introducenda propoſita; ſic
enim natura agit,quia primo expellit formam op-
poſitam,& eam expellendo formam propoſitam in-
troducit. Sic etiam ars facit, vt ſi per artem debeat
angulare fieri rotundū,primo à corpore illo expelli
tur per artem anguloſitas tanquàm forma oppoſita,
& introducitur ibi rotunditas tanquàm propoſita.
Sic etiam & in moribus eſt faciendū,quia primo ſunt
extirpanda vitia,poſtea ſunt inſerendæ virtutes. Pri-
mò ergo ſunt litigia ſedanda, quæ ſe habent vt vitia

A & vt forma oppoſita,ſecundo eſt pax & concordia in
ducenda,quæ ſe habet vt virtus & forma propoſita.
Primò ergo apoſtolus remouet à Romanis litigii ma
teriam,in quo expellit formam oppoſitam; ſecundo
eos prouocat ad pacem & concordiam,in quo indu-
cit formam propoſitam Secunda ibi,In principio. 5.
cap. Iuſtificati igitur per fidem, pacem habeamus.)
Ad euidentiā primæ partis ſciendū ꝙ materia omniū
iurgiorum & litigiorum videtur eſſe ſuperbia & ia-
ctantia,nā inter ſuperbos ſemper ſunt iurgia: abſcin-
dere ergo materiam litigii à gentilibus & iudęis eſt
tollere & remouere iactantias vtrorumq;:ſi enim ſuf-
ficienter oſtendatur & declaretur, ꝙ nec gentes nec
Iudęi habent vnde ſe iactent,& vnde glorientur, ſuf-
ficienter abſcinduntur litigia vtrorumq;. Volendo
ergo Apoſtolus tollere materiam litigii inter eos;
duo facit,quia primo reprehendit & increpat iactan
tias gentilium,ſecundo reprehendit & increpat iactā
B tias Iudęorum,ibi ante mediū. 2. cap. Non enim eſt ac
ceptio perſonarum. Rurſus ad euidentiam primę par
tis eſt notandum ꝙ Gentiles tripliciter ſe iactabant.
Nam primo Iudęos increpabant & iudicabant quaſi
eſſent meliores eis. Secundo de Idolatria ſe excuſa-
bant,quaſi hoc egiſſent non ex obſtinatione,ſed igno
rantia mentis. Tertio de moribus ſe iactabant, quaſi
non fuiſſent ſub peccatis. Hęc autem tria in prolo-
go huius epiſtolę deſcribuntur. Cum ergo tres iactan
tias haberent gentiles, volens apoſtolus omnem ma-
teriam litigii & elationis tollere, has tres iactantias
reprehendit & increpat. Tria itaq; facit, primo oſten-
dit,ꝙ Gentiles non poſſunt ſe excuſare de Idolatria
per ignorantiam,quia eos naturalis ratio inſtruebat,
& deus eis reuelabat. Secundo oſtendit ꝙ non pote-
rant ſe gentiles pręferre in moribus, quia ſub pecca-
tis grauibus exiſtebāt.) Tertio declarat ꝙ nō debent
Iudęos iudicare,quia iudicando alios,ideſt,Iudęos,ſe
C ipſos iudicabant. Secunda ibi,Propter quod tradidit
illos deus in deſideria.)Tertia ibi,Propter quod inex
cuſabilis es ò homo omnis qui iudicas.

Prima pars,quæ eſt pręſentis lectionis,in qua Apo-
ſtolus tollit iactantias Gentilium ꝙ non poſſunt ſe
excuſare de Idolatria per ignorantiam,quia eos na-
turalis ratio inſtruebat,diuiditur in tres partes. Nam
primo oſtendit ꝙ Gentiles peccauerunt per Idola-
triam. Secundo declarat ꝙ non poterant ſe excuſare
per ignorantiam. Tertio manifeſtat ꝙ ex hoc incur-
rerunt in magnam poenam & magnam miſeriam. Se
cūda ibi,Quia quòd notum eſt dei.)Tertia ibi,Et ob
ſcuratum eſt inſipiens cor eorum.)Continuetur autē
ſic. Dicebatur ſupra ꝙ euangelium eſt virtus dei in ſa
lutem omni credenti: ſed ſicut eſt in ſalutem omni
credenti, ſic ſupplendum eſt, ꝙ eſt in damnationem
omni non credenti. Quòd autem euangelium ſit in
damnationem omni non credenti,patet,(quia reue-
latur)ſupple,in ipſo vel per ipſum euangelium,(ira
D dei de cęlo)ideſt, illa ira dei que pandetur de cælo
(ſuper omnem impietatem & iniuſtitiam)ideſt, ſuper
omnem Idolatriā quæ antonomatice eſt impietas &
iniuſtitia. Per euangelium ergo reuelatur & doce-
tur illa ira,quæ pandetur de cœlo ſuper Idolatriam
(eorum hominum)ideſt,gentilium (qui veritatē dei
in iniuſtitia detinent).In quibus verbis oſtendit apo-
ſtolus gentiles per idolatriam peccaſſe, & eos graui-
ter per diuinam iram puniendos eſſe. Notandum au-
tem ꝙ hęc ira dei ſecundum Auguſtinum 15. de ci- Cap.15.
uit. Dei,& habetur in gloſa,ſumitur pro pœna; quia
quotienſcunq; ira dei legitur, non perturbatio a-
nimi eſt intelligenda, ſed accipienda eſt ira pro
iudicio, quo irrogatur pœna pro peccato. No-
tandum etiam quod ira Dei de cœlo poteſt intel-
ligi dupliciter,primo vt intelligatur ira dei venturi
de cœlo ad iudicium,iuxta illud Matth. Amodo vi-
debitis

debitis filium hominis ſedẽtem à dextris virtutis dei & venientem in nubibus cœli: tunc enim ira dei venientis de cœlo, ideſt in nubibus cœli pãdetur ſuper omnem impietatem & ſuper omnem idolatriam. Secundo modo poteſt intelligi de cœlo materiali: nam ipſum cœlum materiale nobis annũciat Deũ creatorem, propter quod ex ipſo cœlo materiali panditur & reuelatur qualis ira Dei & qualis pœna deſcendere debeat ſuper ipſos idolatras & ſuper ipſos impios iuxta illud Lucę. 12. Hypocritę, faciẽ cęli & terrę noſtis probare: hoc autem tempus quomodo non probatis? Si enim ſcimus iudicare faciẽ cęli debemus inducere quale eſt tempus in quo ſumus, & quẽ in hoc tempore debeamus colere & adorare. Notandum etiam, quòd, quia in euangelio reuelatur & in euangelio docetur, quomodo tam ex venturo iudicio cum dominus venerit in nubibus cęli, quàm etiam ex ipſo cælo materiali oſtenditur vobis ventura ira Dei ſuper impietatem & iniuſtitiam, bene dictum eſt, ꝙ reuelatus in euangelio illa ira dei de cœlo, quę pandetur ſuper impietatem & iniuſtitiam. Notandum etiam quòd impietas & iniuſtitia ſic poſſunt accipi, vt impietas dicatur peccatum contra fidem, iniuſtitia contra mores. Vel impietas dicatur peccatũ in Deum, iniuſtitia in homines. Vel poſſumus aliter dicere, vt exponendo tangebatur, ꝙ tam per impietatem quàm per iniuſtitiam datur intelligi Idolatria: nam pietas eſt Dei cultus. Idolatria ergo, quæ cultum debitum creatori dat creaturæ, impietas antonomatice nominatur. Iuſtitia verò vnicuiq; quòd ſuum eſt reddit: Idolatria verò quę honorem Dei creaturæ impendit antonomatice iniuſtitia dicitur. Cũ ergo hic de Idolatria gentilium agatur, competenter tam per impietatem ꝗ̃ per iniuſtitiam in hoc loco Idolatria deſignatur. Notandum etiam, quòd, vt gloſa tangit, non ait ſuper omnes impios, & ſuper omnes iniuſtos, ſed ſuper omnem impietatem & iniuſtitiã, quia cum vnius impii poſſunt eſſe multæ impietates, & vnius iniuſti multæ iniuſtitiæ, ira Dei non ſolum reuelabitur ſuper impium ſed etiam ſuper quamlibet impietatem & ſuper quamlibet iniuſtitiam. Notandum etiam quòd idolatræ, veri Dei, ideſt, veram de Deo cognitionem retinent in iniuſtitia, ideſt, in opere malo & in Idolatria; habet enim rationem per quam poſſunt cognoſcere verum Deum, & ipſi per iniuſtitiam & per opus malum colunt falſos Deos. Vel poſſumus dicere, hoc referendum eſſe ad gentiles Philoſophos, qui cum haberent de deo veram cognitionẽ ipſi manentes in iniuſtitia, tenebant illam veritatem & illam veram cognitionem, & non pandebant eam populo vt non colerent falſos Deos, ſed ipſi vnà cum populo impendebant Idolis Dei cultum. Deinde cum dicit.

Quia quod notum eſt Dei, manifeſtum eſt in illis, Deus enim illis manifeſtauit.

Poſtquàm apoſtolus probauit gentiles peccaſſe per idolatriam, In parte iſta, vt dicebatur, oſtẽdit eos non poſſe ſe excuſare per ignorantiam. Circa quod tria facit, quia primo eos Deum cognouiſſe declarat. Secundo, quid de Deo cognouerunt, demonſtrat. Tertio, ex his eos eſſe inexcuſabiles concludit & probat. Secũda ibi, (Inuiſibilia enim ipſius.) Tertia ibi, (Ita vt ſint inexcuſabiles.) Continuetur autem ſic, bene dictum eſt ꝙ ira Dei debet de cœlo reuelari & pandi ſuper omnem impietatem & iniuſtitiam ipſorum gentilium: & etiam bene dictum eſt: ꝙ gentiles veritatem, ideſt, veram Dei cognitionem detinent in iniuſtitia, (quia quod notum eſt Dei) ideſt, quod notum eſt de Deo, (manifeſtum eſt in illis: Deus enim illis reuelauit). Notandum autem quòd gentiles & maxime ſapientes inter eos, quod notum erat de Deo manife-

A ſtum erat illis, & Deus eis reuelauerat: & ipſi non agebant ſecundum notitiam eis à deo datam, ſed idola colebant & detinebant veritatẽ, ideſt, veram de Deo cognitionem in iniuſtitia, ideſt in opere iniuſto & in idolatria. Notandum etiam quòd ſecundum gloſam ait, Quod notum eſt Dei) ideſt, quod notũ eſt de deo (manifeſtum eſt in illis) quia non omnia, quæ ſunt Dei, manifeſta erant gentilibus: ſed ea (quæ nota erãt Dei) ideſt, ea, quæ ductu rationes ſciri poterant de Deo, (manifeſta erant illis) ideſt gentilibus. Notandũ etiam ꝙ duo ait apoſtolus determinando de Dei cognitione, quam gentiles habebant. Nam primo ait, Quod notum eſt Dei, manifeſtum eſt in illis. Secundo, Deus enim eis reuelauit. Qua dupliciter gentiles habebant notitiam de Deo, primo propter lumen rationis eis naturaliter inditum, & quãtum ad hoc ait, (Quod notum eſt de Deo manifeſtũ eſt in illis.) Secun-

B do habebant notitiam de Deo non ſolum propter lumen naturaliter inditum, ſed etiam propter opus manifeſtè factum: & quantum ad hoc ait, (Deus eis reuelauit) ideſt, propter opera ſua magnifica eis manifeſtauit. Fecit enim Deus opus ita magnificum, vt Ambroſius ait, quod ſuum opificem ſui viſibilitate manifeſtauit. Propter hoc enim opus magnifice factum Deus qui natura eſt inuiſibilis à viſibilibus ſciri poteſt. Notandum etiam quòd non ait, quod notum eſt Dei manifeſtum eſt illis, ſed (manifeſtum eſt in illis) quia cum Deus in ipſis gentilibus & in mentibus eorum indiderit lumen rationis, (Quod notum eſt Dei) ideſt, quod ductu rationis notum eſt de deo, non ſolum manifeſtum eſt illis ideſt gentilibus, ſed etiam (manifeſtum eſt in illis) quia in eorum mentibus erat impreſſum, & per lumen rationis erat in eis naturaliter inditum quod ductu rationis de Deo ſciri poterat. Deinde cum dicit.

C **Inuiſibilia enim ipſius à creatura mundi, per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur: ſempiterna quoq; eius virtus & diuinitas: ita vt ſint inexcuſabiles. Quia cũ cognouiſſent Deum, non ſicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt: ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis.**

Poſtquàm oſtendit Paulus, ꝙ Deum gentes cognoſcebant, ait quid de Deo cognoſcebant, dicens, ꝙ (inuiſibilia enim ipſius dei) ideſt, diuina eſſentia: (& ſempiterna quoq; virtus eius) ideſt, diuina potentia: (& diuinitas) ideſt, diuina bonitas, & diuina influentia (à creatura mundi) ideſt, ab homine, qui per quandã excellentiam dicitur creatura mundi: (per ea quæ facta ſunt) ideſt, per hæc magnifica opera, quę videmus, (intellecta conſpiciuntur). Notandum ꝙ in qualibet re eſt tria conſiderare ſcilicet ſubſtantiam ſiue eſſen-

D tiam, virtutem ſiue potentiam, & actionem ſiue operationem. Apoſtolus ergo quia dixerat, Quod notum erat de Deo, manifeſtum erat gentilibus: vel quia dixerat, Gentiles deum cognouiſſe, hic declarat quid de Deo cognouerant, dicens, quòd cognouerunt (inuiſibilia ipſius) ideſt, diuinam ſubſtantiam: (& virtutẽ eius) ideſt, diuinam potentiam; (& diuinitatem) ideſt, diuinam bonitatem & diuinam influentiam: & quia influere quoddam opus eſt, cognoſcendo diuinam bonitatem & diuinam influentiam, cognouerunt nõ ſolum diuinam ſubſtantiam & potentiam, ſed etiam diuinam operationem. Notandum etiã ꝙ alio modo exponitur iſte textus, vt nõ referatur ad eſſentialia, ſed ad perſonalia: & ita erit ſenſus, (Inuiſibilia enim ipſius) ideſt, Patris, qui ſpeciali modo dicitur inuiſibilis, quia non ſic apparuit in creatura viſibili, vt filius & ſpiritus ſanctus: (& ſempiterna quoq; virtus eius) ideſt filius: (& diuinitas) ideſt, ſpiritus ſanctus: (à crea-

A tura mundi)ideſt, ab homine, qui per quandam ex-
cellentiam dicitur creatura mundi: vel(a creatura
mundi)ideſt, per ea quæ facta ſunt à creatione mun-
di, & à conſtitutione mundi, ideſt, per hæc magnifica
opera, quę videmus,(intellecta conſpiciuntur). Qua-
les autem expoſitiones habeant veritatem, & quomo
do in his eſt congrua adaptatio, in diſputationibus
2. pars. c. apparebit. Deinde cum dicit. Ita vt ſint in excuſabi-
les) Poſtquàm oſtendit, ꝙ gentiles Deum cognoſce-
bant, & declarauit quid de deo cognoſcebant: in par
te iſta concludit, ꝙ de ſua Idolatria excuſationem
non habebant. Continuetur autem ſic (Ita) gentiles
Deum cognouerunt, & talia de ipſo agnouerũt (vt
ſint inexcuſabiles) ideſt, ꝙ de ſua Idolatria excuſatio
nẽm habere non poſſint. Et bene dico, quòd gentiles
ſunt de ſua idolatria inexcuſabiles, (quia cũ cogno-
uiſſent Deum, non ſicut deum glorificauerũt, aut gra
tias egerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis).
B Notandum autem ꝙ ſi debite volumus nos habere
erga deum, tria in nobis habere debemus. Primo ꝙ
deo debitum honorẽ referamus. Secundo, vt omnia
nr̃a bona à deo recognoſcamus. Tertio, vt nihil boni
nobis attribuamus. Gentiles autem Idolatriæ dediti
circa omnia iſta deficiebãt. Nam ipſi, (cum deum co-
gnouiſſent, non ſicut deum glorificauerunt) quia ei
debitum honorem non reddiderunt (nec etiam gra-
tias egerunt) quia bona, quæ habebant à Deo non co
gnouerunt, (ſed in ſuis cogitationibus euanuerunt)
quia ſibi illa bona attribuerũt, ac ſi illa bona à ſe ip-
ſis habuiſſent. Deinde cum dicit.

Et obſcuratum eſt inſipiens cor eorum,
dicẽtes. n. ſe eſſe ſapiẽtes, ſtulti facti ſunt.
Et mutauerunt gloriam incorruptibilis
Dei in ſimilitudinem imaginis corrupti-
bilis hominis, & volucrum, & quadrupe-
C dum, & ſerpentium.

Ponitur tertia pars principalis huius lectionis; in
qua, poſtquàm apoſtolus oſtendit quòd gentiles pec-
cauerunt per idolatriam, & probauit quod non po-
terant ſe excuſare per ignorantiam, concludit quòd
gentiles ex eorum peccato conſecuti ſunt pœnam et
miſeriã. Circa quod duo facit, quia primo proponit
quod intendit. Secundo quod dixerat manifeſtat &
probat ibi, Et mutauerunt gloriam.) Cõtinuetur au-
tem ſic, Gentiles peccauerunt per idolatriam, & non
potuerunt ſe excuſare per ignorantiam, quia non
peccauerunt directe & proprie per ignorantiam, ſed
magis peccauerunt per elationem & ſuperbiam: &
quia ſuperbia habet cor hominis excæcare & hebeta
re, ideo conſecuti ſunt gentiles hanc miſeriam: (& ob
ſcuratum) ideſt, hebetatum eſt (cor eorum: dicentes ſe
eſſe ſapientes) in humanis, & in his quæ ſunt mundi,
D (ſtulti facti ſunt) in diuinis, & in his quæ ſunt dei.
Deinde, cum dicit, Et mutauerunt gloriam & cete-
ra.) manifeſtat quod dixerat, oſtendens quantam
obſcuritatem, & quantam hebetudinem cordis incur
rerant. Nam magna eſt hebetudo mentis, ꝙ quis cre-
dat homines eſſe Deos: adhuc maior eſt hebetudo ꝙ
credat aues deos eſſe: adhuc eſt hebetudo maior ſi cre
dat quadrupedes, quia quadrupedes ſunt terreſtrio-
res auibus: adhuc maior eſt hebetudo ſi credatur ſer-
pentes eſſe Deos, quia ſerpentes ſunt magis terreſtres
ceteris ſupradictis. Et quia gentiles. Romani omnia
hæc colebant pro Diis, maxime erat cor eorum inſi-
piens & obſcuratum. Continuetur ergo ſic, bene di-
co quòd obſcuratum & hebetatum eſt cor Romano-
rum gentilium, quia ipſi (mutauerunt gloriam incor
ruptibilis Dei in ſimilitudinem imaginis corruptibi-
lis hominis, volucrum, quadrupedum, & ſerpentiũ)
quod ſine magna hebetudine & obſcuritate cordis

A eſſe non potuit. Notandum autem quòd ſi homines,
volucres, & quadrupedes non ſunt dii, multo magis
imagines repræſentates non ſunt dii: rurſus ſi fierent
aliquæ ſimilitudines illarum imaginum, multominus
erunt dii. Magna ergo eſſet hebetudo mentis colere
homines vel volucres aut alia aĩalia tãq̃ deos: adhuc
etiã maior eſſet hebetudo colere imagines eorum tã-
quàm deos, quia res plus habet de veritate quàm eius
imago: adhuc etiam maior eſſet hebetudo colere ſimi
litudines imaginum tanquàm deos. Nam ſicut imagi-
nes deficiunt a rebus, ita ſi fierent aliquæ figuræ ad ſi-
militudinem imaginum deficerent illæ ſimilitudines
ab imaginibus, & plus eſſet de veritate in imaginibus
quàm in illis ſimilitudinibus. Notandum etiam quòd Romani cole
Romani vt captarent beniuolentiam omnium, cùm bant deos om
aliquam prouinciam debellabant, dicebant ſe magis nium Prouin-
velle dñari amore q̃ timore, & dicebãt ꝙ volebant ciarum.
eſſe eorũ amici, & quod volebant colere eoſdẽ deos
B quos ipſi colebãt. Vnde ſtatim omniũ idolorũ & om
nium imaginum exiſtentium in prouincia illa facie-
bant fieri quaſdam figuras & ſimilitudines, & illas por
tabant Romæ, & colebant eas tanquàm Deos. Itaq;
Romani gentiles non ſolum colebant imagines ho-
minum vel volucrum vel aliorum animalium tanq̃
deos, ſed etiam colebãt ſimilitudines imaginũ: Quod
ſine magna obſcuritate & hebetudine mentis, vt di-
ctum eſt, eſſe non poterat.

Ad euidentiam autem dictorum quædam dubitan-
da occurrunt. Nam primo dubitatur de eo quod ma
giſter ait in gloſa, ꝙ p mundi fabricam potuerunt
gentiles cognoſcere deum ſolum eſſe adorandum, &
ſolum eſſe diligendum. Hæc autem dubitatio eſt vti-
lis ad intelligendum textum apoſtoli. Nam apoſto-
lus idolatras gentiles appellat ipſos & iniuſtos. Impii
enim erant, quia ſumme diligendum non ſumme dili
gebant: magna quidem impietas eſt non diligere ma
C xime diligendum: iniuſti enim erant, quia non adora
bant maxime adorandum. Cum enim adoratio & la-
tria ſit quidam cultus Deo debitus, magna iniuſtitia
eſt non adorare deum, & non colere ipſum, & nõ red-
dere ei honorem debitum. Oritur ergo quæſtio ne-
ceſſaria ad intellectum litteræ, quomodo gentiles
per mundi fabricam & rationis ductu poterant co-
gnoſcere deum ſolum adorandum & ſolum diligen-
dum. Dicendum ꝙ ſicut eſt in cauſis efficientibus, ſic
eſt ſuo modo in finalibus. Nam ſicut omnes cauſæ ef-
ficientes ſecundæ & intermediæ mouent in virtute ef
ficientis primi, ſic omnes fines particulares & interme
dii mouent in virtute finis vltimi. In Deo ergo, inquã
tum eſt efficiens primum, reſeruatur ſumma potentia
& ſumma maieſtas, quia in virtute eius mouet omnia
agentia: in eodem etiam deo inquantum eſt vltimus
finis, reſeruatur ſumma bonitas, quia in virtute eius
mouent omnes fines alii. Quare ſi rationis ductu poſ-
ſumus cognoſcere deum eſſe primum efficientem, &
D habere ſummam potentiam & maieſtatem: & ſi per
hanc mundi fabricam & per hos effectus poſſu-
mus cognoſcere ipſum eſſe finem vltimum & habere
ſummam bonitatem, quia ratione maieſtatis debetur
ei adoratio, ratione bonitatis dilectio, ipſe ſolus ado
randus, ipſe ſolus colendus, diligendus. Dicitur enim
ſolus diligendus dupliciter, vel quia ſolus diligendus
ſumme, vel dicitur ſolus diligendus non per reſpectũ
ad aliud: alia enim ſunt diligenda per reſpectum ad
ipſum. Sic etiam dicitur adorandus ſolus, vel adora-
tione ſumma & adoratione latriæ, vel eſt adorãdus
ſolus ideſt non per reſpectum ad aliud, quia non ha-
bet ab alio principio ꝙ adoretur & honoretur. Alia
autem ſi quid excellentiæ habent ab ipſo habent.

Vlterius autem dubitatur de eo quod Magiſter
ait, quòd deus fecit opus, quod opificem ſui viſibilita
te manifeſtauit, vt per creatum increatum poſſit ſcire:
valet

valet enim hoc ad intellectum literę. Nam iſto modo (quod notũ eſt Dei) ideſt de deo manifeſtum eſt gentilibus, & deus illis reuelauit. Nam opus fecit quod manifeſtauit opificem, per quod opus tanquàm per creatum deueniremus in cognitionem dei increati, vt gloſa tangit. Quæritur ergo quomodo hoc habeat veritatem, cum Deus ſit certior cæteris entibus, ſicut lux eſt manifeſtior cæteris coloribus. Dicendum ꝙ exemplum adductum ſatis dilucidat veritatẽ: videtur enim ſe habere natura increata ad naturas creatas ſicut lux ad colores. Nam ſicut color non dicit lucem in ſua puritate, ſed color eſt quædam lux opaca & quædam lux obumbrata, ſic cæteræ creaturæ non ſunt lux in ipſa puritate, ſed ſunt lux obumbrata & opacata. Natura ergo diuina in ſe conſiderata eſt certior & manifeſtior cæteris entibus, ſicut lux eſt manifeſtior coloribus omnibus: tamen non eſt inconueniens, vt communiter ponitur, ꝙ ſit incertior quo ad nos. Nam ſicut lux ſolis non poteſt intueri ab oculo noctuæ, ſic intellectus noſter qui operatur ad manifeſtiſſima in natura, ſicut oculus noctuæ ad lucẽ diei, non poteſt immediate ferri in manifeſtiſſima in natura: ſed cum noſtra cognitio incipiat à ſenſu, prius ferimur in hęc ſenſibilia, & per iſta ad intelligibilia manuducimur. Hæc ergo creata ſunt certiora non in ſe, ſed quo ad nos; & per hęc deuenimus in cognitionem dei: qui licet ſit certior in ſe, non eſt certior in nobis.

a. Metaph. Tex, 5.

Vlterius dubitatur de hoc quod ait Apoſtolus, Inuiſibilia enim eius, ideſt diuina eſſentia, vt exponit magiſter, Quęritur quomodo diuina eſſentia dicatur inuiſibilis. Dicendum ꝙ hæc quęſtio duplicem dubitationem trahit, primo qualiter diuina eſſentia dicatur inuiſibilis, ſecundo quare dicatur inuiſibilia in plurali. Dicendum ꝙ viſus ponitur pro omni ſenſu. Dicitur ergo diuina eſſentia inuiſibilis, quia eſt ſimplex & imparticipabilis & ſenſu non capitur. Dicuntur autem inuiſibilia in plurali propter multitudinem perfectionum in ea exiſtentium, & quia multis modis repręſentatur in creaturis. Licet ergo diuina eſſentia in ſe vna ſit, tamen quia multis modis in creaturis repręſentatur, hic vbi agitur de cognitione Dei per creaturas, competenter diuina eſſentia pluraliter dicta eſt inuiſibilia. Quare autem dicatur Perſona patris inuiſibilis in expoſitione literæ tangebatur: dicebatur enim ꝙ pater non ſic apparuit in ſpecie uiſibili ſicut filius & ſpiritus ſanctus, ideo ſpeciali modo dicitur inuiſibilis. Sed pater inuiſibilia pluraliter dici poteſt propter pluralitatem notionum exiſtentium in ipſo: in eo enim ſunt plures notiones quàm in filio & ſpiritu ſancto.

Vlterius dubitatur quomodo hæc expoſitio habeat veritatẽ, videlicet, ꝙ per inuiſibilia intelligatur Pater, per virtutem filius, per diuinitatem ſpiritus ſanctus: ſecundum hanc expoſitionem videtur quòd Gẽtiles Trinitatem cognouerint. Conſtat autem quod rationis ductu cognitionem trinitatis habere nõ potuerint. Dicendum quòd ad hoc ſoluit magiſter per verba Auguſtini, dicens, ꝙ illas tres perſonas non dicuntur intellexiſſe, quòd eas diſtincte, veraciter, & proprıè intellexerint, ſed quia cognouerunt eſſe in deo illa tria, videlicet, potentiam, ſapientiam, & bonitatem: quæ illis tribus perſonis in ſacra ſcriptura frequenter diſtinctim & ſpecialiter ſolent attribui, quaſi dicat, quòd gentiles Philoſophi non cognouerunt trinitatem per propria, ſed per appropriata.

Vlterius autem dubitatur de eo quod magiſter ait videlicet quòd per cœlum & terras, & alias creaturas quas perpetuas eſſe intellexerunt, Deum ęternum mẽte conſpexerunt. Videtur enim ꝙ oppoſitum & maxime contradictorium arguat aliud contradictorum. Creaturæ ergo, quæ non ſunt æternæ, quantumcunq; ſunt perpetuæ, ęternitatem creatoris non poſſunt

A arguere nec probare. Dicendum quod ex creaturis, vt magiſter ait, & nos probare poſſumus Deum eſſe ęternum. Nam ſi creatura eſt tẽporalis & eſſe cœpit, oportet quòd aliquod aliud agens præceſſerit creaturam, quod eam ad eſſe perduxerit. Nam cum nihil ſeipſum ad eſſe perducat, oportet ſemper actum præcedere potentiam, vt probatur in nono Meth. tex. 13. Nam ſi actus non precederet potentiam, quantumcunq; entia poſſint eſſe, nunquã tamen eſſent, quia non eſſet aliquid actu quod faceret ea potẽtia, actu entia. Bene ergo dictum eſt quòd ſi creaturæ eſſe cœperũt, aliquid aliud fuit prius actu, quod eas ad eſſe produxit. Tum quæro de illo agẽte, vtrum eſſe cœperit an non: quod ſi eſſe cœpit, aliquid aliud præceſſit, quod ipſum produxit ad eſſe, & quia non eſt abire in infinitum, oportet quòd rei temporalis ſit cauſa æterna, quod probare volebamus. Quod autem dicebatur, B ꝙ vnum oppoſitorum non arguit aliud: dicendum ꝙ immo, quia negatio arguit affirmationem, & potentia arguit actum, & temporale ęternum. Vel poſſumus dicere ꝙ temporale arguit ęternum non ratione oppoſitionis, ſed ratione dependentiæ, quam habet ad ipſum.

Vlterius autem dubitatur de eo quod magiſter ait, videlicet, ꝙ ideo ex creaturis poſſumus conſpicere Deum immẽſum eſſe. Hoc autem videtur falſum, quia creaturæ non ſunt immenſæ, ſed limitatæ: ex eſſe autem limitato non videtur ꝙ poſſit argui eſſe immenſum. Dicendum quòd creaturę quantuncunq; ſint certis limitibus circumſcriptæ, ſufficienter tamen arguitur ex eis Deum immenſum eſſe. Nam ſemper eſſe participatum arguit eſſe purum, ſicut potentia arguit actum: Omne enim eſſe participatum eſt eſſe in potentia, eſſe autem purum eſt eſſe in actu. Cum enim omne eſſe participatum ſit eſſe ab aliquo, quia nõ eſt deuenire in infinitum, oportet deuenire ad eſſe purũ, C quod non ſit ab aliquo: Creaturæ ergo, quia habent eſſe participatum & receptum in aliquo, habent eſſe limitatum & finitum: Deus autem, qui habet eſſe purum non in aliquo receptum, non habet eſſe contractũ nec particularizatũ, ſed infinitum. Cum ergo oſtẽſum ſit ꝙ ex eſſe participato arguitur eſſe purum, ſufficienter probatum eſt ꝙ ex eſſe limitato creaturarum oſtenditur Deum eſſe immenſum & infinitum.

Vlterius autem dubitaret aliquis, quia magiſter diſtinguit tria genera viſionum, videlicet, corporalem, imaginariam, & intellectualem: & ait ꝙ de tertio genere viſionis eſt iſta viſio, de qua loquitur hic Apoſtolus: Ergo philoſophi viderunt Deum ſecundum tertium genus viſionis: ſed tertium genus viſionis dicitur tertium cœlum ad quod fuit raptus Paulus, ergo philoſophi viderunt Deum ſicut & Paulus. Dicendum ꝙ ſecundum tertium genus viſionis, ideſt, intellectualirer videre Deũ eſt dupliciter, vel per eſſentiam, D vel per effectus. Per eſſentiam vidit Paulus, per effectus viderunt philoſophi & gentiles. Viſio ergo Pauli appellata fuit cælum, quod videre per eſſentiã aliis eſt celatum & occultatum. Philoſophi ergo & ſi poſſunt dici perueniſſe ad tertium genus viſionis, quia Deum per effectum intellectualiter cõſpexerũt, non tamen dicuntur rapti ad tertium cælum, quia Deum per eſſentiam non viderunt.

LECTIO QVINTA.

PRopter quod tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum in immunditiam, vt contumeliis afficiãt corpora ſua in ſemetipſis.

Poſtquàm apoſtolus repreſſit iactantias gentilium, ꝙ ſe de Idolatria non poterant excuſare per ignorãtiam mentis, quia eos naturalis ratio inſtruebat. In parte iſta reprimit eorum iactantias, quòd non poſſunt ſe iactare de moribus, quia ſub peccatis grauibus exiſtebant. Ad cuius euidentiam ſciendum ꝙ ſe- Cap.1. cundum Philoſophum in. 7 libro Ethi. Eſt dare quãdam virtutem, quam appellamus heroicam ideſt excellentem & diuinam. Alię ergo virtutes politicæ faciunt homines bonos ſecundũ modũ cõmunẽ hoim ſed heroica facit hoiem bonũ vltra modũ hoim: dicũtur.n. hic heroici qui ſunt quaſi Dii, & ſunt boni vltra modum humanum. Vnde idem Ariſtot. ponit exemplum dicens, vt Homerus introduxit Priamũ referentem de Hectore qui adeò erat bonus, quòd non videbatur filius hominis mortalis, ſed Dei. Sed ſicut eſt dare quandam virtutem quæ appellatur heroica, quæ facit hominem bonum vltra modum humanum, ita etiam, vt dicitur ibidem, eſt dare quoddam vitium, quod beſtialitas eſt, quæ facit hominem malum vltra modum humanum. Diſtinguuntur ergo virtutes in virtutem heroicam, & virtutes alias: & vitia poſſunt diuidi in beſtialitatem & in prauitates alias. Dicuntue autem beſtialitates, quæ ſunt adeò vitia contra naturam, ꝙ ea ipſa natura horret, cuiuſmodi eſt bibere ſanguinem humanum, comedere carnes humanas, vel etiam quòd maſculi cum maſculis coeant, vel etiã fœminæ fœminas polluant & cætera huiuſmodi, quæ adeò abominabilia ſunt quòd ea ſtatim natura abhorreat. De huiuſmodi autem beſtialitatibus reci- Cap.5. tat Philoſophus. 7. Ethic. de iis, q comedebant hepata matrum; de aliis, qui morabatur in inſula Ponti, qui pręſtabant ſibi filios in conuiuium, & plures tales beſtialitates in exemplum adducuntur ibidem. Ad præſens tamen ſufficiat ſcire coitum maſculinũ cum maſculis, & fœmininum cum fœminis beſtialitatem eſſe. Apoſtolus itaq; omnes volens reprimere iactantias Romanorum gentilium, dupliciter oſtendit, ꝙ non poterant gloriari de moribus, primo quia regnauerant in eis beſtialitates, ſecundo quia regnauerant in eis aliæ prauitates ibi, Et ſicut non probauerunt & cetera. Circa primum duo facit, nam primo apoſtolus quantum vitium ſit beſtialitas declarat, ſecundo ꝙ in eis regnauerat beſtialitas manifeſtat ibi, Nam fœminæ eorum.) Iu declarãdo quantum vitiũ ſit beſtialitas tria facit, ſecundum ꝙ quęlibet res poteſt tripliciter conſiderari, videlicet, ſecundum ſe, ſecũdum ſuam cauſam, & ſecundum ſuum effectum. Beſtialitas autem ſecundum ſe eſt quædam maxima malitia. Cauſa autem beſtialitatis eſt diuina deſertio; nã quia nos Deum deſerimus, & Deus nos deſerit ſic prolapſos in tantum vitium. Effectus autem beſtialitatis eſt non ſolum pœna ſed etiam ignominioſa & pudibunda infamia. In declarando itaq; quantum vitium ſit beſtialitas, primo oſtendit quanta ſit beſtialitas maſculina, ſecũdo quę ſit beſtialitatis cauſa, tertio quàm pudibunda ſit beſtialitatis infamia. Secunda ibi, Qui commutauerũt veritatem.) Tertia ibi, Propterea tradidit illos Deus in paſſiones ignominiæ.

Oſtendit ergo primo quanta ſit beſtialitatis malitia, dicens, Propter quod) ideſt, propter hoc, quod gentiles ſeruierunt idolis (tradidit illos Deus) in peſſimam vitam, & in peſſimas beſtialitates, & in peccata contra naturam, quia tradidit Deus in deſideria cordis eorum in immunditia, vt cõtumeliis afficiant corpora ſua in ſemetipſis. Notandũ quod magna eſt malitia eorum, qui ſunt beſtiales; nam tales primo peccant contra naturam generis, ſecundo contra naturam ſpeciei, tertio cõtra naturam indiuidui. ea enim quæ ſunt ſecundum naturam generis vt eſt cõiunctio maris & fœminæ, quam coniunctionem cætera animalia ſequuntur, non ſunt talia ſecundum deſideria A cordis noſtri, ideſt, ſecundum deſideria à corde noſtro inuenta: ſed magis ſunt ſecundum deſideria à natura inſtigata & impulſa. Eo ergo ipſo quod ait Apoſtolus huiuſmodi vitium non eſſe à natura inſtigatũ, ſed ſecundum deſideria cordis inuentum, oſtendit ipſum eſſe contra naturam generis. Rurſus quia ratio ſemper dictat ea quæ ſunt munda & pulchra, cum homo quantum ad eſſe ſpecificum ſit rationalis, eo ipſo quod apoſtolus appellauit hoc vitium (immũditiam) dixit ipſum eſſe contra naturam ſpeciei. Sed ex eo quod ſubdit, (vt contumeliis afficiant corpora ſua) ideſt, corpora indiuidua quæ habent, dixit hoc vitiũ eſſe contra naturam indiuidui. Per hæc ergo verba ab apoſtolo tacta deſcribitur quanta ſit huiuſmodi beſtialitatis malitia, quia eſt contra naturam generis, ſpeciei, & indiuidui. Notandum etiam ꝙ ait (vt contumeliis afficiant corpora ſua in ſemetipſis) quia per huiuſmodi vitium & beſtialitatem ſit turpitudo & cõ- B tumelia in ſemetipſis, ideſt, in eodem genere, & in eodem ſexu, vt exponit gloſa, quia maſculi in maſculis, & fœminæ in fœminis. Deinde cum dicit.

Qui commutauerunt, veritatem Dei in mendacium: & coluerunt & ſeruierunt creaturæ, potius quâm creatori, qui eſt benedictus in ſecula. Amen.

Oſtenſo, quanta ſit beſtialitatis malitia, oſtendit quæ ſit beſtialitatis cauſa. Eſt.n. huius beſtialitatis cã deſertio Dei, quæ eſt valde periculoſa; nam quia nos Deum deſeruimus, Deus deſerit nos, & ab eo deſerti ſit tãta pręcipitatio. Continuetur ergo ſic, ipſi gentiles ſic erant vitio infecti, cuius infectionis cauſa erat, (qui) ideſt, quia (commutauerũt veritatem Dei) ideſt, Deum verum (in mendacium) ideſt, in Deos falſos & mendaces. Et qnia Deum deſeruerunt, (& coluerunt & ſeruierunt creaturæ potius q̃ creatori, qui eſt bene- C dictus in ſecula ſeculorum. Amẽ.) Ideo) (ſupple) Deus deſeruit eos, & in tantum præcipitium ſunt prolapſi. Notandũ aũt ꝙ quodlibet Idolum eſt quidã falſus Deus, nam vniuſcuiuſq; rei diſpoſitio in veritate, eſt ſua diſpoſitio in entitate, vt dicitur. 2. Metaph. tex. 4. Sicut ergo res ſe habet ad eſſe, ſic ad veritatẽ: vbi ergo nõ eſt diuina entitas, nec diuina veritas. Idola itaq; quia nõ habebant in ſe diuinam naturam, nec diuinã entitatẽ, nec per cõſequens diuinam veritatem: non erant veri, ſed falſi & mendaces Dii. Colentes itaq; creaturam pro creatore, & idolum pro vero Deo, mutabant veritatem, ideſt verum deum in mendacium, quia colebant mendacem & falſum deum pro vero Deo. Notandum etiam quòd Deus dicitur benedictus in ſecula ſeculorum, quia ſine fine eſt ſuper omnia eaaltatus. Deinde cum dicit.

Propterea tradidit illos Deus in paſſiones ignominiæ. Nam fœminæ eorum im- D mutauerũt naturalem vſum in eum vſum qui eſt contra naturam. Similiter autem & maſculi, relicto naturali vſu fœminæ, exarſcerunt in deſideriis ſuis inuicem maſculi in maſculos turpitudinem operantes. Et mercedem, quam oportuit, erroris ſui in ſemetipſis recipientes.

Oſtenſo, quanta ſit huiuſmodi beſtialitatis malitia, & quę ſit huiuſmodi beſtialitatis cauſa: oſtẽdit quàm pudibũda ſit huiuſmodi beſtialitatis infamia, dicens, ꝙ (propterea) ideſt, videlicet quia deum deſeruerunt & creaturæ potius ſeruierunt quàm creatori, (tradidit illos Deus in paſſiones ignominię) ideſt, in voluptates carnis non nominandas. Dicitur enim ignominia, vt

A nia, vt Aymo ait, quaſi inomia, ideſt, ſine nomine, quia eſt ſine nomine dignitatis: eſt enim huiuſmodi beſtialitatis pudibunda infamia, quia eſt voluptas ignominioſa, ideſt, non nominanda. Deinde cum dicit, Nam fœminæ eorum.) Poſtquàm oſtendit quãtum ſit hoc beſtialitatis vitium, in parte iſta declarat gentilem populum huic beſtialitati fuiſſe ſubiectum. Continuetur ergo ſic, vt oſtenſum eſt, tantum eſt hoc beſtialitatis vitium, vt merito vos gentiles non poſſitis excuſare de moribus, quum his beſtialitatibus vos conſtet eſſe ſubiectos: quòd etiam gentiles tam ſecundũ fœminas quàm ſecundum maſculos fuerint huic beſtiali vitio ſubiecti, patet, (quia fœminæ eorum). i. gentilium (immutauerunt) vel, vt habet alia litera, (commutauerũt naturalẽ vſum in eum vſum, qui eſt cõtra naturã): quia inter gẽtiles erant fœminę cũ fœminis turpitudinẽ perpetrantes. Similiter autem & B maſculi relicto naturali vſu fœminæ exarſerunt in deſideriis ſuis, inuicem maſculi in maſculos turpitudinem operantes: & mercedem, quam oportuit, erroris ſui, in ſemetipſis recipientes). Notandum ꝙ ex errore gentilium, & quia colebant creaturã potiuſquàm creatorẽ conſecuti ſunt hanc mercedem in ſemetipſis ideſt in eis eſt hæc pœna inflicta vt contumeliis afficiant corpora ſua. Ideo in litera dicitur quòd (mercedem, quam oportuit, erroris eorum) ideſt mercedem illam & pœnam illam, quam merebantur habere ex errore eorum fuerunt (recipientes in ſemetipſis,) quia ex hoc conſecutum eſt vt in ſemetipſis reciperẽt hanc mercedem & hanc pœnam, vt contumeliis afficerent corpora ſua. Notãdum, quòd, vt gloſa tangit, Deus non dicitur aliquem tradere in malum impertiendo malitiam, ſed non tribuendo gratiam. Gentiles igitur Deum deſerebant colendo idola, iuſto igi-C tur Dei iudicio factum eſt vt propter errorem eorum quia Deum deſerebant, quòd deus eos deſeret, quos deſerendo; iuſto iudicio dei factum eſt, vt ex errore eorum in tantum pręcipitium deuenirent, & vt in ſemetipſis mercedem huius cõtumeliæ reciperent. Notandum etiam quòd circa ea quæ hic de gentilibus Romanis dicuntur quatuor ſunt attendenda ad Romanorum excuſationem. Primo quia non ſcribitur gentilibus quales nũc erant, ſed quales prius erãt: nam controuerſia inter iudęos & gentiles non directe oriebatur de ſtatu in quo erãt, ſed de ſtatu in quo fuerant. Secũdo attendendũ eſt, quia, ꝙ hic apoſtolus ait, non oportet referre ad gentiles omnes, ſed ad gentiles aliquos: nã & gẽtiles iudęos increpabãt de pluribus vitiis, ad quę vitia nõ oẽs iudei declinauerãt, ſicut ad vitiũ de quo reprehendũtur hic gentiles nõ oportet gentiles quoslibet declinaſſe. Tertio eſt attendendum, quia epiſtola quæ ad Romanos intitulatur, nõ D ſolum fuit miſſa ad eos, qui ſolum erant in ciuitate Romana, ſed ad omnes alios adiacentes: ſed à Romanis nomen ſumpſit quaſi ab illis qui inter eos excellẽtiores erant: vnde non oportet Romanos tales fuiſſe, ſed ſufficiãt quòd aliqui audientes tales fuerint. Quartò eſt inſuper aduertendum, quia hic non eſt quæſtio de patria ſed de gente: cum enim dicebant gentiles iudęis, ante Idola ſaltaſtis, non oportebat quòd aliqui ex iudęis exiſtentes in ciuitate Romana hoc fecerint, ſed ſufficiebat quòd aliqui exiſtentes ex Iudæorum genere hoc feciſſent. Sic cum in hac epiſtola aliquid dicitur contra gentiles Romanos, non oportebat aliquos ex gentilibus Romanis tales eſſe, ſed ſufficiebat de genere gentilium, & de eorum gente aliquos tales fuiſſe repertos. Deinde cum dicit.

Epiſtola hæc cur ſub titulo ad Romanos inſcribitur.

Et ſicut non probauerunt deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, vt faciant ea, quæ non conueniunt.

A Poſtquàm apoſtolus oſtendit, quòd gentiles non poterant ſe iactare de moribus, quia in eis regnauerãt peſſimæ beſtialitates. In parte iſta oſtendit, quòd ſe iactare non poſſunt, quia in eis regnauerant aliæ prauitates. Circa quod duo facit, quia primo quæ ſit illarum prauitatum cauſa declarat, ſecũdo quòd in gentilibus regnauerunt tales prauitates manifeſtat & narrat ibi, Repletos omni iniquitate.) Continuetur ergo ſic, verè gentiles non poſſunt ſe iactare de moribus, quia in eis non ſolum regnauerunt beſtialitates, ſed etiam aliæ prauitates. Cauſa fuit, quia (ſicut non probauerunt) ideſt non putauerunt, vt exponit gloſa, (deum habere in notitia) ideſt Deũ habere in cognitione, quia non putauerunt Deum cognoſcere ſupra eorum peccata. Ideo (tradidit eos in reprobũ ſenſum) ideſt in reprobam notitiam, vt nihil probum intelligant, & (vt faciant quę non conueniunt), ſup-B ple rationi. Notandum autem eſt diligenter, Apoſtolum valde ſubtiliter procedere in hac parte, in eo quòd non eandem cauſſam aſſignat, quare gentiles incurrerent beſtialitates, & quare incurrerant alias prauitates, nã quia mutauerunt veritatẽ Dei in mẽdacium, incurrerunt in beſtialitates: quia verò nõ probauerunt. i. non putauerunt Deum habere in notitia, ideſt quòd Deus cognoſceret ſuper eorum peccata, ideo incurrerunt alias prauitates. Ad cuius euidentiã eſt ſciendum quòd beſtialitates ſunt peccata contra naturam, ſed aliæ prauitates non dicuntur ſic abſoluto nomine peccata contra naturam, ſed ſunt peccata contra ſcientiam & contra rationem, quia ſunt contra id quod recta ratio dictat. Gentiles ergo quia peccabant contra naturam diuinam, quia mutauerunt veritatem Dei in mendacium & attribuerunt C naturam diuinam Idolo, ideo iuſto iudicio Dei factũ eſt quòd ſicut contra naturam diuinam peccauerũt, ſic ſubtraheretur eis diuina gratia; per quàm ſubtractionem in peccata contra naturam labi poſſent. Rurſus gentiles non ſolum peccauerunt contra diuinam naturam attribuendo diuinam naturam idolo, ſed etiam peccauerunt contra diuinum intellectum & contra diuinam ſcientiã non credendo quod deus intelligeret nec haberet notitiam peccatorum eorũ. quare ſicut peccauerunt contra diuinam ſcientiam, ſic rectum fuit quòd laberentur in peccata, quæ peccata eſſent contra rectam ſcientiam, & quæ eſſent ſecundum reprobum ſenſum, & quæ rationi rectæ nullatenus conuenirent. Congrue ergo apoſtolus cum determinauit de peccatis contra naturam dixit gentiles ſic peccaſſe, quia peccauerunt contra diuinam naturam, & mutauerunt veritatem dei in mendacium: hic autem quia vult determinare de prauitatibus factis ſecundum reprobum ſenſum, vel de prauitatibus D quæ non conueniunt rectę rationi nec rectę ſcientię, ait gentiles ſic eſſe traditos in reprobum ſenſum & vt faciant quæ non conueniunt rectæ ſcientiæ nec rectę rationi: quia nõ probauerunt. i. non putauerunt deũ habere in notitiam. i. Deum cognoſcere, ſupple eorũ peccata. Notandum etiam quòd peccare contra diuinam ſcientiam contingit dupliciter. Primo ſi nõ credamus Deum habere notitiam noſtrorum factorum & noſtrorum peccatorum: ſic peccabant illi de quibus dicitur Iob. 22. qui dicebant quòd Deus quaſi per caliginem iudicat, nec merita cõſiderat, ſed circa cardines cœli perambulat. Secundo peccatur contra diuinam ſcientiam, ſi eius ſcientiam à nobis abiiciamus, & ſcientiam ſuarum viarum nolumus; ſecũdum quem modũ peccabant illi de quibus dicitur Iob. 21. quòd dixerunt Deo, recede à nobis, ſcientiam viarum tuarum nolumus. Gentiles ergo, vt gloſa exponit, vtroq; modo non probauerunt Deum habere in notitiam, primo quia non putauerunt Deum habere notitiam peccatorum ſuorum: ſecundo peccauerunt

contra Dei ſcientiam,quia non probauerunt habe- A
re in ſe ipſis Deum in notitiā,vt Deum cognoſcerent,
& vt Dei vias ſequerentur: & quia ſic vtroq; modo
peccauerunt contra Dei ſcientiam,traditi ſunt in re-
probum ſenſum,vt non agant ſecundum ſenſum pro
bum,ſecūdum cognitionem debitam:& traditi ſunt,
vt faciant quæ non conueniunt rationi. Notandum
etiam quòd cum dicimus beſtialitates eſſe contra na-
turam,ſed alias prauitates eſſe contra rectam ratio-
nem & contra rectam ſcientiam, non ſic intelligendū
eſt,quin etiam beſtialitates ſint contra rationem re-
ctam, ſed quia beſtialitates grauiora peccata ſunt à
grauiori nomen acceperunt,& dicta ſunt peccata cō
tra naturam.Deinde cum dicit.

Repletos omni iniquitate,malitia, for- nicatione.

Poſtquàm oſtenſum eſt,quę ſit cauſa harum praui- B
tatum,quæ non conueniunt rationi: In parte iſta o-
ſtendit apoſtolus in gentilibus prauitates eiuſmodi
regnauiſſe.Ad cuius euidentiam ſciendum quòd om-
nis prauitas non conueniens rationi:vel perpetratur
p cōmiſſionē quia ſit quod nō debet: vel per omiſſio
nē,quia nō ſit qd debet: vel perpetratur p cōſenſum
quia conſeunt cui nō debet.Tria ergo facit apoſto-
ſtolus,ſecundum quòd hæc tria genera prauitatum
oſtendit gentilem populum incurriſſe. Nam primo
oſtendit gentiles forefeciſſe per peccatum cōmiſſio-
nis. Secundo oſtendit eos deliquiſſe, per peccatum
omiſſionis.Tertio per peccatum conſenſus. ſecunda
ibi,Parentibus non obedientes.Tertia ibi, Qui cum
iuſtitiam Dei.Ad euidentiam primæ partis ſciendum
q per peccata beſtialitatis magis forefaciebant gen-
tiles in ſeipſos:ſed per alias prauitates quæ hic narrā
tur magis peccabant gentiles, quia forefaciebant in
alium vt in proximum. Forefacere autem in alium,
vt innuit Philoſophus in principio ſecundi Rhet.cō C
tingit, vel quia forefacimus in ipſum, aut in ea quæ
ſunt ipſius,aut in ea quæ non continentur. Forefaci-
mus autem in ipſum proximum,quando forefacimus
in perſonam propriam.In ea autem,quæ ſunt ipſius,
forefacimus dupliciter,quia ipſius proximi ſunt duo
videlicet perſona coniuncta vt vxor vel ſoror:& etiā
res poſſeſſa:itaq; forefacimus in ea quæ ſunt proximi
ſiue forefacimus in rem poſſeſſam, ſiue in perſonam
coniunctam.Rurſus in ea quæ non continentur poſ-
ſumus etiam forefacere dupliciter,primo ſi forefacia
mus in eius famam,quia forte denigramus eam: ſecū-
do ſi forefaciamus in conuerſationem debitam, quia
contumelioſe & ſuperbe conuerſamus cum ipſo.
Quinq; ergo modis poſſunt aliqui forefacere in pro
ximum.Primo ſi forefaciunt in perſonam coniunctā.
Secūdo ſi in rē poſſeſſam. Tertio ſi in propriā pſonā
Quarto ſi in famam. Quinto ſi in conuerſationem D
debitam.Apoſtolus igitur in numerando peccata cō-
miſſionis quinq; facit,ſecundum quòd oſtendit Gen-
tiles omnibus his quinq; modis forefeciſſe. Secunda
ibi,Auaritia,nequitia.Tertia ibi,Homicidiis, conten
tione.Quarta ibi, Suſurrones, detractores. Quinta
ibi,Contumelioſos ſuperbos.Primo ergo oſtendit a-
poſtolus Gentiles forefeciſſe in alios quantum ad per
ſonam coniunctam,vt circa ſorores vel vxores circa
quas contingit forefacere primo corde circa eas ne-
quiter cogitando,ſecundo ore de eis malicioſa ver-
ba tractando,tertio opere cum ipſis actualiter forni-
cando.Hec autem tria per ordinem tanguntur in li-
tera.Còntinuetur autem ſic,Ita tradidit Deus genti-
les in reprobum ſenſum,gentiles dico(repletos omni
iniquitate),quia corde circa perſonas cōiunctas,pro
ximorum venerea nequiter cogitabant:repletos (ma
litia)quia circa has perſonas verba malitioſa tracta-
bant;repletos etiam(fornicatione)quia cū dictis per-
ſonis ſe actu & opere commiſcebant. Per fornicatio-
nem, vt ait gloſa, intelligitur omnis actus carnalis
commiſtionis,præter legitimum concubitum. Dein-
de cum dicit.

Auaritia,nequitia,plenos inuidia,

Tangit quomodo gētiles forefaciebant in res poſ-
ſeſſas aliorum.Circa quas etiam contingit tripliciter
forefacere;primo per auaritiam eas male recipiendo:
ſecundo per nequitiam eas violenter vſurpando: ter-
tio per inuidiam de bonis aliorum dolendo & inſi-
diando: & ideo ait ipſos gentiles eſſe repletos(auari
tia),quia res aliorum male retinebant;& etiam fuiſſe
repletos(nequitia),quia bona aliorum nequiter vſur
pabant:& (plenos inuidia),quia dolebant de bonis a
liorum,& circa eos inſidias tendebant. Deinde cum
dicit.

Homicidiis, contentione, dolo, mali- gnitate.

Oſtendit, quomodo gentiles forefaciebant circa
alios,non ſolum quantum ad perſonam coniunctam
& rem poſſeſſam, ſed etiam quantum ad perſonam
propriam:circa quam contingit quadrupliciter fore
facere.Primo per homicidium perſonam aliorum vo
luntate vel opere lędendo:ſecundo per contentionē
& per verba garruloſa & per furiam ſe ad homicidiū
diſponendo:tertio per dolum & per fraudem homici
diū procurando:quarto per malignitatem & per cer
tam maliciam homicidium pertractando. Ideo ait,
eoſdem gentiles eſſe plenos contentione:quia per cō
tentionem & per verba garruloſa & per furiam ſe ad
homicidium diſponebant. Plenos dolo,quia per do-
lum & fraudem homicidia pertractabant. Plenos
malignitate, quia per malignitatem et per certam
maliciam homicidia procurabant.Notandum autem
quòd quadrupliciter ad homicidium aliquis trahi-
tur. Primo propter offenſam receptam, quia forte
alius forefecit,ideo eius mortem procurat, & effici-
tur homicida volunrate vel opere.Secundo hoc con
tingit propter furiam accenſam, vt quia forte inter
eos fuerunt contentiones vel verba garruloſa, ideo
alius in furiam accenſus ad homicidium diſponitur.
Tertio propter acquirēdum dominium, vel propter
acquirendam pecuniam,vel propter acquirendam a-
liquam poſſeſſam rem poteſt contingere: & tunc ſi
procuretur homicidium latenter & per fraudem,dici
tur fieri per dolum;ſed ſi procuretur manifeſte dimi-
cando,dicitur fieri per malignitatem.Hæc ergo qua-
tuor reſpōdent illis quatuor in litera tactis. Vel poſ-
ſumus dicere quòd aliqui non propter iniuriam vel
offenſam receptam,nec propter contentionem & fu-
riam accenſam,nec propter dolum vel fraudem, ac-
quirendam rem putant:ſed ex certa malitia & ex ma-
lignitate,quia placet eis effuſio ſanguinis, ideo homi
cidium procurant. Notandum etiam quòd licet om-
nibus iſtis modis poſſint fieri aliqui homicidæ,tamen
quia magis videmus homines fieri homicidas volun-
tate vel opere propter iniuriam receptam quàm pro
pter alia,ideo tales ſpecialiter dicuntur pleni homi-
cidiis;alii autem dicuntur contentioſi, doloſi vel ma
ligni,vt eſt per habita manifeſtum.Notandum etiam
quòd apoſtolus ait,plenos homicidiis in plurali,quia
(vt gloſa tangit)pluribus modis poteſt committi ho
micidium,voluntate videlicet,& opere. Deinde cum
dicit.

Suſurrones,detractores,Deo odibiles,

Oſtendit,quomodo gentiles forefaciebant contra
aliorum famam. Circa quam (quantum ad præſens
ſpectat)contingit tripliciter forefacere.Primo clam
de aliis male dicendo.Secundo aparte aliis mala im-
ponendo. Tertio aliorum bona negando. Ideo ait
ipſos

ipſos etiam gentiles peccaſſe cõtra aliorum famam, & fuiſſe (ſuſurrones) quia clam de aliis male dicebant: fuiſſe etiam (detractores), quia aperte aliis mala imponebant: fuiſſe etiam (Deo odibiles), quia aliorum bona negabant, & ea in malum conuertebant. Notandũ etiam ꝙ ſpecialiter dicuntur Deo odibiles, qui aliorum bona negant: nam qui de aliis male dicunt ſiue clam ſiue aperte, hominem infamant: ſed qui aliorũ bona negant quemadmodum faciebant Iudęi negantes bona opera Chriſti, & dicentes ꝙ in Beelzebub principe dęmoniorũ eiicit Dęmonia, iſti nõ ſolum hominem infamant, ſed Deum blaſphemant, quia negantes bona à Deo conceſſa, ſpecialiter videntur impugnare gratiam ſpiritus ſancti: ideo tales dicuntur ſpecialiter Deo odibiles. Deinde cum dicit.

Contumelioſos, ſuperbos, elatos, inuentores malorum.

Oſtendit, quõ gentiles forefaciebant conuerſationem debitam, quia non debite conuerſabantur. Circa hanc autem conuerſationem contingit quadrupliciter forefacere. Primo contra pares, cum eis contumelioſe & cum iurgiis conuerſando. Secundo contra inferiores, cum eis ſuperbè viuendo. Tertio contra ſuperiores, cum eis elatè ſe habendo. Quarto contra omnes, de eis mala inueniendo. Ideo ait ipſos gentiles fuiſſe (contumelioſos), quia, non debite cõuerſantes circa pares, ſe turpiter & contumelioſe gerebant. Fuiſſe (ſuperbos), quia minores deſpiciebant. fuiſſe (elatos), quia ſuperiores non ſuſtinebant. Fuiſſe (inuentores malorum) quia omne genus mali contra omnes verbo vel opere pertractabant. Notandum autem ꝙ ſicut vnum & idem opus poteſt eſſe à diuerſis virtutibus, vt ire ad bellum poteſt eſſe opus iuſtitiæ legalis, quia forte hoc lex præcipit; vel poteſt eſſe opus fortitudinis, quia ad hoc fortitudo impingit: ſic vnum & idem opus poteſt eſſe à diuerſis vitiis, vt contumelioſe viuere, de aliis mala inuenire, poteſt eſſe opus infamiæ & etiam non conuerſationis debitæ: nam qui talia agit vel facit, (quia intendit alios infamare, vel forte hoc non facit quòd intendat alios infamare, ſed quia non eſt aſſuetus ad conuerſationem debitã,) neſcit debite conuerſari, & ignorat quæ & qualia de ſociis ſint dicenda. Notandum etiam quòd ſecundum gloſam, ſuperbi ſunt in honoribus, vt illi qui ſunt ſuperbi, vt hic de ſuperbia loquimur, qui ſunt importabiles inferioribus, & volunt ab eis nimium honorari. Illi ſunt elati, vt in gloſa probatur, qui nolunt pati priorem ideſt ſuperiorem. Superbia ergo eſt hic referenda ad inferiores, elatio ad ſuperiores, contumelia ad pares, inuentio malorum ad omnes. Deinde cum dicit.

Parentibus non obedientes, inſipientes, incompoſitos.

Poſtquam oſtendit gentiles peccaſſe peccatis commiſſionis. Hic oſtendit eos forefeciſſe & peccaſſe peccatis omiſſionis. Circa quod duo facit, nam primo oſtendit, quõ gentiles peccabant circa parentes: ſecundo oſtendit, quomodo gentiles peccabant circa homines alios ibi, Sine affectione. Ad euidentiam primæ partis ſciendum, quòd parentes debent ſuis filiis tria, quia primo debent eis dare ſalubria præcepta, vt faciant eos bonos & bene obedientes. Secundo debent eis dare ſalubria documenta, vt faciant eos aſtutos & ſapientes. Tertio debent eis dare bona exempla vt faciant eos compoſitos & bene ſe gerentes. Circa hæc autem omnia peccabãt gentiles, ideo ait eos (parentibus) non fuiſſe (obedientes) quia non ſequebantur eorum ſalubria præcepta. Dicit etiam eos fuiſſe (inſipientes), quia ſuorum parentum non retinebant vera documenta. Tertio dicit eos fuiſſe (incompoſi-

A tos), quia ſuorum parentum non ſequebantur debita exempla. Notandum etiam ꝙ incompoſitus dicitur quantum ad geſtus, vt ille dicitur incompoſitus, qui neſcit ſe bene gerere, quia vadit propulſo pectore, extento collo, eleuatis humeris, vel quia aliquos alios prauos geſtus habet. Ad huiuſmodi autem bonos geſtus habendos debent nos parentes per bona exempla inducere, quia in ſe ipſis debent eſſe compoſiti & bonos geſtus habere et per bona exempla ſua, vt tales ſimus, debent nos prouocare. Deinde cum dicit.

Sine affectione, abſq; foedere, ſine miſericordia.

Oſtenſo, quomodo peccabant gentiles circa parentes omittendo eorum ſalubria præcepta, eorum bona documenta, & ipſorum bona exempla. Oſtendit, quomodo peccabant per omiſſionem circa homines

B alios, dicens, Eos fuiſſe (ſine affectione) quantum ad ſuperiores, quia eos nõ diligebant: (abſq; foedere) quãtum ad pares, quia eis ſocietatem & pactum non ſeruabant: (ſine miſericordia) quantum ad inferiores, quia eis non compatiebantur, & cum ipſis miſericordiam non agebant. Deinde cum dicit.

Qui cum iuſtitiam Dei cognouiſſent, non intellexerunt, quoniam qui talia agũt digni ſunt morte: non ſolum qui ea faciũt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus.

Oſtenſo, gentiles peccaſſe peccato commiſſionis, & omiſſionis: oſtendit eos peccaſſe peccatis cõſenſus, dicens, quod gentiles (qui) cum, ductu rationis, (iuſtitiam Dei cognouiſſent (non intellexerunt) ideſt intelligere noluerunt, (quod qui agunt talia) ideſt qui

C agunt ſupradicta peccata, vt qui agunt ſupradictas beſtialitates, vel qui agunt alias nunc narratas prauitates (digni ſunt morte) æterna, (nõ ſolum qui faciũt ea, ſed etiam qui conſentiunt facientibus). Et quia gentiles vtroq; modo peccabant faciendo & conſentiendo, per omnem modum erant digni morte: & de moribus non poterant ſe iactare.

Ad euidentiam autem dictorum dubitatur primo de eo quod Apoſtolus dicit, Tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum in immunditia, vt contumeliis afficiant corpora ſua. Conſtat autem quòd ire poſt deſideria cordis, operari immunditias, contumeliis afficere corpora ſua, peccatum eſt: Deus autem eſt intentator malorum, & nulli eſt cauſa peccandi. Ergo eſſe non poteſt quod Deus tradidit gentiles ad talia peragenda. Dicendum quod nulli eſt cauſa peccati per ſe impartiẽdo culpam: dicitur tamen aliquos indurare & tradere in peccatum per accidens, ſubtrahendo gratiam. Debemus enim imaginari quòd quo-

D dam modo ſe habet gratia ad hominem ne peccet, ſicut ſe habet frẹnum ad equum ne pręcipitetur. Sicut ergo ſubtracto frẹno, amoto retinaculo, equus de leui pręcipitatur: ſic ſubtracta gratia homo de leui ruit: homine quidem peccante iuſte inuoluitur tenebris, & deſeritur à lumine gratiæ. Nam ſicut aliquo ſe auertẽte à ſole ſtatim obtenebratur, & pdit lumẽ: ſic p peccatum homine ſe auertente à vero lumine, ſtatim inuoluitur tenebris, & perdit ſpirituale lumen, quo perdito, quaſi comprehenſus à tenebris, neſcit quo vadat: & quaſi perdito frẹno & amiſſo retinaculo, faciliter præcipitatur. Illius ergo præcipitii deus eſt cauſa non per ſe ſed per accidens, non malitiam impartiendo, ſed hominem per gratiam deſerendo, quem iuſte deſerit, quia ab eo deſeritur: iuſte enim Deus auertitur ab homine quia homo per peccatum auertit ſe ab ipſo. Debemus ergo imaginari, vt Aug. ait ſuper Pſal. & habetur hoc in gloſa. Quòd inter primum peccatũ apoſtaſię & vltimam poenam ignis æterni, media quæ ſunt, & peccata ſunt & poenæ. Primum enim peccatũ Contra Iulia. lib. 5. cap. 3.

primi Angeli apoſtatantis ita fuit peccatum quòd
non fuit pœna, quia non præceſſit aliud peccatum,
cuius pœna eſſet. Vltima autem pœna ignis æterni
non proprie eſt culpa, ſed pœna tantum. Media au-
tem peccata poſſunt eſſe peccata, & pœna peccati, &
cauſa peccati. Nam ſi conſiderentur illa in ſe, peccata
ſunt: ſed ſi referantur ad peccata præcedẽtia poſſunt
eſſe pœna peccati; nam propter peccata præcedentia
infligitur homini hæc pœna, ꝙ ſcilicet deſeritur à gra-
tia, per quam deſertionem incidit in peccatum ſe-
quens. Si verò referãtur ad peccata ſequentia, ſic poſ-
ſunt eſſe cauſa peccati, quia ſecundum Gregorium in
Moral. & habetur in gloſa, Peccatũ nanq; quod pœ-
nitentia non diluitur, ſuo pondere mox ad aliud tra-
hit. Vnde fit, vt nõ ſolum peccatum ſit, ſed etiam cau-
ſa peccati. Patet ergo qualiter peccata ſe habent ad
inuicem, & qualiter Deus diciturtradere in peccatũ.

B Vlterius autem dubitaret aliquis de eo quod apo-
ſtolus ait, quòd maſculi relicto naturali vſu fœminæ)
ex quo ſumpſit occaſionem Iulianus hæreticus dicẽs,
quemlibet vſum fœminæ eſſe naturalem, & fornica-
tionem non eſſe peccatum. Quæritur ergo quomodo
vſus fœminæ dicatur naturalis. Dicendum quòd ſe-
3.cap.13. cundum Auguſtinum in libro de libero arbitrio,
Omne vitium in tantum peccatum eſt, inquantum cõ-
tra naturam eſt: nam omne vitium naturam vulnerat
& ad bonum inhabilitat: quicquid autem naturæ no-
cet, contra naturam eſt: oportet igitur omne vitium
contra naturam eſſe. Rurſus omne vitium eſt contra
naturalem legem & contra dictamen naturalis ratio-
nis, quare omne tale oportet contra naturam eſſe:
fornicatio ergo contra naturam eſt, & vſus fœminæ,
præter concubitum legitimum, innaturalis eſt. Dici-
tur tamen vſus fœminæ non ſimpliciter ſed reſpecti-
ue naturalis: q̃a reſpectu alterius vſus, qui antonoma-
ſtice dicitur contra naturam, dicimus vſum fœminæ
naturalem eſſe. Poſſumus autem quantum ad præſens
C ſpectat triplicem aſſignare rationem, quare vſus fœ-
minæ cõparatus ad alium vſum indicibilem, dicatur
naturalis, eo ꝙ ille alius vſus ſit antonomaſtice cõtra
naturam. Sunt autem in actu libidinoſo tria conſide-
randa, videlicet, perſonæ agentes, actus exercitus, &
prolis ſuſcepta ex tali actu, ex quibus tribus patet
actum indicibilem eſſe contra naturã per antonoma-
ſiam: fornicationem vero & vſum fœminæ fornica-
rium, eſſe naturalem non ſimpliciter ſed in reſpectu.
Nam ſi conſideremus prolem ex tali actu ſuſceptam,
vſus indicibilis eſt contra naturam prolis ſimpliciter,
quia nullo modo ex tali vſu poteſt proles ſuſcipi:
vſus vero fornicarius non contra naturam prolis ſim-
pliciter, quia poteſt ex tali vſu procreari proles: eſt
tamen contra naturam prolis huius, quia proles ex
tali actu ſuſcepta eſt inlegitima, & per ſe loquendo de
D ea non adhibetur tanta cura ſicut ſi eſſet ex coniugio
procreata. Secundo hoc idem patet, ſi conſideretur
ipſe actus: nam actus fornicarius non eſt actus illici-
tus quantum ad ſubſtantiã actus: ſed eſt illicitus quã-
tum ad circunſtantias: fit enim ille actus cum fœmi-
na, ſed non fit cum ea fœmina cum qua debet, quia
non fit cum coniuge propria. Sed actus alius eſt om-
nino contra naturam, quia nullo modo poteſt bene
fieri. Vnde Aug. contra Iulianum, de hac quæſtione
diſputans, ait, quòd Apoſtolus vſum illũ appellauit
naturalem vnde natura humana poteſt naſcendo ſub-
ſiſtere, quia fit in membris ad hoc cauſatis. Naturalis
ergo eſt fornicatio nõ ſimpliciter ſed reſpectiue, quia
fit in membris ad hoc cauſatis: alius autem vſus non
quantum ad debitas circunſtantias eſt naturalis, quia
non fit modo debito: nec quantum ad ſubſtantiam
actus eſt naturalis, quia non fit in membris ad hoc à
natura ordinatis. Tertio hoc idem patet per compa-
rationem ad ipſos agentes: nam vſus fornicationis eſt

A contra naturã, nõ cõtra naturã generis quia vt pluri-
mũ alia aĩalia ſic agũt, ꝙ quilibet mas cũ qualibet fœ-
mina: eſt tñ cõtra naturã ſpeciei, quia rõ recta, ꝑ quã
reprimitur hõ in ſpecie, dictat ꝙ nõ quilibet cũ qua-
libet, ſed quilibet cũ propria. Alius tñ vſus innomina-
bilis, eſt nõ ſolũ cõtra naturã ſpeciei, quia rõ recta di-
ctat cõtrariũ, ſed ẽt cõtra naturã generis, q̃a alia ani-
malia nõ ſic agũt. Antonomaſticè igitur hic vſus ẽ cõ-
tra naturam, fornicatio vero non ſimpliciter ſed per
reſpectũ ad hũc vſum dicitur naturalis. Apoſtolus ve-
ro volens de hoc beſtiali vitio agere per reſpectũ ad
hoc vitium, dixit vſum fœminæ naturalem.

Vlterius forte dubitaret aliquis de eo quod apo-
ſtolus ait, quòd tradidit illos Deus in reprobum
ſenſum: quod exponens gloſa ait, quòd ſic traditos
in reprobum ſenſum ſua cæcitas à veritatis lumine
funditus excludit. dubitatur ergo quomodo gentiles
ſunt à tali lumine funditus excluſi. Dicendum quòd
B ſecundum quoſdam excludi funditus à vero lumine
dupliciter eſt, vel quo ad illuminationem naturalem,
& ſic nullus excluditur: vel quo ad gratuitam, & hoc
dupliciter, vel actu & ſic excluduntur infideles: vel ha-
bitu & ſic nullus excluditur in vita ꝑſenti. Sed hoc
non eſt proprie dictum quòd infideles non excludan-
tur à gratuito lumine habitu, cum non habeant ha-
bitus gratuitos, niſi forte vellemus appellare habi-
tum quandam poſſibilitatem: & tunc cum de nemi-
ne ſit deſperandum quandiu eſt in vita præſenti, à
nullo quantumcunq; infideli, eſt omnis ſalutis poſ-
ſibilitas excludenda. Vt igitur ſoluamus planius, dica-
mus quod dupliciter deſtruitur arbor: primo per am-
putationem ſtipitis: ſecundo per euulſionem radi-
cis. Amputato ergo ſtipite, remanet fundamentum,
quia remanet radix: ſed euulſa radice, nullum rema-
net fundamentum. Sic etiam in propoſito, cum tol-
litur charitas tollitur ſpirituale fundamentum: ſed
C cũ tollitur fides, illud ædificiũ funditus extirpatur: &
quia gẽtiles carẽt fide, dicũtur funditus excluſi à lumi-
ne veritatis, quia carẽt habitu fidei, q̃ eſt totius lumi-
nis gratuiti, & totius ſpiritualis ædificii fundamentũ.

Vlterius autem dubitaret aliquis de eo quod ait
Apoſtolus quòd Qui conſentiunt facientibus digni
ſunt morte. Dubitatur ergo vtrum conſentiendo
peccatis, morte digni ſimus. Videtur quòd non, quia
ſecundum Magiſtrum in gloſa & ſuppletum eſt ab
Ambroſio, Conſentire eſt tacere, cum poſſis redar-
guere: ergo quicunq; viderit aliquem peccantem,
ſi taceat, peccat. Dicendum quòd ad correctionem
& ad increpationem aliqui tenentur ex officio, vt
Prælati: aliqui tenentur ex charitate fraterna, vt
alii. Illi autem qui tenentur ex charitate fraterna
videntes alios peccantes, ſi credant quòd fiant inde
meliores, tenentur eos redarguere: ſi autem proba-
biliter credant ꝙ peccãtes eos nõ audiant, & quòd nõ
D fiant inde meliores ſed peiores, nõ tenentur. Prælati
vero, ad quos ſpectat ex officio ſic agere, debẽt habe-
re curam gregis, nec debẽt tacere cũ põt redarguere.

LECTIO SEXTA.

CAP. II.

Propter quod inexcuſabilis
es o homo omnis qui iudicas,
in quo enim iudicas alterum,
te ipſum condemnas: eadem
enim agis, quæ iudicas.

Hæc pars ſecundum Magiſtrum in litera poteſt re-
ferri tam ad Iudæos quam etiam ad gentiles: nam
vtriq; iudicabant alios de illis eiſdem vitiis, quibus
erant inuoluti; nam ſi Iudæi increpabant Gentiles de
Idolatria, et ipſi fuerunt idolatri. Rurſus ſi Genti-
les increpabant Iudæos de præuaricatione legis, quia
præuaricati

prguaricati fuerant legem ſcriptam, & ipſi gentiles præuaricati fuerant legem naturalem: ſed licet ſic ſit & ad vtroſq; referri poſſet, tamen quia hæc litera infertur per modum concluſionis, & dicitur, Propter quod inexcuſabilis es o homo: & cum concluſio ſequatur ex præmiſſis, cum in præmiſſis reprehenſi ſint gentiles & non Iudęi, videtur ex ſerie literæ quòd hęc pars ſit ad Gentiles ſpecialiter referenda. Exponendo itaq; hanc partem ſpecialiter de gentilibus continuabimus textum Apoſtoli ſic: in præcedentibus dicebatur videlicet quod poſtquàm apoſtolus repreſſit iactantias gentilium quòd non poterant ſe excuſare de idolatria per ignorantiam mentis, quia eos naturalis ratio inſtruebat: & repreſſit etiam eorum iactantias, quòd non poterant gloriari de moribus, quia ſub peccatis grauibus exiſtebant: hic tertio, vt dicebatur, reprimit eorum iactantias, quia non debebant iudicare Iudęos, quia hoc faciendo ſe ipſos condemnabant. Circa quod duo facit, quia primo adducit quàmplures rationes, oſtendens quòd gentiles non debeant alios iudicare. Secundo, quia in rationibus illis fecerat mentionem de retributione operum, oſtendit quomodo ſpectat ad ipſum Deum vnicuiq; ſecundum ſua opera retribuere, ibi, His quidem qui ſecundum patientiam.) Circa primum quinq; facit ſecundum quòd quinq; rationes adducit ad probandum, quòd gentiles non debeant alios iudicare. Nam primo hoc probat, quia hoc faciendo incurrerent condemnationis inexcuſabilitatē. Secundo quia facient contra diuini iudicii veritatem. Tertio quia hoc faciendo agerent contra diuini iudicii auctoritatē. Quarto quia cōtemnēt diuinā patientiā & benignitatē. Quīto & vltimo qa coaceruabāt ſibi irā diuini iudicii & acerbitatē. Secūda ibi, Scimus.n.qm̄ iudiciū. Tertia ibi, Exiſtimas aūt o homo. Quarta ibi, An diuitias bonitatis. Quinta ibi, Secūdū duritiam aūt.

Ad euidentiā aūt primæ partis ſciendum, ꝙ eo ipſo ꝙ gentiles condemnabant Iudęos de illis vitiis, quibus erant inuoluti, erant inexcuſabiles & condemnabant ſe ipſos, quia erant teſtes damnationis ſuæ. Formetur ergo ſic ratio. Nullus ſibi ſimilibus peccatis exiſtens debet alios iudicare ne ſit inexcuſabilis & ne ſe ipſum cōdemnet: ſed tu gentilis es in ſimilibus peccatis & maioribus q̄ ſint Iudęi, ergo non debes eos iudicare ne ſis inexcuſabilis & ne te ipſum condemnes. De hac aūt ratione nō ponit niſi virtutem medii, videlicet ꝙ gentiles, alios ideſt Iudęos iudicātes, erant inexcuſabiles & ſe ipſos condemnabāt. Continuetur ergo ſic litera, Tu gentilis increpabas & iudicabas iudęos de idolatria, & tu idolatra exiſtebas: iudicabas eos de prguaricatione legis, & tu naturalis legis præuaricator eras: iudicabas ēt eos de moribus, & tu in peccatis grauibus inuoluebas: pp qđ) ergo quia ſic eſt, D & nō obſeruabas te ab his, in quibus alios reprehendebas, (inexcuſabilis es o homo) gentilis (omnis qui iudicas alterū) .i. iudęū, (te ipſum condemnas: eadē.n. agis quę iudicas). Deinde cum dicit.

Scimus enim quoniam iudicium dei eſt ſecūdum veritatem in eos qui talia agunt.

Adducit ad hoc idē aliā ratione ſumptā ex parte diuinę veritatis. Nā ſi iudiciū dei eēt ſecūdū apparentiā poſſet cōtingere ꝙ aliqs iudicaret & reprehenderet aliū de eode crimine in quo exiſteret, nec pp hoc ſe ipſum cōdēnaret, quia forte eius crimē nō eſſet apparēs & notū. Sed cū iudiciū dei ſit ſcdm veritatē, impoſſibile eſt quin in ſimili pctō exiſtentes, ſimile iudiciū nō incurrāt. Velle.n. eſſe in ſimili pctō & nolle incurrere ī ſimile iudiciū, ē velle agere cōtra diuini iudicii veritatē .i. cōtra diuini iudicii ęquitatē. Formetur ergo ſic rō, Nullus exiſtēs in ſimilibus peccatis debet alios iudicare ne faciat cōtra diuini iudicii veritatem: A ſed tu gētilis es in ſimilibus peccatis & in maioribus q̄ iudęi, ergo nō debes alios iudicare, quia hoc faciēdo agis cōtra diuini iudicii veritatē. De hac aūt rōne nō ponit niſi virtutē medii, dicens, (Scimus.n. qm̄ iudiciū in eos) .i. contra eos, (qui talia agūt), videlicet, ꝙ iudicāt alios in peccatis ſimilibus exiſtentes ſecūdū veritatē): oportet ergo tales qui alios iudicant vere à domino iudicari. Quare ne huiuſmodi iudiciū incurrant, nō debent alios iudicare. Deinde cum dicit.

Exiſtimas aūt hoc o homo qui iudicas eos qui talia agunt & facis ea, quia tu effugies iudicium Dei?

Adducit tertiā rōnē ſumptā ex parte diuinę auctoritatis. Nā exiſtens in ſimili crimine, ſi aliū iudicat & cōdēnat, & nō credat illū iudiciū icurrere cū iudiciū dei ſit ſcdm veritatē & ęquitatē, oportet ꝙ talis exi- B ſtimet deū impotētē eſſe & nō habere poteſtatē ad iudicādū. Nā cognita veritate criminis, ſi illi criminiſ nō reddatur iudiciū debitū vel pœna iuſta: vel hoc eſt, quia iudex ille nō ē ęquus nec verus in iudicādo, vel quia nō habet autoritatē & potētiā in iudicia exercēdo: & quia deus eſt verus & ęquus iudex vt dictū eſt in rōne prehabita, putare poſſe effugere iudiciū eius eſt credere ipm̄ eſſe impotētē & nō habere auctoritatē ad iudicādū. Formetur ergo ſic ratio, Nullus exiſtēs in ſimilibus peccatis debet alios iudicare, quia nō poterit effugere diuinū iudiciū & auctoritatē: ſed tu gētilis es in ſimilibus & maioribus peccatis q̄ iudęi, ergo nō debes eos iudicare, quia nō poteris effugere diuinū iudiciū & auctoritatē. de hac aūt ratione nō ponit niſi virtutē medii, videlicet, ꝙ alios iudicātes hoc mō nō poſſent diuinū iudiciū effugere dicens, (exiſtimas aūt hoc C o homo qui iudicās eos qui talia agunt & facis ea, quia tu effugies iudicium dei?) quaſi dicat, ꝙ ſic ſe habens nō debet alios iudicare, quia ipſe diuinū iudiciū non valebit effugere. Deinde cum dicit.

An diuitias bonitatis eius & patietię & longanimitatis cōtēnis? ignoras quoniā benignitas Dei ad pœnitentiā te adducit?

Adducit ad hoc idē quartā rationē ſumptā ex parte diuinę patiētię & benignitatis. Nā ꝙ deus nō ſtatim nos peccātes punit, ſed diu nos expectat, patiēs & longanimis eſt: quiā vero p illā expectationē nobis facit vt ad pœnitētiā nos adducat, benignus eſt: quia ergo ſua peccata nō corrigit, ſed aliena reprehendit, hanc dei patiētiā & benignitatē, p quā deberet ad patiētiā adduci, negligit & cōtēnit, cū per hoc ad patiētiā nō adducatur, nec ſe ipſum corrigat, ſed magis de ſe præſumēs alios reprehēdit. Formetur ergo ſic ratio. Nullus in ſimilibus peccatis exiſtēs, debet alios iudicare, D quia hoc faciēdo diuinā patientiā contēnit, & diuinā benignitatē ignorat: ſed tu gentilis es in ſimilibus peccatis & maioribus q̄ iudęi, ergo nō debes alios iudicare, quia hoc faciēdo diuinā patiētiā contēnis, & diuinā benignitatē ignoras. De hac aūt rōne nō ponit niſi virtutē medii, dicēs, (An), ſupple, tu gentilis iudicans alios & talia faciens (diuitias bonitatis eius) .i. copioſam dei patiētiā & lōganimitatē (cōtēnis? ignoras) .i. ignorare te oſtendis (quoniā benignitas dei ad pœnitentiā te adducit), (quaſi dicat, ꝙ ſi tu dei patiētiā nō cōtēneres, ſi nō ignorares, ſed diligēter attēderes, quoniā diuina benignitas p ſuā ſapiētiā te ad pœnitētiā prouocat & adducit, tu alios nō iudicares, ſed primū te ipm̄ corrigeres. Notādū aūt ꝙ lōganimitas differt à patiētia (vt vult. Origenes, & habetur ī gloſa) quia q p ſuperbiam & procaci mente peccat, per patientiam toleratur: qui verò per infirmitatem & non certa malitia peccat, p lōganimitatē dicitur ſuſtineri. Vel poſſumus dicere ꝙ Deus eſt patiens, lōganimis, benignus, & bonus. Patiēs eſt, inquātū offenſam humiliter tolerat.

Longanimis eſt, prout de offenſa illata nos diu expectat. Bonus & benignus eſt, pro vt per huiuſmodi expectationem nos ad poenitentiam inducit, & prouocat. Qui ergo Deum ſe offendiſſe congnoſcit & nõ ſe corrigit, ſed alios increpat, deſpicit diuinam patiẽtiam, quæ eum humiliter tolerat: contemnit diuinam longanimitatem, qua eum diu expectat; ignorat diuinam bonitatem & diuinam benignitatem, quæ ipſum ad poenitentiam prouocat, cum ſic ſe habens non pœniteat, ſed magis de ſe præſumens, alios reprehendit. Notandum etiam quòd ignorare idem eſt quod non ſapere: ſicut ergo animalis homo non ſapit quæ Dei ſunt, quia homo malus & animalis non ſapit, ideſt non habet ſaporem in rebus diuinis, ſic in peccatis exiſtens & alios iudicans ignorat, ideſt non ſapit & non habet ſaporem in Dei benignitate. Ponitur ergo ignorantia non pro neſcientia ſpeculatiua, ſed pro practica: nam in diuinis non habentes ſcientiam practicam & non operantes ſecundum Deum, dicuntur non ſapere ideſt non habere ſaporem illum & dulcedinem illam, quæ per diuina opera deguſtatur. Deinde cum dicit.

Secundum autem duritiam tuam & impoenitęns cor theſaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iuſti iudicii Dei, qui reddet vnicuiq; ſecundum opera eius. iis quidem qui ſecundum patientiam boni operis gloriam & honorem & incorruptionẽ quærunt vitam æternam. iis autẽ qui ſunt ex contentione & qui non acquieſcunt veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio, tribulatio & anguſtia in omnẽ animam hominis operantis malum Iudæi primum & Græci. Gloria autem & honor & pax omni operanti bonum Iudæo primum & Græco.

Adducit adhoc idem quintam rationem, oſtẽdens gentiles non debere iudicare Iudęos, quia hoc faciendo incurrent diuini iudicii iram & acerbitatem. Formetur ergo ſic ratio, Nullus in ſimilibus peccatis exiſtens debet alios iudicare ne theſaurizet ſibi diuini iudicii iram & acerbitatem; ſed tu gentilis es in ſimilibus peccatis & ẽt in maioribus q̃ iudęi, ergo non debes alios iudicare ne theſaurizes tibi diuini iudicii iram & acerbitatem. De hac autem ratione ponit virtutem medii, videlicet, ꝙ ſic ſe habentes, quia efficiuntur impoenitiui, indurantur corde & theſaurizant ſibi diuinam iram. Continuetur ergo ſic, tu gentilis in ſimilibus & in maioribus peccatis exiſtens, eo ipſo ꝙ te non corrigis, ſed alium iudicas, induraris corde & efficieris impoenitiuus: (ſecundum ergo hanc tuam duritiam & cor impoenitens theſaurizas) ideſt, cumulas (tibi iram) ideſt vindictam (in die irę & reuelationis iuſti iudicii Dei, qui reddet vnicuiq; ſecundum opera ſua). Notandum autem ꝙ diuinum iudicium dicitur dies reuelationis & irę, quia ſicut in die omnia clare videntur, ſic in iudicio quę modo ignorantur reuelabuntur & clare apparebunt: ideo, vt magiſter ait, iudicium futurum appellabatur dies non tantum ratione temporis quantum ratione reuelationis, & manifeſtationis. Dicitur etiam dies illa dies irę, ſecundum Ambroſium, quantum ad peccatores, quibus Chriſtus apparebit iratus.

Deinde cum dicit, Iis quidem qui ſecundum patientiam, & cęt. Quia in hac ratione vltima mentionem fecerat de retributione operum, determinat qualiter

A erit illa retributio. Circa quod tria facit, quia primo oſtendit qualis erit retributio bonorum, ſecũdo qualis erit retributio malorum, tertio quis erit retributionis ordo. ſecunda ibi, iis autem qui ſunt ex contentione.) Tertia ibi, Gloria autẽ & honor.) Cõtinuetur autem ſic, Dictum eſt ꝙ Deus reddet vnicuiq; ſecundũ opera ſua, & quia ſic eſt, (iis quidem) ideſt illis (qui ſecũdum patientiam) diuinam ſunt (boni operis), ideſt, operati ſunt bona opera, Deus reddet (gloriam) ideſt bona interiora, (& honorem) ideſt bona exteriora, (& incorruptionem) ideſt ſtabilitatem in vtriſq;: vel Deus reddet (gloriam) quo ad ſe, (& honorem) quoad alios, (& incorruptionem) ideſt ſtabilitatem quoad vtrumq;, & hoc quęrentibus (vita ęternam). Notandum autem ꝙ ſecundum Ambroſium & habetur in gloſa, alia eſt illa gloria, et alter eſt ille honor q̃ qui habetur in pręſenti: quia gloria & honor in pręſenti B frequenter amittitur, ſed ibi ſtabiliter & incorruptibiliter permanebunt, ideo ad hanc ſtabilitatem innuendam addidit apoſtolus incorruptionem. Notandum etiam, ꝙ ad hoc ꝙ bene agamus requiritur & opus bonum & intentio bona, ideo apoſtolus ait ꝙ Deus dabit gloriam & honorem iis qui ſecundum diuinam patientiam, ideſt, qui bene ſunt vſi diuina patientia, ſunt boni operis ideſt habent bona opera: & quærentibus vitam æternam, ideſt qui habent intentionem bonam, vt quia in opere ſuo non quęſiuerũt vanam gloriam, ſed ęternam vitam.

Deinde cum dicit. Iis autem qui ſunt ex contentione,) Determinat qualis erit retributio malorum, dicens, (Iis autem qui ſunt ex contentione) ideſt qui inter ſe cõtendunt & litigant, ſicut facitis vos Romani, (& qui non acquieſcunt veritati, credũt autem iniquitati, erit ira, indignatio, tribulatio & anguſta in omnẽ animam operantis malum iudęi primum & Gręci). Notandum autem ꝙ Romani inter ſe contendebant, C quia Iudei gentilibus & econuerſo ſe pręferebant litigioſe. Rurſus veritati non acquieſcebant, quia doctrinam euangelicam, quæ eſt doctrina veritatis & pacifica, litigantes quodam modo reſpuebant. Tertio credebant iniquitati, quia quodam modo de futuro iuditio deſperabant: nã ſi de illo iudicio plene firmi fuiſſent, non ſe inuicem iudicaſſent, ſed diuinum iudiciũ expectaſſent, ſequentes doctrinam apoſtoli, ſecundũ quem, non debemus ante tempus iudicare, quoaduſq; veniat qui illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium. Notandum etiam ꝙ ſicut iuſtis duo retribuentur, videlicet gloria quo ad ſe, & honor quo ad alios, ſic & malis duo retribuẽtur, videlicet ira ideſt poena quoad ſe, & indignatio ideſt exprobatio & vituperium quo ad alios: Nam ſicut iudex honorificabit bonos, quia ei ſitienti dederunt bibere, & exurienti dederunt manducare; ſic indignabi- D tur contra malos & vituperabit eos, quia ei talia non fecerunt. Notãdum etiam ꝙ actio & paſſio ſunt vnus motus, & ſunt in paſſo & non in agente: differunt tamen actio & paſſio, quia actio dicitur vt eſt ab agente paſſio vero vt recipitur in paſſo. Duo ergo retribuũtur damnatis videlicet poena & vituperiu, ſicut duo retribuentur iuſtis videlicet gloria & honor: ſed illa poena vt eſt à Deo & vt eſt actio vocatur ira, vt recipitur in damnatis & vt eſt paſſio vocatur tribulatio; ita ꝙ ira & tribulatio nominant damnatorum poenam aliter & aliter conſideratam. Sic etiam & damnatorũ vituperium vt erit à Deo & vt erit actio vocatur indignatio, vt recipietur in damnatis & vt eſt paſſio vocatur anguſtia; ita ꝙ ſicut ira & tribulatio nominabant damnatorum poenam aliter & aliter conſideratam, ſic indignatio & anguſtia nominant damnatorum vituperium aliter & aliter acceptum. Notandum etiã ꝙ ſicut magis inſtructus cum bene agit magis proficit ita cum ad malum ſe conuertit magis deficit: ideo di-

citur in Ethicis, ꝙ decies milies plura mala faciet homo malus q̃ beſtia: nam quia homo eſt magis inſtructus & prudentior, plura mala poteſt ordinare & facere. Vnde & primo Politicorum ſcribitur ꝙ ſicut homo perfectus virtutibus eſt animalium optimum, ſic ſeparatus à lege & iuſtitia eſt animalium peſſimum. Quare ſi quanto aliquid eſt prudentius & magis inſtructum tanto plus proficit in bono, & magis deficit, ſi ſe conuertat ad malum: ſic quia erat magis inſtructus iudęus q̃ gentilis, plus proficiebat ſi ſe conuertebat ad bonum, & plus deficiebat ſi ſe conuertebat ad malum. Ergo mala aſſignata erant in animam, ideſt, contra animam omnis operantis malum, ſed Iudæi primum tanq̃ magis inſtructi, & per conſequens magis deficientis, ſi ſe ad malum conuertat: deinde Græci, ideſt, Gentilis tanquam non ſic inſtructi & non ſic deficientis.

Cap. 2.

Deinde cum dicit, Gloria autem & honor.) Quia dixerat qualis ſit ordo retributionis malorum, oſtendit nunc qualis ſit ordo retributionis bonorum. Continuetur ergo ſic, Dictum eſt ꝙ ira, indignatio, tribulatio, & anguſtia erit in omnem animam operantis malum Iudęi primum & græci: (ſed gloria & honor & pax erit omni operanti bonum, Iudęo primum & gręco) quaſi dicat ꝙ ſicut in operando malum Iudęi quaſi magis inſtructi, magis deficiunt; ita in operando bonum, Iudæi quaſi magis inſtructi magis proficiũt: ideo (primo) ideſt maxime & principaliter (iudęo) tanquam magis proficiẽti erit (gloria, honor, & pax) deinde autem (gręco) ideſt gentili. Notandum etiam ꝙ cum dicitur quod iudęus tanquam magis inſtructus magis debet proficere in bono, & per conſequẽs magis deficere ſi conuertatur ad malum, intelligendum eſt ſecundum aptitudinem non ſecundum actum: poteſt enim contingere quod gentilis magis proficiat quàm Iudęus: tamen iudęus quia magis inſtructus, & ſi non magis proficiat, magis tamen eſt aptus proficere. Notandum etiam ꝙ loco eius vbi ſuperius ponebatur incorruptio, hic ponitur pax: eſt ergo ſenſus ꝙ gloria quantum ad ſe, & honor quantũ ad alios, & pax ideſt ſtabilitas & trãquillitas in vtroq; erit omni operanti bonum, ſecundum hunc ordinẽ, ꝙ primum erit Iudęo, deinde Græco ideſt gentili.

Ad intelligentiam autem dictorum contingit dubitare quędam, de quibus magiſter dubitat. Nam ſuper illud (ſecũdum duritiam tuam & cor impœnitẽs) ſecundum magiſtrum notandum eſt. Qui durus eſt in malo & pertinax, de quo nec corde pœnitet, in quo genere peccatorum (vt ipſe innuit) notatur peccatũ in Spiritum ſanctum. Quęritur ergo primo, Quomodo accipiantur peccata in Spiritum ſanctum. Dicendum ꝙ vnus communis modus diſtinctionis eſt tam apud Theologos quàm apud Philoſophos. Diſtinxerunt enim philoſophi, vt patet ex libro Ethicorum tria genera peccatorum dicentes, ꝙ omne peccatum vel eſt ex paſſione, vel ex ignorantia, vel ex electione. Theologi vero, licet per alia verba, in eandem incidunt ſententiam, dicentes, Omne peccatum vel eſſe ex infirmitate, vel ex ignorantia, vel ex certa malitia. Quod ergo Philoſophi appellarunt peccare ex paſſione, Theologi dicunt ex infirmitate: & quod philoſophi dicunt ex electione, Theologi dicunt ex certa malitia. Secundum hoc ergo dicamus ꝙ ille peccat ex paſſione & infirmitate, qui ex aliquo ardore carnis vel ex aliquo alio motu forti inclinatus, quaſi nõ potens reſiſtere, ruit; ita ꝙ talis peccans quaſi per infirmitatem & impotentiam, dicitur peccare contra appropriatum Patris. Qui vero per ignorãtiam peccat contra appropriatum Filii. Sed qui peccat ex electione vel ex certa malitia dicitur peccare contra appropriatum Sanctiſpiritus.

Peccatum in ſpiritũ ſanctũ.

Vlterius forte dubitaret aliquis quomodo accipiuntur peccata in Spiritũ ſanctum. Dicendum ꝙ cõſueuerunt diſtingui ſex genera peccatorum in Spiritum ſanctum, videlicet, Inuidia fraternę gratię, Impugnatio veritatis agnitę, Pręſumptio, Deſperatio, Obſtinatio & Finalis in pœnitentia. Hæc autem peccata ſic accipiuntur, quia cum Spiritui ſancto approprietur benignitas, & ex diuina benignitate curemur à noſtris ſpiritualibus vitiis, ea per quæ curamur poſſunt appropriari ſpirituiſancto: in curatiõe aũt tria ſunt conſideranda, videlicet, Medicina, Medicus, & Infirmus. Secundum hoc ergo erunt ſex genera peccatorum in ſpiritum ſanctum: duo ſumpta ex parte medicinę: duo ex parte medici: & duo ex parte infirmi. Medicamur autem per veritatem & gratiam; gratia enim & veritas ſunt medicinę noſtrę: ſecundum hoc ergo erunt duo peccata ex parte medicinę: vnum erit impugnatio veritatis agnitę, aliud erit inuidia vel inuidentia fraternę gratię. Sic ex parte medici ſumuntur duo gñ͂a peccatorum, videlicet, pręſumptio & deſperatio: quia vel creditur medicus ita miſericors ꝙ non creditur iuſtus, & tunc homo præſumit: vel creditur ita iuſtus ꝙ non miſericors, & tunc homo deſperat: deſperatio ergo & pręſumptio ſumuntur ex parte medici. Sed obſtinatio, & finalis in pœnitentia ſumuntur ex parte infirmi; non ſunt enim idem obſtinatio & finalis in pœnitentia quod præſumptio & deſperatio, ſed hec duo ſequuntur ex illis duobus: nam obſtinatio ſequitur ex præſumptione, finalis in pœnitẽtia ex deſperatione; nam quia infirmus pręſumit de medico, ideo in peccatis induratur & obſtinatur: ſi vero deſperet de ipſo, proponit finaliter non pœnitere. Obſtinatio itaq;, & finalis in poenitentia ſumuntur ex parte infirmi, ſicut præſumptio & deſperatio ex parte medici.

Viſo autem quomodo accipitur peccatum in ſpiritum ſanctum: & quot ſunt huius genera peccatorum: dubitaret forte aliquis, ſicut magiſter dubitat, Quare peccatum in Spiritum ſanctum dicatur irremiſſibile. Dicendum ꝙ circa hoc, vt magiſter recitat, ſunt diuerſæ opiniones. Nam quidam dicunt huiuſmodi peccatum eſſe irremiſſibile, quia taliter peccantes vel nunquàm poenitere poſſunt, vel ſaltem nunquam poenitent. Pro hac autem opinione videntur facere tam dicta ſanctorum quàm etiam philoſophorum. Nam Auguſtinus ſuper Matthęum ait, quod tanta eſt labes illius, vt damnandi humilitatem ſubire non poſſunt. Etiam ſuper Marcum ait, ꝙ taliter peccans digne pœnitere non poteſt. Pro hac etiam opinione videtur facere dictum Philoſophi, qui. 7. Ethicorum, peccantẽ ex electione dicit impœnitiuum. Nam qui peccat ex paſſione & ex aliquo impetu animi, quia ille impetus & illa paſſio cito ceſſat, ſequitur ꝙ paſſione ceſſante ceſſat voluntas agendi, & per conſequens ſic operantem poenitere contingit: ſic etiam peccantem ex ignorantia, cognita veritate delicti, contingit poenitere: ſed qui peccat ex habitu & ex certa malitia & ex electione dicitur impenitiuus, quia habitus eſt difficile mobilis: manente ergo habitu, manet voluntas male agendi, & per conſequens non pœnitet quia ſic operatur. Alii vero dicũt, hoc peccatum eſt irremiſſibile, non quia nullo modo remitti non poſſit, ſed quia difficile remittitur. Pro hac autem opinione videtur facere Auguſtinus de verbis Domini, dicens, ꝙ quandiu quiſq; in hac carne viuit, non poteſt iudicari: nam de nullo, vt ait, deſperandus eſt, quandiu patientia Dei ad poenitentiam adducit. De nullo igitur ſecundum ipſum eſt deſperandum quandiu eſt in pręſenti vita. Idem etiam Aug. de verbis Domini ait, ꝙ Deus conuertit in profundum maris, quia conuertit eos, qui erant deſperatiſſimi. Vnde ſecundum eundẽ Auguſtinũ, Ioannes i canonica ſua caute loquens, nõ ait, dico vt non quis oret, ſed non dico vt quis oret.

Cap. 2. Cap. 10. 1. Ioan. Ca. 5.

& ſubdit idem Aug. ꝙ dicuntur tales non poſſe pœnitere, quia vix & difficile & raro pœnitent. Vt igitur inter has varietates appareat quid tenendum, ſciendum ꝙ peccatũ in ſpiritum ſanctum vel poteſt dicere genus peccati, vel circumſtantiam. Si dicat genus peccati, ſic eſt vera opinio magiſtri, ꝙ dicitur irremiſſibile, nõ ꝙ nullo mõ poſſit remitti, ſed quia difficulter remittitur: nã nullũ eſt genus peccati quãtũcũq; fiat ex certa malitia, vel ex habitu, de quo non poſſit quis pœnitere: nam & ſi habitus ſit difficile mobilis, non tamen eſt impoſſibile mobilis. Secũdum hoc ergo ſunt intelligenda verba Ioannis, qui non aſſerit eſſe orandum. Vnde nõ ait, dico vt non quis oret, ſed propter difficultatem remiſſionis dicit ſe non perſuadere vt oremus: Vnde ait, non dico, ideſt, non perſuadeo vt oretis. Sed ſi peccatum in ſpiritum ſanctum non dicat genus peccati, ſed circunſtantiam, ſic eſt vera alia opinio, quod eſt irremiſſibile, ideſt, ꝙ nullo modo remittitur, quia ſi peccatum ſequetur hęc circũſtantia, videlicet, ꝙ finaliter non pœniteat, vel quòd finaliter ſit obſtinatus, nunꝗ huiuſmodi peccatũ remittetur. De quolibet ergo genere peccati, quantuncunq; proponamus non pœnitere, vel proponamus eſſe obſtinati, pœnitere tamen poterimus: ſed ſi hęc circunſtantia, ꝙ finaliter non pœniteamus, ſequetur peccatum noſtrũ: indubitaneter verũ eſt, huiuſmodi peccatum nullo modo remitti.

Vlterius aũt forte dubitaret aliquis, vt magiſter dubitat, quomodo dicatur Deus reddere vnicuiq; ſecundum opera ſua: nam Deus pro opere tẽporali & pro peccato temporaliter acto, tribuit ęternam pœnam: ergo non iuſte nec ſecũdum opus operatum pœnam impendit. Dicendum ꝙ triplici via venari poſſumus pro peccato temporali iuſte impendi ęternam pœnam. Prima via videtur ex parte perſonæ diuinę, quã peccator offendit. Secunda ex parte perſonæ peccantis, quæ forefacit. Tertia ex parte offenſæ, quam committit. Prima via ſic patet, nam perſona diuina, quæ offenditur, eſt infinita; igitur cum ex obiecto actus ſumat ſpeciem, oportet quamlibet offenſam diuinam infinitam eſſe, & quodlibet peccatum mortale eſſe quodam modo infinitum, ex quo per ipſum offenditur infinitum bonum: dignum eſt autem infinitę offenſæ retribuere infinitam pœnam: non aũt poteſt retribui infinita pœna quantum ad acerbitatem, quia tũc patiens non poſſet ſubſiſtere, retribuit autem infinitã pœnam quantum ad durationem. Secunda via ad hoc idem ſumitur ex parte perſonæ offendentis, nam quia perſona offendens noluit à peccato recedere, iuſto Dei iudicio fit, vt ipſum pœna non deſerat. Vnde in gloſa dicitur, ꝙ ad diſtricti iudicis iuſtitiam pertinet vt nunquàm careant ſupplicio, quorum mens in hac vita nunquàm voluit carere peccato. Tertia via ſumitur ex parte offenſę quæ committitur, nam nunquàm pro offenſa ſatisfit illi, cui forefactum eſt, niſi pœna, quę pro offenſa portatur, et grata exiſtat. Sicut ergo nihil eſt album ſine albedine, ita nihil eſt gratum ſine gratia: pœna ergo quam ſuſtinent damnati in inferno eſt afflictiua, ſed non eſt grata, quia non eſt gratię coniuncta, & quia non eſt grata, non eſt ſatisfactiua. Damnati ergo in inferno ſemper affliguntur, & ſemper tenentur ad ſatisfactionẽ, & quia nunquàm ſatisfaciunt, ideo ſemper durabit eorum pœna. Differentia eſt ergo inter exiſtentes in inferno & in purgatorio, nam quia exiſtentes in purgatorio decedunt in gratia, pœna quam ſuſtinent eſt Deo grata & ſatisfactoria, ideo ceſſat aliquando eorum pœna: ſed exiſtentes in inferno ſic affliguntur ꝙ eorum afflictio nõ eſt grata, quia non habent gratiam, & per conſequens non eſt ſatisfactoria. Semper ergo tenentur ad ſatisfactionem, & nunquàm poſſunt ſatisfacere, ideo affliguntur & affligentur in ſecula ſeculorum, Amen.

A

LECTIO SEPTIMA.

NOn eſt perſonarum acceptio apud eum. Quicunq; enim ſine lege peccauerũt, ſine lege & peribunt: & quicunq; in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur.

Sicut pars illa, Propter quod inexcuſabilis es o homo, ſpecialiter retorquẽda videbatur ad gentiles vt fuit in ſuperioribus declaratum; ſic pars iſta, quia non eſt perſonarum acceptio apud deum) ſpecialiter videtur eſſe retorquenda ad Iudęos, quia Iudęi videbantur habere vnde ſe iactarent propter prærogatiuam generis ꝙ deus eorum perſonas acciperet. Ex-
B ponẽdo igitur hanc partem de iudęis ſpecialiter, dicemus ꝙ apoſtolus in præcedentibus remouit materiam litigii à gentilibus reprimendo iactantias gentilium: in parte iſta remouet materiam litigii à Iudęis reprimendo iactantias iudęorum. Circa quod tria facit, ſecundum ꝙ Iudęi tripliciter ſe iactabant. Nam primo ſe iactabant Iudęi de prærogatiua generis ac ſi deus propter generis prærogatiuam eorum perſonas acciperet. Vnde dicebant, vt patet ex prologo, Nos ſumus populi Dei, nos circuncisi ex genere Abraam, ex ſtirpe ſancta deſcendimus. Secundo ſe iactabant de dignitate legis: vnde dicebant, vt patet ex eodem prologo, Atq; vt eius cætera circa nos immenſa beneficia taceamus, nos ſoli digni ſumus legem accipere. Tertio ſe iactabant de propriis meritis, dicentes, ꝙ ſoli digni fuerunt vocem dei loquentis audire, & eius cognoſcere voluntatem. Ad reprimendũ itaq; has tres iactantias, primo, vt non ſe iactent de prærogatiua generis, oſtendit ꝙ deus perſonam hominis nõ
C accipit, nec acceptat. Secundo, vt non ſe iactent de dignitate legis, oſtendit ꝙ legem non obſeruabant. Tertio, vt non ſe iactent de propriis meritis, oſtendit ꝙ ſub peccatis fuerunt, & lex eos non iuſtificabat. Secunda ibi, Si autem tu Iudęus cognominaris.) Tertia ibi, Quid igitur pręcellimus eos? nequaquàm.) Prima pars in duas partes diuiditur, quia primo præmittitur hæc concluſio, proponens ꝙ non eſt apud Deum perſonarũ acceptio: ſecundo ad eam probãdã ſubiũgitur materialis rõ ibi ſtatim poſt, Quicunq; enim ſine lege.) Continuetur ergo ſic, Dictum eſt ꝙ erit gloria, honor, & pax omni operanti bonum, Iudæo primum & deinde Gręco ideſt gentili: & quia tu Iudęus primó poneris propter prærogatiuam generis aſſumis audaciam, & te iactas ac ſi pp huiuſ pręrogatiuã deus perſonam tuam acciperet: ſed male facis, quia (apud deum non eſt acceptio perſonarũ): quia deus ſecundum perſonas non iudicat, ſed ſecundum merita;
D nec iudicat ſecundum generis prærogatiuam ſed ſecundum bona opera, vt in gloſa tangitur.

Deinde cum dicit. Quicunq; enim) Poſtquàm ad reprehendendum Iudæorum iactantias propoſita eſt hæc concluſio, quod non eſt apud deum perſonarum acceptio, In parte iſta ad hanc concluſionem probandam ſubiungitur materialis ratio. Circa quod quatuor facit, ſecũdum ꝙ quatuor rationes adducit: nam primo probat hoc ex Dei ęqua ſententia. Secundo ex lege ſcripta. Tertio ex lege naturaliter impreſſa. Quarto ex propria conſcientia. Secunda ibi, Non enim auditores legis. Tertia ibi, Cum enĩ gentes quæ legem. Quarta ibi, Teſtimonium reddente. Formatur autem ſic prima ratio, Circa quoſcũq; eſt Dei ęqua ſententia, non eſt circa illos apud deum perſonarum acceptio: ſed tam circa Iudęos quàm circa gentiles, tam circa eos qui ſunt ſine lege quàm

circa

circa eos, qui habent legem, eſt Dei ęqua ſententia, ergo circa nullos eſt apud Deum perſonarum acceptio. De hac autem ratione non ponit niſi virtutem medij, dicens, ꝙ (quicunq; enim ſine lege peccauerunt ſine lege peribunt, & quicunq; in lege peccauerunt per legem iudicabuntur), quaſi dicat ꝙ tam circa habentes legem quàm circa carentes lege erit apud deũ ęqua ſententia, quia ſicut peccabunt ſic punięntur: & quia ſic eſt, circa nullos apud Deum erit acceptio perſonarum: quod probare volebamus. Notandum autẽ ꝙ ſine lege peccare eſt dupliciter, vel ſine lege ſcripta, vel ſine lege naturali. cum enim dicitur quod qui ſine lege peccauerunt ſine lege peribunt, non eſt intelligendum de lege naturali, quia ſine tali lege nulli peccant: ſed intelligẽdum eſt de lege ſcripta, quia lex illa non fuit data omni populo, ſed ſpecialiter fuit data populo iudaico. Gentiles ergo, quibus non fuit data lex ſcripta, peccabant ſine lege, non ſine lege naturali, ſed ſine ſcripta, quæ eis data non fuerat. Notandum etiam (vt Auguſtinus ait ſuper pſalterium, & recitatur hic in gloſa) quidam ſuper hunc textũ Apoſtoli errauerunt dicentes, aliter aſſerendum eſſe de habentibus legẽ, & de carẽtibus: quia habentes legem, ſi peccant, iudicabuntur, quia patientur poenas purgatorias, ad vltimum tamen non peribunt: peccantes autem ſine lege, peribunt. Sed hoc eſt contra veritatem, quia circa omnes erit Dei ęqua ſententia, circa nullos erit apud Deum perſonarum acceptio: quilibet ſicut peccabit, ſic punietur: vnicuiq; enim reddet deus ſecundum opera ſua. immo Iudęi quaſi magis inſtructi deum deſerendo plus peccabãt: nam, vt Dominus innuit in euangelio, & habetur hic in gloſa, Tolerabilius erit Sodomę in Iudicio quàm Iudęis in Chriſtum non credentibus, tum quia chriſtus tot mirabilia ante eos fecit, tum etiam quòd ante aduentum Chriſti Iudęi tot prędotati beneficiis fuerant: peccando ergo magis ingrati erant, & magis debebant ſubire damnationis iudicium. Deinde cum dicit.

Conc. 15.

Non enim auditores legis iuſti ſunt apud deũ, ſed factores legis iuſtificabuntur.

Adducit ſecundam rationem ſumptã ex lege ſcripta. Ad cuius euidentiam aduertendum, quòd Iudæi ſe iactabant de acceptione perſonarum, & quòd erant accepti apud Deum propter prærogatiuam generis, quia erant de gente ſancta, & de gente habente legem: ſed ex eo quod aliquis ſit de gente ſancta, vel ex eo quòd ſit de gente habente legem, non habet ex hoc ꝙ legem impleat, nec ꝙ legem obſeruet: ſed quod legem audiat, ſed quòd ſit in lege doctus: quod patet in Iudęis qui quamuis legem audirẽt non tamen omnes obſeruabant & faciebant legem. Quare ſi propter prętogatiuam generis, & ex eo ꝙ eſſet de gẽte habente legem, eſſet quis acceptus apud deum: ſufficeret ad iuſtificationem habere legẽ abſq; eo ꝙ legem faceret & impleret: ſed hoc eſt falſum, ergo & primum. Formetur ergo ſic ratio, Circa quos non ſufficit legem audire, niſi legem faciant & obſeruent, circa illos propter prętogatiuam generis & propter legem ſcriptam, non eſt apud deum perſonarum acceptio, ſed circa vos Iudęos non eſt iuſtificatio audiẽdo legẽ, niſi eã obſeruetis: ergo propter prętogatiuam generis, & propter legem ſcriptam, non eſt circa vos apud deum perſonarum acceptio. De hac autem ratione non ponit niſi virtutem medij, videlicet, ꝙ ad iuſtificationem non ſufficit legem audire, ſed obſeruare, dicens, (Non enim auditores legis iuſti ſunt apud deum, ſed factores legis iuſtificabuntur). Deinde cum dicit.

Cum enim gentes, que legem non habent, naturaliter ea quæ legis ſunt faciunt,

A **eiuſmodi legem nõ habentes ipſi ſibi ſunt lex, qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis.**

Adducit ad hoc idem tertiam rationẽ ſumptam ex lege naturali, ſiue ex lege impreſſa: & eſt hęc ratio ſumpta ex ſenſu contrario. Nam ſicut arguebatur, quòd Deus non plus accipiebat propter prætogatiuam generis perſonas Iudęorum quàm gentilium, quia contingebat Iudęos legem non obſeruare: ita à ſenſu contrario arguitur, quòd non plus accipiat perſonas iſtorum quam illorum: quia propter legem naturaliter impreſſam contingit gentiles legem facere & implere. Non ergo accipit Deus perſonas aliquorum, quia & Iudęos contingit eſſe pręuaricatores legis ſcriptę, & damnari; & gentiles contingit facere opus legis impreſſę & iuſtificari. Formetur ergo ſic

B ratio, ſi propter prętogatiuam generis & propter legem ſcriptam eſſet apud Deum acceptio perſonarũ, non habentes huiuſmodi prętogatiuam, & non habentes huiuſmodi legem ſcriptam, non poſſent implere legem, nec facere opus legis: ſed deſtruo conſequens, quia gentes quæ legem non habent faciunt opus legis: deſtruitur ergo & antecedens, quòd apud Deum non eſt acceptio perſonarum. Non igitur accipit Deus perſonas Iudęorum, nec propter legem ſcriptam, nec propter generis prærogatiuam. De hac autem ratione non ponit niſi virtutem medij, videlicet, ꝙ gentes, quæ legem non habent, poſſunt ea quæ legis ſunt facere. Ideo ait, (cum gentes, quæ non habent legem) ſcriptam, (naturaliter ea quę legis ſunt faciũt & non habentes legem eiuſmodi) .i. legem ſcriptam, (ipſi ſibi ſunt lex, qui) implentes legem (oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis). Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, quòd cum ſic ſit, & cum non

C habẽtes legem poſſint legem implere, ſequitur quòd propter legẽ ſcriptam, vel propter huiuſmodi alias prærogatiuas, Deus perſonas hominum non acceptat. Deinde cum dicit.

Teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum, & inter ſe inuicem cogitationum accuſantium aut etiam defendentiũ in die cum iudicabit Deus occulta hominum ſecundum euangelium meum per Ieſum Chriſtum.

Adducit quartam rationem ſumptam ad hoc idem ex conſcientia propria. Nam propter illud erit perſona accepta Deo, vel Deo grata, ꝙ in finali iudicio excuſabit: & propter illud erit perſona aliqua à Deo excluſa & Deo non grata ꝙ in finali iudicio incuſabit: ſed prętogatiua generis, vel lex ſcripta abſq; con

D ſcientia boni operis, nõ excuſabit in iudicio: ſed propria conſcentia erit illud quod excuſabit bonos & incuſabit malos: ergo ex prætogatiua generis & ex lege ſcripta non eſt apud Deum acceptio perſonarũ. Formetur ergo ſic ratio, Propter illud quod in finali iudicio abſq; conſcientia boni operis non excuſat, non eſt apud Deum acceptio perſonarum: ſed prętogatiua generis & lex ſcripta abſq; conſcientia boni operis non excuſat, immo propria conſcientia erit illud quod excuſabit bonos & incuſabit malos: ergo propter legem ſcriptam, & prętogatiuam generis, nõ eſt apud Deum acceptio perſonarum. De hac autem ratione non ponit niſi virtutem medij, videlicet, ꝙ propria conſcientia erit illud quod excuſabit bonos & incuſabit malos. Continuetur ergo ſic, Aliqui ea, quæ legis ſunt faciunt, aliqui autem non faciunt quę ſunt legis, (teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum), in qua conſcientia erit multitudo (cogitationum), cogitationum dico (inter ſe inuicem excu

ſantium),quantum ad eos qui non faciunt quæ ſunt legis:at etiam cogitationum (defendentium), quantum ad eos qui faciunt quæ ſunt legis:& hoc(in die) Iudicii,(cum iudicauerit Deus occulta hominũ per Ieſum chriſtum , ſecundum euangelium meum)ideſt mihi reuelatum : vel(ſecundum euangelium meum) ideſt ſecundum euangelium ad quod ſum ſegregatus ad prædicandum.Propria ergo conſcientia excuſabit in finali iudicio,non prærogatiua generis. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio , quòd cum ſic ſit , propter huiuſmodi prerogatiuam non eſt apud Deum acceptio perſonarum. Notandum autem quòd finale iudicium fiet per Ieſum Chriſtum,quia pater omne iudicium dedit filio.Deitas enim non apparebit in iudicio omnibus , ſed filius in humanitate apparebit omnibus,& omnes iudicabit : ita tamen quod bonis apparebit mitis & blandus,malis vero terribilis & iratus.Notandum autem quod iudicium fieri per Ieſum Chriſtum manifeſtatur & declaratur per euangelium, quod apoſtolus prædicat.Ideo ait apoſtolus quòd ſecundum euangelium meum,ſupple,certificatur & declaratur iudicium ſic fiendum eſſe per Ieſum chriſtũ.

Ad intelligentiam autem dictorum contingit tripliciter dubitare . Primo enim quæritur de illo verbo Apoſtoli,Nõ enim auditores legis iuſti ſunt apud Deum,ſed factores legis iuſtificabuntur . Videtur enim ex hoc concludi,ꝙ ex operibus noſtris ſit iuſtificatio noſtra.

Secundo dubitatur de eo quod ibidem dicitur, Gentes, quæ legem non habent naturaliter ea quæ legis ſunt faciunt.Ex quo videtur concludi,quòd ex puris naturalibus poſſumus legem implere.

Tertio dubitatur de eo quod in litera dicitur , Eiuſmodi gentes non habentes legem, ipſi ſibi ſunt lex; qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis. Ex hoc videtur concludi legem ſcriptam fuiſſe ſuperfluam & vanã,cum per legem naturaliter impreſſam poſſimus legem ſcriptam implere.

De iuſtificatione.

Dubitatur ergo primo, Vtrum factores legis iuſtificentur?Et videtur quod non:quia iuſtitia eſt per gratiam,vel non eſt ſine gratia : Nam nunquã eſt aliquis iuſtus niſi ſit Deo charus,gratia autem ſi debetur nobis,non ex operibus,quia quod ex operibus redditur non eſt gratia,ſed debitum.Ideo dicitur ad Rom.11. Si autem gratia Dei iam non ex operibus , alioquin gratia iam non eſt gratia. Non ergo videtur eſſe bene dictum,quòd factores legis iuſtificentur, quia ex noſtris factis & ex noſtris operibus non dependet iuſtitia noſtra . Dicendum quòd iuſtificatio poteſt intelligi dupliciter , vel ſecundum iuſtitiam per quam iuſti ſumus,vel per iuſtitiam per quam in Dei iuſto iudicio iudicabimur & præmiabimur . Rurſus eſt diligenter notandum ꝙ hic apoſtolus Paulus non loquitur de Paruulis,ſed de adultis: nam adulti ea quæ legis ſunt faciunt,non autem paruuli carentes rationis vſu.Vt ergo ſaluemus dictum apoſtoli dicentis quòd factores legis iuſtificabuntur , dicamus quod ſecundum literalem ſenſum videtur hoc eſſe dictum non de iuſtitia quæ in via nobis à Deo tribuitur, ſed de iuſtitia quæ in iuſto dei iudicio reuelabitur, quod patet ex ipſo ſerie textus. Nam cum prius dixiſſet, ꝙ factores legis iuſtificabuntur , & ꝙ gentes, quæ legem non habent,naturaliter ea quæ legis ſunt faciunt . Poſtea dixit teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorũ, cogitationum inter ſe inuicem accuſantium,aut etiã defendentium in die cum iudicauerit Deus occulta hominum.Sic ergo exponendo dictum apoſtoli,non habet calumniam quod dicitur . Nam in illo iudicio reuelabitur iuſtitia ſecundum bona vel mala opera,quæ quiſq; in corde ſuo geſſit:reddet enim tũc Deus vnicuiq; , vt ſupra dicebatur, ſecundum opera ſua.Talem ergo iuſtitiam ex operibus cauſari , & eſſe

A ex operibus retributam,non eſt inconueniens.Factores ergo legis in iudicio iuſtificabuntur , ideſt , iuſtè præmiabuntur,quia tunc ſecundum ea quę fecit,& ſecundum ſua opera,vnicuiq; reddetur . Sed ſi velimus dictum apoſtoli adaptare ad pręſentem iuſtitiam, dicentus ꝙ factores legis iuſtificari , & ex noſtris operibus fieri iuſtos,ſi loquimur de iuſtificatione ſecundũ quam iuſti fiunt magis iuſti,non eſt inconueniens talem iuſtitiam eſſe ex operibus.Nam licet gratia & iuſtitia non ſimpliciter cadant ſub merito,augmentum tamen gratiæ prout quis de grato fit magis gratus, & augmentum iuſtitiæ prout quis de iuſto fit magis iuſtus,ſub merito cadit . Poſſumus enim per gratiam nobis datam mereri augmentum gratiæ , & per iuſtitiam nobis collatam augmentum iuſtitiæ promereri. Sed ſi loquimur de iuſtitia per quam quis ex non iuſto fit iuſtus ,tunc habet veritatem quod Magiſter ait,& quod Auguſtinus dicit,quòd directè loquendo, B Factores legis non iuſtificantur.Nam ex noſtris factis & ex noſtris operibus non poſſumus fieri ſic iuſti ; quòd ex non iuſtis fiamus iuſti ; quia tunc prima gratia & prima iuſtitia caderet ſub merito , quod eſſe non poteſt , nam nihil eſt meritorium niſi per gratiam . Si ergo poſſet quis ſibi mereri primam gratiam,tunc ante primam gratiam haberet gratiam quod eſt inconueniens.Opera ergo noſtra non directe & principaliter faciunt vt nos habeamus primam gratiam , ſed ex Dei benigna liberalitate contingit quòd abſq; præcedentibus meritis,nobis ſuam gratiã tribuat:indirecte tamen & aliqualiter faciunt opera noſtra ad habendam primam gratiam: nam cum nobis Deus ſuam gratiam infundit , non cogit liberum arbitrium,propter quod poſſumus illi gratiæ rebellare:coadiutores ergo Dei ſumus,& qui creauit nos ſine nobis,non iuſtificat nos ſine nobis ideſt ſine noſtro aſſenſu.Cum ergo dicitur quòd factores legis iuſtificabuntur, & quod ex operibus noſtris iuſtificabimur C ,ſi intelligitur de iuſtificatione prout in iuſto iudicio Dei fiet nobis iuſta retributio , verum eſt quod dicitur,quia tunc vnicuiq; reddetur ſecundum opera ſua.Si vero intelligatur de iuſtificatione prout in iuſtitia augmétamur,ſic eſt etiam verum quod dicitur, quia poſſumus per gratiam nobis infuſam,& per opera in gratia facta,augmentum gratiæ promereri , & amplius in iuſtitia augmentari.Sed ſi intelligatur nõ de iuſtitię retributione quę erit in iudicio,nec de iuſtitię augmentatione cum quis de iuſto fit magis iuſtus,ſed de iuſtitię adeptione cum quis de non iuſto fit iuſtus,directe ex operibus noſtris non meremur talem iuſtitiam , quia licet in habitibus politicis, quia bona facimus boni ſumus,quia illi habitus cauſantur ex actibus:in habitibus tamen infuſis , quia boni ſumus bona facimus ; illi enim habitus præcedunt actus.Secundum hoc ergo ait Auguſtinus in de Spiritu & litera & habetur hoc in gloſ.,quod non ita in D telligendũ eſt quòd ante erant factores legis,& poſtea iuſtificabantur,ſed vt factores iuſtificatio præcedat. Directe ergo talis iuſtificatio non cauſatur ex operibus noſtris , aliqualiter tamen opera noſtra faciunt ad talem iuſtificationem , quia loquendo de iuſtitia adultorum,de qua hic loquimur , nunquàm iuſtificamur niſi, amoto obice & remota rebellione , iuſtitiæ præbeamus aſſenſum.Patet ergo qualiter factores legis iuſtificantur,& qualiter ex operibus noſtris iuſtitia redditur : ſecundum tamen ſeriem litteralẽ, quod hic dicitur videtur referendum eſſe ad futurum iudicium:ſecundum quem modum exponendi verba hic adducta,dubietatem non videtur habere.

Secundo dubitatur quomodo Gentes, quæ legem non habent naturaliter ea quæ legis ſunt faciunt: nam cum ſine gratia non poſſimus legem implere, & à peccatis cauere,naturaliter non poſſumus facere

quæ

quæ ſunt legis. Dicendum quòd cum dicitur, Gentes, A quæ legem non habent, naturaliter ea quę legis ſunt faciunt, non intendit apoſtolus excludere gratiam. Nam ſecundum Auguſtinum & habetur in gloſa, Per gratiam naturaliter fiunt ea quæ ſunt legis, nō quòd per naturæ nomen negara ſit gratia, ſed potius per gratiam ſit reparata natura. Vt ergo videamus quomodo dicantur opera legis fieri naturaliter, tum tamen ibi oporteat concurrere gratiam, ſciendum ꝙ hoc tripliciter declarare poſſumus. Prima via ſumitur, vt natura comparatur ad gratiam. Secunda, vt comparatur ad culpam. Tertia, vt comparatur ad diuinam cauſam. Prima via ſic patet: nam ſecundum philoſophum in. 2. de Anima; Ad actionem non ſolum facit forma, ſed etiam materia & ſubiectum, vt non ſolum ſanamur ſanitate ſed etiā corpore, quod eſt ſanitatis ſubiectum: & non ſolum ſcimus ſcientia, ſed etiam anima, quæ eſt ſubiectum ſcientiæ. Nam eo B ipſo quod forma non habet per ſe eſſe, ſed requirit propriam materiam & proprium ſubiectum, cum res ſicut ſe habet ad eſſe ſic ſe habet ad agere: ſicut forma non habet per ſe eſſe, ſed ad ſui eſſe requirit materiam & ſubiectum; ſic non habet per ſe agere, ſed ad ſui actionem aliquid facit ſubiectum & materia. Nam vt dicebatur eo ipſo ꝙ ſcientia fundatur in anima, omnis illa actio quę eſt à ſcientia eſt etiam & ab anima, in qua ſcientia habet eſſe: ſic eo ipſo quòd gratia non habet per ſe eſſe, ſed fundatur in natura, actio, quæ eſt à gratia, eſt etiam à natura. Naturaliter ergo dicuntur facere quæ ſunt legis, quia licet hoc ſit à gratia, eſt etiam à natura, quę eſt per gratiam reparata. Secunda via ſumitur ad hoc idem, non ſolum eo quòd natura comparatur ad gratiam, ſed etiam vt comparatur ad culpam. Nam illud eſt naturaliter & ſecundum naturam, quod naturam perficit & exaltat: illud verò eſt naturę contrarium & non eſt ſecun C dum naturam, quod naturæ nocet & eam vulnerat: & quia vitiū eſt naturę contrarium, gratia verò naturam perficit & exaltat, opera vitioſa ſunt contra naturam: ſed opera Deo grata & opera per gratiam facta poſſunt dici naturaliter facta, quia naturam perficiunt & exaltāt. Tertia via ad hoc idem ſumitur ex eo quòd natura comparatur ad ſuam ſuperiorem cauſam, nam ſecundum commentatorem, fluxus & refluxus Maris eſt naturalis, quod eſt a cauſa ſuperiori, vt à luna, quę naturaliter aquis & omnibus inferioribus dominatur: eo enim ipſo ꝙ īferiora ſunt naturaliter ſubiecta ſuperioribus, quæ ſunt inferiora à ſuperioribus naturaliter eſſe dicuntur. Sic quia gratia eſt in natura à Deo, tanquàm à ſuperiori cauſa: quæ ſunt à gratia, natura exiſtente, poſſunt dici naturaliter facta, quia eo ipſo ꝙ natura animę, eſt naturaliter deo ſubiecta, quicquid operatur anima per diuinum influxum, cui naturaliter ſubiicitur, quodā mo D do dicitur illud naturaliter operari. In omnibus ergo his attendenda eſt regula Auguſtini, Quòd dicuntur talia naturaliter facta, non quòd per hæc gratia excludatur: ſed pro tanto naturaliter facta eſſe dicūtur, vel quia natura ad hoc aliquid operatur, vt probabat prima via: vel quia natura per hæc perficitur, vt probabat ſecunda via: vel quia naturaliter influxui ſubiictur, vt probabat hæc tertia.

Contra Iul. li. 4. c. 3.

Tertio dubitatur, quomodo non habentes legem, oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis. Dicēndum ꝙ, vt magiſter ait in gloſa, Gentes non habētes ſcriptam legem, nec legem moſaicam, hoc modo oſtendunt opus legis ſcriptum, idest, firmiter ſcriptū in cordibus ſuis, idest, in mentibus eorum, dum illa opera laudant, quæ lex moſaica iuber, & damnat quę lex illa prohibet. Ad cuius euidentiam ſciendum, ꝙ in lege Moſaica quædam erant cęremonialia, quædam moralia: precepta quidem cęremonialia non erant de iure naturali, ſed moralia. Vnde in gloſa tāgitur, Lex naturalis eſt, Nemini iniuriam facere, Nihil alienū ſurripere, A' fraude & periurio abſtinere, Alieno coniugio non inſidiari, & cætera talia, quæ continentur in præceptis Decalogi. Per legem ergo naturalem, adiuuāte gratia, poſſumus legem ſcriptam implere. Nam ille idem Deus, cuius digito ſcripta eſt in tabulis lapideis lex moſaica, I tabulis cordi noſtris legem voluit imprimere naturalem. Quare per naturalem legem, adiuuāte gratia, implendo quæ lex moſaica imperabat, oſtendimus opus legis eſſe in cordibus noſtris ſcriptum. Nec tamen propter hoc ſuperfluit lex moſaica, quia præcepta moralia, quantumcunq; ſint de iure naturali, clarius tamen cernere poſſunt per legem moſaicam, adiuuante lumine rationis & gratia, quàm per legem naturaliter impreſſam, lege moſaica circunſcripta.

LECTIO OCTAVA.

SI autem tu Iudæus cognominaris, & requieſcis in lege, & gloriaris in Deo, & noſti voluntatem eius & probas vtiliora inſtructus per legem:

Repreſſit Iudęorum iactantiam, quòd non debebant ſe iactare de prærogatiua generis, quaſi ex hoc eſſent Deo accepti, quia Deus perſonas eorum non accipiebat. In parte iſta reprimit eorum iactātias, ꝙ non ſe iactent de dignitate legis, quia legem nunime obſeruabant. Circa quod tria facit. Quia primo eos de præuaricatione legis increpat. Secundo quòd propter legem preuaricatam & non obſetuatam nou debeant ſe gentibus præferre. Tertio (ne crederetur legem moſaicam nullam vtilitatem attuliſſe) vtilitates quas illā lex attulit manifeſtat. Secunda ibi, Circunciſio quidem prodeſt.) Tertia ibi, in principio tertii cap. Quid ergo amplius eſt Iudęo.) Increpando autem Iudęos de preuaricatione legis tria facit. Nam primo narrat quinq; pręrogatiuas, quas Iudęi ex lege habebant. Secundo narrat quinq; iactantias & quinq; præſumptiones, quas Iudæi ex illis quinq; prærogatiuis accipiebant. Tertio narrat quinq; increpationes ex eo ꝙ iudæi non recte ſe habebant, & legem non obſeruabant. Secunda ibi, Confidis te ipſum ducem.) Tertia ibi, Qui ergo alium doces.)

Ad euidentiam primæ partis ſciendum quòd Iudęi ex lege quaſi quinq; prærogatiuas habebant. Prima erat generis ſublimatio, Secunda, conſcientiæ confirmatio. Tertia veritatis agnitio. Quarta erroris & Idolatrię deuitatio. Quinta, operum diſcretio. Iudæi ergo primo, quia erant de populo habente legem, dicebātur eſſe de ſtirpe ſancta, & dicebantur habere generis prærogatiuam & ſublimationem: ipſa enim lex faciebat ad generis ſublimationem. Secūdo, faciebat ad conſcientiæ confirmationem: nam gentes legem non habentes vacillabant in conſcientia, neſcientes quid tenendum eſſet, & qualiter ſe deberent habere. Sed lex moſaica ſua documenta exhibens faciebat ad conſcientiæ robur, & ad cordis confirmationem: ſtabiliebatur enim cor Iudæorum per legis præcepta. Tertio, faciebat lex ad veritatis agnitione pp veritatē quā docebat. Quarto, faciebat ad erroris & idolatriæ deuitationem propter errores & Idola, quæ reſpuebat. Quinto, faciebat ad operum diſcretionē, quia quæ opera eſſent eligēda, diſcernere inſtruebat.

Hæ autem quinq; prerogatiuæ per ordinem in prima parte tanguntur. Legatur ergo ſic litera. Si autem tu) inſtructus per legem (cognominaris Iudęus) ideſt habes generis ſublimationem: Iudęi enim quantum ad excellentiam ſpiritualem videbantur habere generis prærogatiuā ex ſublimatione (& in lege) ideſt per legem (requieſcis) habendo conſcientiæ firmitatem & quietationem (& gloriaris in Deo) ideſt in diuina veritate, habendo veritatis cognitionem (& noſtri volūtatem eius) ideſt voluntatem dei quantum ad erroris & Idolatriæ deuitationem (& probas vtiliora) ideſt de vtilibus ſcis vtiliora opera eligere, habendo operum notitiam & diſcretionem. Deinde cum dicit.

Confidis te ipſum eſſe lucem cæcorum, lumen eorum, qui in tenebris ſunt, eruditorem inſipientium, magiſtrum infantium, habentē formā ſcientiæ & veritatis in lege.

Narrat & oſtendit, quomodo Iudæi ex quinq; prærogatiuis tactis ad quinq; prę ſumptiones & iactātias mouebantur: nam quia habebant generis ſublimationem, & quia erant de ſtirpe ſancta, quaſi per exempla parentū inſtructi cōfidebant ſe eſſe duces coecorū. i. duces eorū q p exēpla parentū non erant ſic inſtructi, ſed vt coeci neſciebant quid agerent. Secundo, quia quieſcebant in lege, & habebant conſcientiæ quietationem; cōfidebant ſe eſſe lumen eorum, qui in tenebris ſunt, ideſt qui non ſunt in conſcientia quietati & confirmati. Tertio, quia gloriabantur in Deo, & habebant diuinæ veritatis agnitionem confidebant ſe eſſe eruditores inſipiētiū, ideſt eorum, qui nō erāt in diuina veritate inſtruti & ſolliciti. Quarto, quia noſcebant Dei voluntatem quantum ad erroris & idolatriæ deuitationem, confidebant, ideſt prę ſumebant ſe eſſe magiſtros infantium, ideſt eorum, qui erant ab erroribus & idolatria reuocati. Quinto, quia ſciebāt vtiliora opera eligere confidebant in lege, ideſt ſecundum legem habere formam ſcientiæ & veritatis, vtiliora opera non ſolum ſciendo & cognoſcendo, ſed ſecundum veritatem opere adimplendo. His viſis facile eſt literam legere. Continuetur ergo ſic. Tu inſtructus per legem propter primā prę rogatiuā, quia cognominaris Iudęus & habes generis ſublimationē per exempla parentum inſtructus, (confidis) ideſt præſumis (te eſſe ducem coecorum) ideſt eorum, qui non habent hanc prę rogatiuam, & nō ſunt per exempla parentum edocti: per ſecundam autem prę rogatiuā, quia in lege requieſcis, habendo conſcientiæ quietationem (confidis) ideſt prę ſumis (te eſſe lumen eorum qui in tenebris ſunt) ideſt qui in conſcientia vacillabant. Secundum ergo prę taxatum modum ſingulæ præſumptiones prærogatiuis ſingulis adaptētur. Notandum autem ꝙ ad bene operandum duo requiruntur, primo bona opera cognoſcere, deinde ea ſecundum veritatem opere adimplere. Iudęi ergo iactando ſe de operum diſcretione, iactabant ſe (in lege) ideſt per legem (habere formam ſcientiæ) inquantum bona opera cognoſcebant (& veritatis) inquantum ea opera ſecundum virtutem, vt dicebant, opere adimplebant. Deinde cum dicit.

Qui ergo alium doces, te ipſum non doces. Qui prædicas non furandum, furaris. Qui dicis non mechandum, mecharis. Qui abominaris idola, ſacrilegium facis. Qui in lege gloriaris, per præuaricationē legis deum inhonoras.

Ponit quinq; increpationes quinq; prærogatiuis & quinq; præſumptionibus reſpondentes. Circa quod duo facit, quia primo facit quod dictum eſt: ſecundo,

A quod ſuppoſuerat per auctoritatem ſcripturæ ſacrę manifeſtat, & probat ibi, Nomen enim Dei per vos & cętera. Cōtinuetur ergo ſic. Tu qui cognominaris Iudęus, & habes generis ſublimationem & per exempla parentum inſtructus confidis te eſſe ducem cæcorum, volendo alios edocere, primò increpandus es, quia te ipſum primum edocere debebas, ideo ait, Qui alium doces te ipſum non doces. Rurſum, quia Iudęus requieſcebat in lege, & erat in conſcientia ſolidatus, debebat quod corde ſentiebat & ore prædicabat, opere adimplere. Ergo erat ſecundo increpandus, quòd præuaricabatur opera legis, in quibus requieſcebat, ideo ſubdit, Tu qui prędicas nou furandum) ideſt qui requieſcens in lege furtum & alia, quæ lex prohibet, deteſtando, (furaris) ea opere adimplendo. Tertio, quia iudei gloriabantur in deo diuinam veritatem cognoſcendo, erant increpandi, quia mechabantur, ideſt fornicabantur à Deo, ab eo corde

B & opere recedendo, ideo ſubdit, Tu qui gloriaris in Deo & (qui dicis non mechandum) ideſt à Deo non eſſe recedendum, (mecharis) ideſt à Deo recedis, & fornicaris. Sicut enim prius nomine furti intelligebatur omnis receſſus à lege, ſic hic nomine mechiæ intelligitur omnis fornicatio ſpiritualis & omnis receſſus à Deo. Quarto, quia Iudęi noſcebant dei voluntatem, quòd erant errores & idolatria deteſtanda, non debebant Idola ſequi, nec debebant facere ſacrilegia, ideo ſubdit, Iudęus noſcens dei voluntatem, quòd ſunt idola deteſtanda, (abominaris idola, & ſacrilegium facis) cultum Dei idolis exhibendo. Quinto, quia iudęi probabant, ideſt confidebant per legem vtiliora opera eligere, non debebant legem prenaricari, ideo ait, quòd tu Iudęus (qui gloriaris in lege) dicens te per legem inſtructū vtiliora eligere, (per preuaricationem legis Deum inhonoras). Notādum autē quòd in iſtis quinq; increpationibus quaſi tanguntur omnia gene-

C ra peccatorum. Nam omnis peccans vel peccat in ſe ipſum, vel in proximum, vel in deum. Peccatum autem in ſeipſum tangitur in prima increpatione, cum quis alium docet, ſe ipſum non docet. Peccatum verò in proximum tangitur in increpatione ſecunda, cum quis prædicat ꝙ nō eſt furandum, furatur: vt nomine furti omnis lęſio in proximū intelligatur. Peccatum autem in deum intelligitur in aliis increpationibus tribus. Nam circa Deum tripliciter forefacimus: primo, cum ipſum rectè non colimus: ſecundo, cum cultum eius, idolis exhibemus: tertio, cum nomen eius in uanum aſſumimus. Hæc erant præcepta primæ tabulæ: vnum de ſanctificatione ſabbati: per ſanctificationem enim ſabbati intelligitur quòd debemus vacare circa ſpūalia, & eū debitē colere. Aliud prę ceptū fuit ꝙ debemus idola ſpernere. Et eſt aliud præceptū primę tabulę, ꝙ nō debemus periurare, nec debemus nomē Dei in vanū aſſumere. Hæc aūt tria, ꝙ quæ peccamus in Deū, in tribus icrepatiōibus vltimis

D deſcribuntur. Nam nomine mechiæ poſſumus intelligere fornicationem ſpiritualem, ſecundum quàm à Deo recedimus, & ſabbata non ſanctificamus, & ipſum non rectè colimus. Nomine vero ſacrilegii poſſumus intelligere peccatum in Deum, ſecundum ꝙ idola nō ſpernimus, ſed eis cultum dei debitum exhibemus. Per hoc ꝙ inhonoramus Deum, poſſumus intelligere peccatum periurii, cum nomen Dei in uanum aſſumimus. Notandum etiam iudęos circa omnia hæc increpandos eſſe: nam ipſi peccabant in ſe, quia ſe non docebant: peccabant in proximum, quia furando eū lędebant: peccabant in Deum, quia mechando, ideſt fornicando ſpiritualiter, cum debite non colebant: peccabant per ſacrilegium, quia cultum idolis exhibebant: peccabant prę uaricando legem, & inhonorādo Deum, quia nomen Dei in vanum aſſumebāt. Notandum etiam quòd non honorare deum potiſſime

dicitur

dicitur prçuaricatio legis, quia lex potiſſime ordinat nos ad deum. Notandum etiam ꝙ Magiſter nomine furti intelligit furari debitum ſenſum legis: & nomine moechię intelligit veritatem de chriſto in lege cõtentam à lege tollere. Sed exponere vt dictum eſt (vt videtur) magis itur ad literalem ſenſum. Deinde cum dicit.

Nomen.n. Dei per vos blaſphematur inter gentes, ſicut ſcriptum eſt.

Quoddam, quod ſuppoſuerat, probat per auctoritatem ſcripturę. Continuetur ergo ſic. Bene dico ꝙ inhonoratis, ſicut ſcriptum eſt, ideſt ſicut teſtatur auctoritas ſcripturæ, vbi dicitur, ꝙ nomen dei per vos iudęos blaſphematur inter gentes. Notandum autem quòd Apoſtolus hic loquitur Iudęis legem ſcientibus & ideo non allegat vbi ſcriptum ſit hæc auctoritas: tamen ſi ſcire volumus vbi ſcriptum ſit hoc, habetur Iſaię. cap. 52. vbi dicitur, Tota die nomen meum blaſphematur. Vel vt gloſa tangit, hoc ſcriptum eſt in Ezechiele cap. 36, vbi nos habemus, Ingreſſi ſunt ad gentes, ad quas introierunt & polluerunt nomen ſanctum meum) litera L X X. habet, Nomen meum per vos blaſphematum eſt in gentibus. Notandum etiam quòd tripliciter poteſt intelligi, ꝙ iudęi Deum inhonorabant, & nomen dei blaſphemabant inter gentes. Primo, quia forte iudęi inter gentes periuria exercebant, & nomen Dei in vanum aſſumebant. Secundò, quia Iudęi propter eorum peccata multotiens debellabantur à gentibus: gentes autem eos debellantes non attribuebant Iudęorum peccatis, ſed credebant ſe propria virtute hoc feciſſe, & Deum Iudęorum ſuperaſſe: & quia hoc vergebat in Dei iniuriam, & in Dei blaſphemiam, exponẽdum eſt (per vos) ideſt propter peccata veſtra, propter quæ tradebamini gentibus, inter gentes blaſphematum eſt nomen Dei: quia credebant gentes non propter Iudęorum peccata deum tradidiſſe eos, ſed propria virtute ęſtimabant iudęos ſuperaſſe, & credebant quod Dii, quos ipſi colebant ſuperaſſent Deum illum quem Iudęi adorabãt: quod ſine blaſphemia eſſe non poterat. Tertio, propter iudęos blaſphematum eſt nomen Dei inter gentes, quia gentibus propter prędicationem euangelii Chriſtum credere incipientibus Iudęi diſſuadere videbantur chriſtum non eſſe dicendum Deum: quod in Dei vergebat blaſphemiam. Deinde cum dicit.

Circuncisio quidem prodeſt, ſi legem obſerues.

Poſtquàm iudęos increpauerat quòd legem pręuaricabantur, & eam non obſeruabant, in parte iſta (vt dicebatur) oſtendit quòd propter huiuſmodi legem non obſeruatam, non debebant gentibus ſe pręferre. Propter quod quatuor facit, ſecundum quod quatuor rationibus hoc declarat. Nam ſi Iudęi volebant propter aliquid ſe pręferre gẽtibus, oportebat quòd illud eſſet proficuũ: quia propter illud quod eſt inutile, nullus debet ſe pręferre. Secundo oportebat, quòd illud non eſſet gentilitati ęquatum: quia per id quod Iudęi equabantur gentibus, non poterant gentibus ſe pręferre. Tertio oportebat, quod illud eſſet gentilitati præpoſitum, non ſuppoſitum: nam per illud, quod nos gentilitati non prępponit ſed quodammodo ſuppoiiit, non poſſumus gentibus nos pręferre. Quarto opottebat, quòd illud per quod Iudęi ſe voluiſſent pręferre gentibus, eſſet à deo laudatum & acceptum: quia per id quod deus nec laudat nec acceptat, non debet aliquis ſe pręferre. Cum ergo lex non obſeruata primo ſit non proficua, ſecundo ſit quodammodo gentilitati ęquata, tertio ſit quodammodo gentilitati ſuppoſita, quarto non ſit à Deo laudata: propter has quatuor rationes, per legem nõ

A obſeruatam nõ debebant Iudęi gentibus ſe pręferre. Hę autem quatuor rationes ſecũdum hunc ordinem in littera denotantur. Secunda ratio incipit ibi. (Si autem prçuaricatio.) Tertia ibi. (Si igitur præputiũ) Quarta ibi. (Non enim quę in manifeſto.) Formetur autem prima rõ ſic, Propter illud quod non eſt proficuum, nullus debet gentibus ſe præferre, ſed Circuncisio & alia contenta in lege vobis Iudęis non obſeruantibus legem, non ſunt proficua: ergo propter talia non debetis gentibus vos præferre. De hac autem ratione non ponit niſi virtutem medii, videlicet, ꝙ circuncisio non prodeſt, niſi legem obſerues. Et quod dictum eſt de circuncisione, intelligendum eſt de quolibet alio in lege contento. Ideo ait Circuncisio quido prodeſt, ſi legem obſerues: ſed, ſupple, ſi talia non obſerues, ea tibi proficua eſſe non poſſunt. Deinde cum dicit.

B

Si autem præuaricator legis ſis, circuncisio tua præputium facta eſt.

Adducit ſecundam rationem, quia lex non obſeruata non ſolum non eſt proficua, vt tangebat ratio prima, ſed etiam eſt gentilitati ęquata, vt tangit hæc ratio ſecunda. Formetur ergo ſic ratio, Per illud qđ vos gentilitati adæquat, non debetis vos o Iudęi gentibus præferre: ſed lex non obſeruata gentilitati vos adęquat, ergo per eam non debetis gentibus vos præferre. De hac autem ratione non ponit niſi virtutem medii, videlicet, ꝙ lex prçuaricata ideſt non obſeruata facit vt circuncisio ſit facta prępurium ideſt ſit adęquata prępucio ideſt gentilitati. Ideo ait ſi autem tu Iudeus prçuaricator ſis legis, circuncisio tua ideſt circuncisio quam paſſus es in carne tua, eſt facta præputium ideſt non plus valet quàm præputium, hoc eſt non plus valet quàm gentilitas, ſi eſt gentilitati

C ęquata. Deinde cum dicit.

Si igitur præputium iuſtitias legis cuſtodiat, nonne præputium illius in circuncisionem reputabitur? et iudicabit id quód ex natura eſt præputium legem cõſumans te, qui per literam & circuncisionem præuaricator es legis.

Adducit ad hoc idem tertiam rationem, oſtẽdens, quód lex non obſeruata, non ſolum eſt gentilitati ęquata, ſed eſt quodammodo gentilitati ſuppoſita. Nam gentilis implendo legem ſibi naturaliter impreſſam dignè præponitur, dignè iudicat Iudęum nõ obſeruantem legem ſcriptam: propter quód lex non obſeruata præponebat iudeos gentibus, & ſi non omnibus ſaltem præponebat eos gentibus implentibus naturalem legem. Formetur ergo ſic ratio, Nullus de-

D bet ſe præferre gentibus propter id quod eſt quodammodo gentilitati ſuppoſitum: ſed, o Iudęi, lex, quam non obſeruatis, vos quodammodo gentilitati ſupponit: ergo per legem, quam non obſeruatis, non debetis gentibus vos preferre. De hac autem ratione non ponit niſi virtutem medii, ideo ait, (Si igitur præputium) ideſt gentilis (cuſtodiat iuſtitias legis) ideſt impleat legem (nonne præputium illius) ideſt gentilitas eius (reputabitur in circuncisionem? Et quod eſt præputium) ideſt ille qui eſt gentilis (ex natura) ideſt ex ſua naturali prole, vel ex ſuo naturali genere (conſumans legem) ideſt implendo legem, & faciendo mandata legis, (iudicabit te) o iudęe, ideſt præponetur tibi, qui per literã legis ſcriptę & circuncisionẽ, ſupple, es edoctus: et tamen præuaricator es legis. Notandũ autem quod cum dicimus gentilẽ poſſe conſumare & implere legem, non excludimus diuinam gratiam, ſed intelligimus quòd ille qui natura eſt gentilis, ideſt qui ſecundum naturalem originem proceſſit a gentilibus

parentibus, adiuuante diuina gratia, poteſt implere legem, quā implendo, iudicabit, ideſt, præponetur iudeo, qui præuaricator legis eſt, quantumcunqꝫ ille iudęus ſecundum naturalem originem proceſſerit ex parentibus circunciſis. Deinde cum dicit.

Non enim qui in manifeſto iudæus eſt neqꝫ quæ in manifeſto in carne eſt circuncisio: ſed qui in abſcondito iudæus eſt, & circuncisio cordis in ſpiritu non literai cuius laus nō ex hominibus, ſed ex Deo eſt.

Adducit ad hoc idem quartam & vltimam rationem, oſtēdens quòd iudei, propter legem quam non obſeruabant, non debebāt gentibus ſe pręferre eo ꝙ lex non obſeruata non ſit à Deo laudata, quia nō eſt ei placita nec accepta. Ad cuius euidentiam, ſciendū quòd ille qui eſt circunciſus in carne & eſt de genere iudæorum habendo legem, ſi legem non obſeruet quamuis ſit iudæus in manifeſto & apud homines, nō eſt tamē iudęus in occulto & in corde & apud deum: poterit ergo talis eſſe laus apud homines ſed non apud deum. Et quia nullus debet ſe pręferre gentibus propter id quòd poteſt eſſe laudatum apud homines ſi non ſit laudatum apud deum, ideo, vt dicebatur, propter legem non obſeruatam non debent iudæi gentibus ſe preferre. Formetur ergo ſic ratio, Nullus debet ſe præferre gentibus propter id quod non eſt à deo laudatum, nec eſt ei placitum, nec acceptum: ſed lex non obſeruata, non eſt à deo laudata, nec eſt placita nec accepta: ergo pp eā nō debetis gentibus vos præferre. De hac autem ratione, non ponit niſi virtutem medii, ideo ait, Non enim, ſupple, eſt à deo laudatus nec apud deum acceptus qui eſt iudęus in manifeſto, vt puta quia eſt iudęus nomine vel natione, nec eſt apud deum laudata circuncisio, quę eſt manifeſta in carne, ſed qui eſt iudeus in abſcondito & in corde eſt, ſupple, à Deo acceptus: & circuncisio cordis in ſpiritu, ideſt per ſpiritum ſanctum facta, nō litera, ideſt non tm̄ ſecundum legis literam adimpletam, ſupple, talis circuncisio eſt apud deum accepta, cuius circunciſionis laus eſt non ex hominibus, ſed ex Deo. Notandum autem quòd circuncidere idem eſt quòd vndiqꝫ reſecare. hæc autem circuncisio in carne fiebat cultro lapideo, per literam legis hoc mandantem & iubentem: ſed in corde fiebat: & ſit circuncisio mediante diuina gratia per ſpiritum ſanctum eam dantem & infundentem. Circuncisio ergo facta in carne per literam legis ſine circunciſione facta in corde per ſpiritum ſanctum, nō eſt deo placita nec accepta. Notandum etiam quòd homo intuetur faciem: Deus autem intuetur cor, quia circuncisio prout in corde conſiſtit, niſi per exteriora pateat, nō poteſt hominibus eſſe nota, & per conſequens per talem circunciſionem non eſt laus ex hominibus, ſed ex Deo, vt in litera dicitur.

Ad intelligentiam autem dictorum, primo dubitatur, vt magiſter dubitat in glo. ait enim apoſtolus, ꝙ circuncisio quidem prodeſt ſi legem obſerues: cuius contrarium ſcribitur ad Galatas. 5. vbi dicitur, ſi circuncidimini, Chriſtus vobis nihil prodeſt. Dicendum quòd circa circunciſionem & circa alia legalia conſueuerunt diſtingui tria tempora. vnum in quo fuerunt viua, aliud in quo mortua: & tertium in quo mortifera: viua fuerunt vſqꝫ ad paſſionem chriſti: ita quod circuncisio obſeruanti legem proderat, & erat remedium contra originale peccatum. Mortua autem fuerunt, ſecūdum quòd Aug. videtur velle, a paſſione chriſti vſqꝫ ad plenam diuulgationem euangelii: poſt plenā autem diuulgationem non ſolum fuerunt mortua, ſed etiam mortifera: eſt autem differentia inter mortuum & mortiferum, vt dicatur mortuū

A quod non prodeſt & quod non dat vitam: mortiferū vero quod non ſolum non prodeſt & non dat vitam, ſed etiam obeſt & confert mortem. Statim ergo poſt paſſionem legalia fuerunt mortua, quia non erant proficua: ſed poſt plenam euangelii diuulgationem, non ſolum, non fuerunt proficua, ſed etiam fuerunt mortifera & nociua. Secundum hoc itaqꝫ poſt diuulgationem euangelii dicit apoſtolus ad Galat. ſi circuncidimini, chriſtum vobis nihil prodeſt: quia ex tunc circuncisio non ſolum erat mortua, ſed mortifera, quia ponens ei fidem, peccabat mortaliter: poſſet aliquis circuncidi propter aliquam determinatā cauſam, vt propter morbum, vel propter aliquid aliud: ſic etiam poſſet quis abſtinere propter hmōi cauſas à carnibus porcinis, a quibus vetus lex prohibebat: ſed ſiquis hoc faceret volens obſeruare cęremonias legis, credens per talia ſaluari, eſſet ei mortiferum & grauiter peccaret. Aduertendum tamen ꝙ
B inter doctores videtur eſſe controuerſia: nam quidam volunt, quòd ſtatim poſt paſſionem legalia non ſolum fuerunt mortua & non fuerunt proficua, ſed ēt fuerunt mortifera & nociua. Alii vero tenent & communius dicitur, vt ſuperius dicebatur, quòd ſtatim poſt paſſionem fuerunt mortua & non fuerunt proficua: ſed poſt plenam euangelii diuulgationem inceperunt eſſe mortifera & nociua. Quod vero arguitur quòd apoſtolus ſibi contradicat, cum dicit, circunciſionem prodeſſe obſeruanti legem: ad galatas vero velit, Circuncidenti ſe, chriſtum non prodeſſe, vt patet per habita, & vt ait gloſa, intelligendum hoc eſt ſecundum ſtatum diuerſorum temporum: nam ſecundum ſtatum veteris legis olim profuit circuncisio: tempore autem, poſtquàm veritas eſt exhibita, ideſt poſtquàm veritas eſt diuulgata, non mō non prodeſt circuncisio, ſed obeſt.

Secundo dubitatur de eo quòd ait Apoſtolus, ſcili
C cet quòd ſi preuaricator legis ſis, circuncisio tua pręputium facta eſt: quod exponens gloſa ait, facta eſt circuncisio preputium, quia non plus prodeſt quàm preputium. Sed hoc videtur falſum, cum circuncisio fuerit remedium contra originale peccatum, & non præputium. Dicendum quòd originale peccatum nō inferebat pœnam ſenſus ſed pœnam damni: decedentes enim in originali peccato, tantūm habebunt pœnam damni, quia carebunt diuina viſione, ſed nō habebunt pœnam ſenſus, quia nō cruciabuntur igne: ſed decedentes in actuali, habebunt vtranqꝫ pœnam. Sed quia pœna originalis peccati tota clauditur in pœna peccati actualis, non obſeruans legem, & decedens in peccato actuali, quātumcunqꝫ per circunciſionem ſit mundatus ab originali, illa circuncisio non plus valet ad ſalutem quàm pręputium, quia ita carebit viſione diuina ſic circunciſus, ſicut ſi haberet præputium. Eſt ergo diligenter notandum quòd in priua
D tione non eſt dare magis & minus: vnde non dicitur vnus homo magis mortuus quàm alius: & in carentibus viſu non eſt vnus magis cęcus quàm alius: in inferno itaqꝫ erit differentia quantum ad pœnam ſenſus, quia vnus magis cruciabitur quàm alius, ſed non erit quantum ad pœnam damni, quia vnus non magis priuabitur viſione diuina quàm alius. Ergo circuncisio non obſeruanti legem non prodeſt, quia non minus priuabitur viſione diuina & non minus habebit pœnam damni circunciſus & mundatus à peccato originali ſi non obſeruet legem & decedet in peccato mortali, quàm ſi haberet præputium, & non eſſet à peccato originali mundatus.

Vlterius forte dubitaret aliquis, de eo quod in litera dicitur, quòd præputium eſt legem conſumans ex natura: quod exponens Magiſter ait, ꝙ præputium, ideſt gentilis eſt conſumans, ideſt perficiens legem, credendo in chriſtum in lege promiſſum: (ex natura),

quia)

quia hoc eſt ei ex natura. Sed contra: credere enim in chriſtum non eſt ex natura, ſed ex fide & gratia. Dicendum quòd dictum eſt ex natura pōt copulari cum hoc ꝙ dico pręputium, vt exponebatur in legendo literam; & tunc non erit dubium in litera apoſtoli: erit enim ſenſus quòd ille qui eſt pręputium ex natura, ideſt ille qui eſt gentilis ex naturali origine, conſumans legem, iudicabit iudęum. Sed ſi hoc quod dico (ex natura) componatur cum hac dictione conſumans, vt ſit ſenſus, ꝙ pręputium ideſt gentilis eſt conſumans, ideſt eſt perficiens legem ex natura, tunc dubium eſt quod dicitur, quia vt dicebatur credere in chriſtum & implere legem non eſt ex natura, ſed ex gratia. Sed ad hoc ſoluendum valet quod in lectione præhabita quęrebatur. Nam ſicut gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis ſunt faciunt: ſic credere in chriſtum & conſumare legem dicitur eſſe ex natura ſiue nāliter: in talibus enim vt ſupra dicebatur non excludimus gratiam. B Impletio itaq; legis tripliciter poteſt dici eſſe naturaliter & ex natura. Nam vel eſt hoc à natura, quia eſt hoc à Deo & à cauſa ſuperiori, cui naturaliter ſubiicimur: vel hoc eſt naturaliter & ſecundum naturam, quia in hoc noſtra natura perficitur: vel eſt naturaliter & ſecundum naturam, quia adiuuante gratia, in hoc natura cooperatur, vt ſuperius lucidius dicebamus.

LECTIO IX.

CAP. III.

Qvid ergo amplius eſt iudæo? aut quæ vtilitas circuncisionis? Multū per omnem modum. Primum quidem, quia credita ſunt illis eloquia Dei. Quid enī ſi quidam illorum non crediderunt? Nunquid incredulitas illorum fidem Dei euacuauit? Abſit. Eſt aūt Deus verax, oīs aūt homo mendax, ſicut ſcriptum eſt: Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis & vincas cum iudicaris.

Quia apoſtolus ſuperius dixerat, ꝙ iudęi propter legem, quam non obſeruabant, non debebant ſe præferre gentibus: & quia dixerat quòd non eſt perſonarum acceptio apud Deum: D & etiam ꝙ Iudęus carnalis ſit gentilis, & gentilis ſpiritualis ſit iudęus: ne aliquis ex hoc crederet ꝙ nulla eſſet vtilitas legis & circuncisionis: ex quo iudęus habens legem & circuncisionē ſi carnaliter viuat ſit gentilis, & gentilis ſit iudęus, oſtendit quanta ſit vtilitas legis & circuncisionis. circa qđ duo facit, primo facit quod dictum eſt: ſecundo remouet quendam alium errorem, qui videbatur habere originem ex prædictis. Secunda ibi, (ſi autem iniquitas noſtra.)

Circa primum tria facit, quia primo ponit quæſtionem & annectit ſolutionem: ſecundo dictæ ſolutioni ſubiungit manifeſtationem: tertio, ſolutioni manifeſtatæ infert roborationem & confirmationē. Secunda ibi (primum quidem:) Tertia ibi, (quid enim ſi quidā.) Cōtinuetur ergo ſic. Dictū eſt ꝙ iudęus carnaliter viuens ſit gētilis: & gētilis ſpiritualiter viuēs & legem conſumans, ſit iudęus. & quia ſic eſt, quid ergo A amplius eſt iudęo, ſuple quàm græco, ideſt quàm gentili? aut quæ vtilitas circuncisionis? & ſoluit ad hanc quæſtionem dicens, ꝙ multum quidem per omnem modum eſt vtilitas legis & circuncisionis, & multum quidem per omnem modum eſt amplius iudęo quàm græco. Poſſet autem ex his talis formari ratio, propter vtilia multum & per omnem modum, quæ tradita ſunt iudęo & non gręco, multum & per omnem modum eſt melius & amplius Iudęo quàm gręco: ſed lex circuncisionis, quæ ſunt vtilia multum & per omnem modum, tradidit iudęo & non græco: ergo propter legem & circuncisionem multum & per omnem modum eſt melius & amplius iudęo quàm gręco. De hac autem ratione non ponit niſi virtutem medii, videlicet, ꝙ propter legem & circuncisionem, quæ ſunt tradita iudæo & non græco, multum & per omnem modum eſt melius & amplius iudæo quàm græco.

Ad euidentiam autem huius partis ſi volumus pro B cedere ſecundum intentionem apoſtoli, eſt diligenter notandum, quod illud idem quod tenendum eſt de lege & circuncisione quodammodo tenendum eſt & circa alia bona, vt circa intellectum, circa ingeniū circa naturalem induſtriam, circa ſanitatem & circa fortitudinem naturalem corporalē. Nam ingenium intellectus, & naturalis induſtria in ſe bona ſunt, & habenti ea ſimpliciter vtilia ſunt: tamen male vtentibus eis non ſunt vtilia, ſed nociua. Simpliciter enim & abſolute loquendo, bonum eſt homini habere ſubtilem Intellectum, perſpicax ingenium, & naturalem induſtriam; tamen ſi habens iſta, vtitur eis in malam partem, cum plura mala fecere poſſit habendo iſta, quàm ſi eis careret, male vtenti bonum eſſet quod eis careret. ſicut aqua (vt ponit exemplum philoſofus in Ethi.) in ſe quidem bonum eſt, tamen quando C aqua ſuffocat, non eſt opus bibere; & ad opus ſuffocatorum expediret quod aqua non eſſet in vniuerſo. Sicut ergo aqua quid bonum eſt, & eſt vtilis ſimpliciter, ſuffocatis tamen non eſt vtilis: ita cum quis male vtitur induſtria naturali, & cum per eam ſuffocatur & inducitur ad male agendum, bonum eſſet ei, qui talis eſt, quòd talem induſtriam non haberet. habens ergo intellectum & induſtriam, ſi bene vtatur eis, eſt melior aliis; & ſi male, peior aliis. Nihilominus tamen intellectus & induſtria ſimpliciter bona ſunt & habenti ea ſimpliciter melius & amplius exiſtit, quàm ſi careret illis: & quod dictum eſt de intellectu & induſtria, aliquo modo adaptari poſſet ad robur & ſanitatem: nam ſi homo fortis & ſanus velit eſſe bonus poteſt facere plura bona quàm alius; & ſi velit eſſe malus, poteſt facere plura mala. Sic & in propoſito, lex ipſa, & circuncisio in ſe bona erant, & habenti ea ſimpliciter & per omnem modum vtilia erant: & male vtenti legem, vt ei qui legem preuaricabat & non obſerua D bat eam, lex & legalia non erant proficua, ſed nociua; nam preuaricator legis magis peccabat, legem habendo & eam legem preuaricando, quàm ſi legem non habuiſſet. Iudęus ergo ſi bonus erat, quia erat per legem inſtructus, rationabiliter debebat eſſe melior aliis: Sed ſi malus, debebat eſſe peior.

Errat itaq; dicens, legem non eſſe ſimpliciter bonam; & errat etiam dicens quod lex ſit adeo bona, ꝙ non obſeruanti proficiat: propter quod iudęi non poterant ſe iactare de legis dignitate, ſi eam non obſeruabant, vt in ſuperioribus probabatur: nec etiam dicendum eſt legem non eſſe bonam & vtilem vt in hac lectione probatur. Sed lex eſt ſancta, & mandatū ſanctum, & bonum: & iudęo habenti legem erat amplius & melius quàm græco, & multum quidem & per omnem modum.

Deinde cum dicit, (Primum quidem) Poſtquā propoſita eſt quęſtio & quęſtionis ſolutio: hic ſubiungi-

tur ſolutionis manifeſtatio. Continuetur ergo ſic, Quæſitum eſt quid ſit amplius iudęo quàm græco, & quę ſit vtilitas circũciſionis: & ſolutum eſt atq; reſponſum, quòd multum quidem & per omnem modum eſt amplius & melius iudæo quàm græco: nam (primum quidem) ideſt principaliter & per omnem modum eſt melius iudæo habenti legem, quàm græco, (quia eloquia Dei) ideſt lex & prophetæ, per quę intelligerent futuram redemptionem, ſunt tradita illis: nam vt dicitur in Pſal. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis. Notandum autem Magiſtrũ in gloſa ſic introducere iſtam partem quòd dicat poſſe eſſe aliquid vtile, vel quantum ad temporalia, vel quantum ad ſpiritualia. Iudæo ergo habenti legem, vtile fuit per omnem modum & quantum ad temporalia, quia dedit eis Dominus terram fluentem lacte & melle: & quantum ad ſpiritualia, quia (vt dicebatur) non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis: habere ergo legem & circunciſionem fuit iudæis vtile multum & per omnem modum. Notandum etiam ꝙ vt magiſter continuat, prætermittens apoſtolus de minoribus bonis, ideſt de temporalibus, exemplum dedit de bonis præcipuis, ideſt de ſpiritualibus, vt de eloquiis Dei, vt ſit ſenſus, Melius eſt iudęo quàm græco, multum & per omnem modũ, quia melius eſt ei quantum ad ſpiritualia & temporalia (& primum) ideſt pręcipue melius eſt eis quantum ad ſpiritualia, quia eloquia Dei credita ſunt illis. Notandum etiam quòd hæc pars poſſet aliter introduci, vt dicamus cum Auguſt. bona temporalia eſſe bona particulariter & quodammodo: bona vero ſpiritualia eſſe bona ſimpliciter & per omnem modum: nam bona corporalia non ſunt delectabilia ſimpliciter, ſed ſemper habent aliquam triſtitiam & aliquam anxietatem annexam: bona vero ſpiritualia ſunt quodammodo bona per omnem modum. Rurſus bona corporalia ſunt bona ſenſibilia & hæc ſunt bona particularia; ſed bona ſpiritualia ſunt bona intellectualia, & ex hoc ſunt bona ſimpliciter & vniuerſaliter; quia ſenſus eſt particularis, intellectus vniuerſalis, vt in alia ſcientia declaratur. Huic etiã veritati atteſtatur quod ait Dionyſius primo de diuinis nominibus, quòd intelligibilia ſunt incomprehenſibiliora ſenſibus. Nam ſicut totum non capitur à parte, & vniuerſale non capitur à particulari; ſic intelligibile non poteſt à ſenſibili comprehendi. Ex his igitur patet quomodo lex & circunciſio fuerunt vtiles ſimpliciter & per omnem modum, quia de ſe & directe ordinabant ad ſpirituale bonum, in quo ſaluatur vtilitas omnimoda & multa. Notandum etiam ſic formandã eſſe hanc rationem, Illud per quod perficitur aliquid ſpiritualiter eſt bonum primum, ideſt principaliter & per omnem modum: ſed per legem & circuncisionem perficiebantur iudæi ſpiritualiter, quia eloquia Dei credita erant illis, ergo lex & circunciſio erant bona ſimpliciter & per omnem modum. Quare manifeſtata eſt ſolutio per pręhabita, videlicet quòd multum & per omnem modum per legem & circunciſionem erat melius & amplius iudæo quàm græco, quia lex & circunciſio perficiebat eos ſpiritualiter, & faciebat eis credita eloquia dei. De hac autem ratione, non ponit niſi virtutem medii, videlicet, quòd propter legem & circunciſionem (primum) ideſt principaliter & per omnem modum, eſt amplius & melius iudæo quàm græco, quia ex hoc perficiuntur ſpiritualiter, quia ſunt eis credita eloquia Dei.

Pſal. 148.

lib. Aug. 1. Ret. c. 9.

Deinde cum dicit (Quid enim ſi quidam.) Poſtquam poſita eſt quæſtio quid eſt amplius iudæo quàm græco, & poſita eſt huius quæſtionis ſolutio,

A quòd eſt ei amplius & multum & per omnem modum: & poſita eſt huius ſolutionis manifeſtatio: quia eloquia Dei credita ſunt illis. In parte iſta ponitur manifeſtatæ ſolutionis confirmatio & roboratio. Ad cuius euidentiam ſciendum quòd ſecundum Auguſt. tria ſunt genera bonorum: quia quædam ſunt bona minima; quædam media: & quædam maxima. Diſtinguuntur etiam bona, quia quædam ſunt corporalia, quædam ſpiritualia: & ſpiritualia etiam diſtinguuntur, quia quædam ſunt naturaliter innata vt potentiæ animæ, & induſtria naturalis, & cætera talia; & quædam ſunt gratuita & diuinitus infuſa, vt virtutes, & dona, & alia ſpiritualia bona nobis à deo conceſſa. Bona ergo corporalia ſunt bona minima: bona aute ſpiritualia naturaliter innata ſunt bona media: ſed bona ſpiritualia gratuita diuinitus infuſa & à deo nobis conceſſa, ſunt bona maxima. Confirmare

2. lib. de libero arb. ca. 19.

B ergo ſolutionem ſuperius datam, & oſtendere quomodo iudæis erat amplius & melius multum & per omnem modum, eſt declarare & probare, quomodo habere fidem & eſſe credita eloquia dei, erat bonum maximum ſimpliciter & per omnem modum. Notandum etiam quod prætermiſſis mediis bonis, quia illa ſunt naturaliter innata, dicere poſſumus quod maxima bona, cuiuſmodi ſunt bona ſpiritualia gratuita, quæ ſunt quodammodo bona ſimpliciter & per omnem modum, differunt ab aliis bonis minimis, cuiuſmodi ſunt bona temporalia & exteriora dupliciter: primo quia bona hæc minima poſſunt accipi per aliorum malitiam: ſecundo, quia poſſunt tolli per tribuentis fallaciam: contingit enim pluries quòd bona corporalia quis perdit non propter peccatum proprium, ſed propter aliorum malitiam: ſed bona ſpiritualia & promiſſiones diuinas non poſſumus

C perdere per aliorum malitiam. Rurſus bona hæc corporalia poſſunt amitti per tribuentis fallaciam: nam quia homines poſſunt talia bona conferre, & omnis homo mendax, contingit proptee fallaciam hominum perdere talia bona, quantumcunq; ſint nobis ab hominibus promiſſa. Sed quia bona ſpiritualia tribuuntur ab ipſo Deo, qui eſt ipſa veritas, & falli non poteſt, ideo non poſſunt perdi per tribuentis fallaciam. Volendo ergo apoſtolus oſtendere bona, quæ ſequebantur Iudæi ex lege & circunciſione, eſſe bona ſpiritualia, & eſſe bona multum & per omnem modum, Tria facit: quia primò probat illa bona eſſe talia, quia non poterant perdi per aliorum malitiam: ſecundo, quia non poterant perdi per tribuentis fallaciam: tertio quod dixerat manifeſtat per ſcripturam ſacram. Secunda ibi: (Eſt autem Deus verax). Tertia ibi, (ſicut ſcriptum eſt). In prima parte inten-

C dit talem rationem, Illud, quod non poteſt perdi per aliorum malitiam, eſt bonum ſpirituale & eſt bonum multum & per omnem modum: ſed fidem Dei, quam ſequebantur iudæi habentes legem & circunciſionem, nõ poterant perdere per aliorum malitiam: huiuſmodi ergo bonum erat ſpirituale, & erat bonum multum & per omnem modum. De hac ratione non ponit niſi virtutem medii, videlicet, quod fides Dei, quam habebant iudæi per legem & circunciſionem, non euacuabatur nec tollebatur per aliorum incredulitatem, nec per aliorum malitiam. Ideo ait. Quid eſt ſi quidam eorum, ideſt iudæorum non crediderunt? nunquid eorum incredulitas & eorum malitia euacuauit fidem dei? Abſit. Notandum autem ꝙ per fidem dei poſſumus intelligere duo. vel dei fidelitatem, vel iudęorũ credulitatem: nã ipſa dei fidelitas ſecundũ quã fideliter adimplebat

quæ

quæ in lege promiſerat, poteſt dici fides Dei: incredu- A litas ergo aliorum non euacuabat hanc Dei fidem, ideſt hanc Dei fidelitatem: quia quantumcunq; aliqui iudæorum mali eſſent, bonis tamen & obſeruantibus legem Deus fideliter obſeruabat quæ in lege promiſerat. Alio modo per fidem Dei poſſumus intelligere non fidelitatem dei, ſed fidem quam habebant iudæi de Deo: hanc autem fidem, quam habebant boni de Deo, nõ poterant amittere per aliorum malitiam, ita ꝙ incredulitas aliorum hanc fidem euacuare non poterat. vtroque autem modo exponitur hic textus in glo.

Deinde cum dicit. (Eſt autem Deus verax.) Adducit ſecundam rationem: formatur autem ſic ratio. Illud, quod non poteſt amitti per tribuentis fallaciam, eſt bonum multum & per omnem modum: ſed fides Dei, ideſt dei fidelitas: vel fides Dei, ideſt fides, quam habuerunt iudæi de Deo, non poterat amitti per tribuentis fallaciam: ergo huiuſmodi fides erat bonum multum & per omnem modum. De hac autem ratione non ponit niſi virtutem medii. Ideo ait, Eſt autem Deus verax: omnis autem homo mendax. Tunc ergo ſupplendus eſt textus, quòd bonum illud diuinum, quod conſequebantur iudæi per legem & circunciſionem, erat bonum multum & per omnem modum: quia non poterat perdi per tribuentis fallaciam, cum Deus, tribuens huiuſmodi bonum, ſit verax & in eo nulla ſit fallacia. Notandum autem, quòd homo eſt mendax, quia fallit & fallitur: deus eſt verax, quia nec fallit nec fallitur. Homo vero, quia fallit & decipit, multa promittit quę non obſeruat: quia vero fallitur & decipitur, non ſolum non obſeruat & non dat quæ promiſit, ſed etiam multotiens iniuſte reaccipit quæ dedit: Deus autem, qui eſt verax & non fallit, fideliter obſeruat quæ promiſit: Ideo propter aliquorum malitiam non dimittet quin fideliter obſeruet quę in lege promiſit. Quia vero non fallitur, nunquam iniuſte retrahet ſua bona, quæ eſt ſuis fidelibus elargitus: nunquam ergo ſubtrahet fidem, & alia ſpiritualia bona a ſuis fidelibus. Homo vero, quia mendax eſt & quia in iudicando fallitur, perdit iuſtum cum impio: & propter malitiam aliquorum malorum infert damna multis bonis. Ad hoc autem corroborandum valet quod dixit Abraam Domino. Gen. 18. Abſit à te, vt rem hanc facias, et occidas iuſtum cum impio, fiatq; iuſtus, ſicut impius, non eſt hoc tuum, qui iudicas omnem terram. Notandum etiam quòd hoc dictum, quod Deus eſt verax, ſimul cum hoc quòd eſt noua ratio ad probandum propoſitum, eſt etiam confirmatio prædictorum: nam ideo non euacuabitur dei fides propter aliquorum incredulitatem & malitiam, quia Deus eſt verax, & nec fallit, nec fallitur.

Deinde cum dicit, Scut ſcriptum eſt) quod dixerat manifeſtat per ſcripturam ſacram. Continuetur ergo ſic, bene dictum eſt quod Deus eſt verax ſicut Pſal. 50. ſcriptum eſt per prophetam, vt iuſtificeris in ſermonibus tuis. quaſi dicat, Ita verax es tu deus, vt iuſtificeris, ideſt vt iuſtus appareas in omnibus ſermonibus tuis: & vincas dum iudicaris, ideſt cum de iuſtitia ad alios compararis. Ad euidentiam huius textus duo ſunt declaranda: nam primo videndum eſt quomodo hæc litera in ſe ſit expoſita: ſecundo quomodo ſit ad propoſitum adaptanda. Exponitur autem hęc litera quadrupliciter, ſecundum quam quadruplicem expoſitionem ſumuntur ex ea quatuor rationes, congruentes propoſito. Deus enim vincit, ideſt ſuperat & excellit, cum iudicatur, ideſt cum de iuſtitia ad alios comparatur quadrupliciter, ſecundum quadruplicem iuſtitiam, quam exercet: nam primò ſuperat & vincit in promiſſis implendis: ſecundo in miſericordiis faciendis: tertiò in rebus gubernandis: & quartò in iudiciis exequendis. Secundum ergo iuſtitiam, per quam promiſſa implet, exponatur ſic litera, Ego Dauid tibi ſoli peccaui, & malum coràm te feci in adulterio & homicidio, vt tu o Deus (intendo filium ex ſtirpe mea ſicut promiſiſti) in ſermonibus tuis iuſtificeris, ideſt iuſtus eſſe ſola iuſtitia non meis meritis comproberis: & vincas in implendo promiſſa, cum iudicaris, ideſt cum de hac iuſtitia ad alios compararis. Si enim Dauid nõ peccaſſet, & Deus ſuũ filiũ de ſtirpe iudaica miſiſſet, videretur forte hoc fuiſſe factum per merita Dauid: ſed illo peccante & Deo nihilo hoc faciente, apparet non ex meritis Dauid, ſed ex Dei iuſtitia hoc factum eſſe, ſecundum quam voluit implere promiſſa. Secundo modo exponitur quantum ad miſericordias, quas exercet; & tunc ſic continuetur hic textus ad pſalmum vnde ſumitur: Dauid enim prædixerat, A peccato meo munda me B domine. quaſi dicat, Ideo munda me, vt iuſtificeris, ideſt vt iuſtus & verax comproberis in ſermonibus tuis de venia, quam promiſiſti peccatori: dixiſti enim, quacunq; hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius non recordabor. Hoc ergo faciendo vincas, ideſt excelles & ſuperes cum iudicaris, ideſt cum de hac iuſtitia, videlicet de habenda venia quam promiſiſti peccatori, ad alios compararis, quia nullus eſt qui ſic exhibeat promiſſam veniam, ſicut tu. Tertio modo exponitur de rebus gubernandis: iudicatur enim deus ab hominibus dicentibus, Domine ſic debes facere, ſic debes gubernare mũdum, quia deberes exaltare bonos & deprimere malos: ipſe tamen quicquid facit, eſt optima ratione factum: nos ſumus ergo qui peccamus, qui non recte gubernanda gubernamus: ipſe enim omnia recte C facit. Dicit ergo Pſal. Ego tibi ſoli peccaui, & alii tibi ſoli peccant, non recte regendo, nec recte gubernando res ſibi commiſſas: tu adeò iuſtus es, vt dum ego & alii tibi peccamus, tu ſolus iuſtificeris, ideſt iuſtus appareas in omnibus ſermonibus tuis, ideſt in omnibus promiſſis tuis, in quibus promiſiſti perpetuum tuum regnum regere & gubernare: & vincas, ideſt ſuperes, cum iudicaris, ideſt cum de hac iuſtitia ad alios compararis. Quarto modo exponitur de iudiciis faciendis: nam illi ſoli peccatur, qui ſolus eſt iuſtus iudex: nam contra iniquum iudicem non peccatur proprie, cum ipſe ſit in eadem ſententia cum reo, ſed peccatur contra iuſtum iudicem. Ideo ait Dauid, Tibi ſoli peccaui. quaſi dicat, tu ſolus es iuſtus iudex, cui ſoli peccatur, immo adeò iuſtus es vt iuſtificeris, ideſt vt iuſtus & verax comproberis in omnibus ſermonibus tuis, ideſt in omnibus iudiciis tuis: & vincas, D ideſt ſuperes & excellas cum iudicaris, ideſt cum de faciendis iudiciis ad alios compararis. Deus ergo, quia promiſit filium ſuum mittere, promiſit peccatoribus veniam dare: ſuum eſt, nos regere & gubernare, ad ipſum ſpectat iudicia facere, quia in omnibus his iuſtus & verax comparatur: ideo ſecũdum hæc quatuor, Deus vincit cum iudicatur, ideſt cum de iuſtitia ad alios comparatur.

Hoc viſo, ſecundum has quatuor expoſitiones poſſunt ſumi quatuor rationes, videlicet quod deus adeò verax eſt quòd incredulitas aliquorum iudęorũ nõ euacuabit fidem Dei quantum ad alios. Prima ratio ſumitur quantum ad promiſſa implenda: nam ſi Deus adeò verax eſt ꝙ propter peccatum proprium Dauid, non euacuauit fidem ſuam & promiſſionem ſuam de filio mittendo: ergo multo minus propter malitiam aliorum malorum euacuabit promiſſionẽ ſuam circa bonos. Formetur autem ſic ratio: quicunq; adeò verax eſt ꝙ propter peccata propria alicuius non euacuat ſua promiſſa, non euacuabit ea propter

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

nequitiam aliorum, ſed Deus adeò verax eſt ꝙ propter peccata propria Dauid non euacuauit ſua promiſſa; ergo nõ euacuauit ea propter nequitiam aliorum: incredulitas ergo aliquorum iudęorum nõn euacuauit fidem Dei circa alios. Secunda ratio ſumitur quantum ad miſericordias faciendas: formatur autẽ ſic, Quicunq; ipſi peccatori vt promiſit paratus eſt veniam dare, nullo modo propter aliorum peccata nobis non peccantibus ſua bona retrahet; incredulitas ergo aliorum & nequitię ipſorum non euacuauit fidem Dei circa alios nõn peccantes. Tertia ratio ſumitur, quantum ad res gubernandas: formetur autem ſic, quicunq; omnia rectè gubernat, nõ perdit iuſtum cum impio, nec propter aliorum peccata ſubtrahit à non peccantibus ſua bona: ſed Deus adeò verax eſt & adeo iuſtificatur in ſermonibus ſuis vt omnia iuſte gubernet: ergo non perdet iuſtum cum impio, & propter aliorum peccata non ſubtrahet à non peccantibus ſua bona: incredulitas ergo aliquorum iudæorum non euacuauit fidem Dei, & promiſſionem Dei, & alia bona Dei circa alios non peccantes. Quarta ratio ſumitur quantum ad iudicia facienda: formetur ergo ſic, Quicunq; verè iudicat, non perdit iuſtum cum impio, & propter aliorum peccata non ſubtrahit à non peccantibus ſua bona: ſed deus adeò verax eſt vt iuſtificetur in omnibus ſuis ſermonibus, & in omnibus ſuis iudiciis: ergo non perdet iuſtum cum impio, & propter aliorum peccata non retrahet a non peccantibus ſua bona; incredulitas ergo aliquorum iudęorum non euacuauit fidem Dei circa alios non peccantes.

Summatim ergo intentio lectionis huius in hoc cõſiſtit, quòd propter legem & circuncifionem, multum quidem & per omnem modum erat amplius Iudæo quàm Græco: quia iudæi, habentes legem & circuncifionem, conſecuti fuerant hoc ſpirituale bonum, quod erat amplum et magnum per omnem modum, videlicet quod eloquia Dei credita erant illis, in quibus eloquiis reducebantur dei promiſſa & dei fides: quod ſpirituale bonum fuit adeò amplum & adeò multum per omnem modum, quòd non poterat tolli per aliorum nequitiam: quia incredulitas & nequitia aliquorum non euacuauit fidem Dei circa alios. Rurſus hoc bonum adeo tantum fuit quòd nõ poterat tolli per tribuentis fallaciam: nam cuius eſt huiuſmodi bona tribuere & huiuſmodi promiſſa implere adeò verax eſt, quòd ſicut ſcriptum eſt, Iuſtificatur in omnibus ſuis ſermonibus, & in omnibus ſuis promiſſis, & vincit, ideſt excellit & ſuperat, dum iudicatur, ideſt cum de iuſtitia ad alios comparatur.

LECTIO X.

SI autem iniquitas noſtra, iuſtitiam Dei commẽdat, quid dicemus? Nunquid iniquus eſt Deus, qui infert iram? ſecũdum hominem dicò. Abſit: alioquin quomodo iudicabit Deus hunc mundum? Si enim veritas Dei in meo mendacio abundauit in gloriam ipſius, quid adhuc & ego tanquam peccator iudicor, & non (ſicut blasfemamur, & ſicut aiunt quidam nos dicere) faciamus mala, vt veniant bona? D

A quorum damnatio iuſta eſt.

Hæc autem pars, vt patet ex habitis, poteſt habere ortum ex litera immediate præcedente: nam ſi ſoli deo peccamus, vt ipſe iuſtificetur in ſermonibus ſuis, videtur quod peccatum noſtrum & iniquitas noſtra faciat ad Dei iuſtificationem: quia ex peccato noſtro videtur dei iuſtitia cõmendari. Secũdo poteſt hęc pars referri ad ſtatum gentilium: vt ſicut ex ſtatu iudæorũ oriebatur hic error quòd non eſſet vtilis lex, & quòd nulla eſſet vtilitas circuncifionis; ſic ex ſtatu gentilium, in quibus ſuperabundauit iniquitas, oritur hic error quod iniquitas noſtra dei iuſtitiam commendet: nam ſi in gentilibus vbi ſuperabundauit iniquitas non ſuperabundat & gratia, videtur quòd facienda ſint mala vt veniant bona: & videtur quòd noſtra iniquitas commendet dei iuſtitiam, per quam iuſtitiã promiſit quòd quacunq; hora ingemuerit peccator, omniũ iniquitatum eius non recordabor. Aliter itaq;
B poteſt hæc pars continuari ad præcedentia: primo ſic, quia poſtquàm apoſtolus remouit errorem, qui oriebatur ex ſtatu iudęorum, ꝙ lex non eſſet vtilis, & nulla eſſet vtilitas circuncifionis: in parte iſta remouet errorem poſſibilem oriri ex ſtatu gentilium quòd iniquitas noſtra Dei iuſtitiam commendaret. Secundo poteſt continuari ſic, quòd cum prius habitum ſit, quòd cum ſoli Deo peccemus vt ipſe iuſtificetur, ideſt vt ipſe iuſtus appareat, videtur quòd noſtra iniquitas Dei iuſtitiam extollat, & Dei iuſtitiam commẽdabilem reddat: ergo duo facit apoſtolus, quia primo pręmittit hunc errorem: ſecundo ſubiungit huius erroris improbationem, ibi (quid dicemus). Dicit ergo, ſi autẽ (ſupple) ita eſt vt quidam dicunt quòd iniquitas noſtra dei iuſtitiam cõmendet, & dicit quòd non eſt ita.

Deinde cum dicit (quid dicemus?) Improbat hunc errorem, circa quod tria facit, ſecundum quòd tres
C rationes adducit ad propoſitum. Secunda ſibi, ſi eſt veritas Dei) Tertia ibi. Et non ſicut blasfemamur). In prima parte intendit talem rationem. Illud, quòd eſt puniendum, Dei iuſtitiam non cõmendat: ſed noſtra iniquitas eſt punienda: ergo dei iuſtitiam non commendat, impoſſibile enim eſſet quòd Deus nos puniret pro bono opere & pro eo quod ſuam iuſtitiam commendaret. De hac autem ratione non ponit niſi virtutem medii, videlicet ꝙ Deus non eſt iniquus, qui infert iram, ideſt qui punit iniquitates noſtras: quia ſi Deus eſſet iniquus, non poſſet hunc mundum iuſte iudicare: ſi ergo iuſte iudicat mundum & nõ eſt iniquus in inferendo iram, ideſt in puniendo iniquitatem noſtram: & quia ſic eſt, ſequitur quòd noſtra iniquitas Dei iuſtitiam non commendet. Ideo ait quid dicemus? nunquid iniquus eſt Deus, qui infert iram) ideſt qui infert pœnã, ideſt qui punit iniquitatem noſtram (Abſit, ſecundum hominem Dico) quaſi diceret quòd hæc quæſtio, vtrum Deus ſit iniquus, eſt ſecundum hominem, ideſt intelligentiam hominis carnalis. (alioquin) ideſt ſi Deus eſſet iniquus (quomodo iudicabit hunc mundum?) quaſi diceret quòd non poſſet hunc mundum iuſte iudicare, ſi iniquus eſſet: quia ęquitas eſt vna de principalibus conditionibus, quę requiruntur in iudice: tunc ergo ſupplenda eſt ratio, quòd ſi Deus iuſte iudicat mundum & non eſt iniquus, & iuſte punit iniquitatem noſtram, ſequitur quod iniquitas noſtra, Dei iuſtitiam non commendet.

Deinde cum dicit, (ſi enim veritas Dei.) Adducit ad hoc idem ſecundam rationem. Formetur autem ſic, Nullus debet iudicari peccator pro eo quod dei iuſtitiam commendet: ſed propter meum mendacium, et in mea iniquitate commẽdatur dei iuſtitia: ergo propter meum mendacium & iniquitatem non debeo iudicari tanquam peccator. De hac autem ratione non ponit niſi virtutem medii. Ideo ait, ſi veritas Dei) ideſt

ſi iuſtitia

ſi iuſtitia Dei(abundauit in gloriam ipſius)ideſt apparebit glorioſior (in meo mendacio) ideſt propter meum mendacium & propter meam iniquitatem, (quid adhuc & ego tanquam peccator iudicor(.q.d. quòd ſi iniquitas mea facit ad gloriam diuinæ veritatis & commendat Diuinam iuſtitiam, non deberem ego propter iniquitatem iudicari peccator: ſed hoc eſt falſum: ergo & primum: cum ergo ego iudicor peccator propter iniquitatem, ſequitur quod iniquitas non commendat diuinam iuſtitiam, nec faciat ad gloriam diuinæ veritatis.

Deinde cum dicit,(Et non ſicut blaſfemamur.) Adducit tertiam rationem. Formetur autem ſic, illud quod non eſt faciendum, Dei iuſtitiam non commendat: ſed iniquitas non eſt facienda, ſi & mala non ſunt facienda: ergo iniquitates noſtræ & mala noſtra Dei iuſtitiam non cõmendant. De hac autem ratione non ponit niſi virtutem medii: Ideo ait. Et non ſicut blaſfemamur) ideſt non eſt ita ſicut nobis per blaſfemiam imponitur,(& ſicut aiunt quidam nos dicere: faciamus mala vt veniant bona: quorum damnatio iuſta eſt) nam non ſunt facienda mala: & iuſte damnant qui dicunt mala facienda eſſe. Notandum autem ꝙ quia apoſtolus dixerat, Vbi abundauit delictum, ibi ſuperabundauit & gratia, vt habebitur infra cap. 5. Ex hoc ergo credebant aliqui apoſtolum dixiſſe mala eſſe facienda, vt venirent bona: & ſuperabundaret gratia. Dicebant enim ex hoc quòd quanto maiora mala faciemus, tanto ampliora bona à Deo recipiemus: quia hoc placet Deo, vt faciamus mala ad hoc, vt ipſe appareat iuſtus, & nos peccatores. Ex hoc ergo oriebatur error, vt dicebatur, ꝙ noſtra iniquitas, Dei iuſtitiam commendaret.

Dubitaret forte aliquis de lectione præcedenti, vbi dictum eſt ꝙ Deus eſt verax: quod exponens Magiſter ait, Deum eſſe veracem, implendo promiſſa. Quæritur ergo, Vtr ũ Deus impleat oïa promiſſa ſua? & videtur quod non: quia Leuit. 26. Dixit dominus filiis Iſrael egrediẽtibus de Ægipto, dabo pacem in finibus veſtris, dormietis & non erit qui excitet vos, auferam malas beſtias, & gladius non tranſibit terminos veſtros. Conſtat aũt hoc promiſſum, non fuiſſe eis obſeruatum: quia poſt illum egreſſum multa mala perpeſſi ſunt, & multas captiuitates ſuſtinuerũt. Rurſum non ſolum in bonis ſed etiam iu malis deus non ſeruat quicquit dicit. Nam vt habetur. 4. Regum. 20. cum ęgrotauit Ezechias, venit ad eum Iſaias filius Amos, dixitq́; ei, Hæc dicit dominus, diſpone domui tuę, quia morieris & non viues) & tamen non ita factum eſt & non fuit mortuus, ſed fuerũt ei additi quindecim anni, vt ibidem dicitur. Dicendum quòd, vt cõformemur nos dictis gloſæ, dicere poſſumus quòd dupplici de cauſa poteſt cõtingere, quòd aliquis non obſeruet promiſſa. primo ex defectu in ſapientia: nã quia alicui non ita notæ ſunt conditiones futuræ ſicut præſentes, ex hoc defectu, quem habet in ſcientia, contingit multotiens eum promittere aliqua in præſenti, quæ obſeruare renuit in futuro. Secundo poteſt hoc contingere ex defectu in natura: nam quia habemus naturam mutabilem, & habemus naturam pronam ad deceptiones & fallacias & ad alia mala, ideo multotiens promittimus quæ non obſeruamus, vel, quia mutamus propoſitum, vel quia hoc non promiſimus vt impleremus, ſed vt alium deciperemus. Sed ſi in nobis non eſſet aliquis defectus in ſapientia vt ꝙ nobis ita eſſent nota futura ſicut pſentia: & ſi nõ haberemus defectum in natura, vt ꝙ natura noſtra non eſſet prona ad malum & nõ eſſet mutabilis, quicquid promitteremus, impleremus. Has autem duas rationes tangit magiſter in glo. volens probare deum eſſe veracem: nam primo oſtendit quòd apud eum non eſt defectus in ſapientia: cum ait ꝙ apud ipſum nihil

A eſt futurum, ſed omnia ſunt ſibi præſentia. Secundo ait ꝙ non eſt defectus in eo in natura: & hoc cum ſubiungit quòd ipſe immutabilis perſeuerat. Propter argumenta tamen ſciendum quòd Deum promittere aliquid eſt dupliciter, vel ſimpliciter & abſolute; vel ſub conditione & comminatoriẽ. quod promittit ſimpliciter & abſolute, omnino adimplet. Sed quod promittit ſub conditione & comminatorie, nõ oportet ꝙ adimpleat. quod ergo dicebatur de autoritate Leuitici, dici debet illud promiſſum fuiſſe ſub conditione. Vnde ibi dicitur, ſi in præceptis meis ambulaueritis & mandata mea cuſtodieritis, dabo pacem in finibus veſtris. Quod verò arguebatur de Ezechia, dici debet, Illud dictum fuiſſe comminatorie. Et quia Ezechias fleuit fletu magno, exaudiuit deus orationẽ ſuam & pepercit ſibi. Fuit ergo de eo ſicut fuit de Niniue, vt habetur Ionę. 3. vbi dicitur, adhuc quadraginta dies & Ninine ſubuertetur: comminatorie enĩ B hoc dictum fuit, vt homines illi à ſuis prauis viis deſiſterent: ideo ibidem dicitur: vidit Deus opera eorum, quia cõuerſi ſunt de via ſua mala, & miſertus eſt ſuper malitiam, quam loquutus fuerat eis, & non fecit.

Vlterius forte dubitaret aliquis de eo quod nunc dictum eſt, & Magiſter tangit in glo. videlicet, quod apud deum nihil eſt futurum. Propter quod videtur velle Magiſter, Deo omnia eſſe pręſentia. Sed contra; ſi Deus futura reſpiceret vt præſentia, non aliter cognoſceret futura, quàm pręſentia: ergo non diſtingueret inter præſens & futurum: falleretur ergo in ſui cognitione: quod nefas eſt dicere. Dicendum quòd vt alibi diffuſius diximus, oportet ex natura rei conſiderare qualiter res illa cognoſcat: ex natura ergo diuina oportet nos ſcire qualiter deus intelligat, & qualiter ipſe cognoſcat. Videmus autem hanc differentiam C eſſe inter deum & creaturam: quia natura diuina non determinatur per eſſe, ſed ẽ ipſum eſſe: omnis autẽ alia natura determinatur per aliud eſſe, & non eſt ipſum eſſe. Sicut ergo natura diuina non indiget determinari per eſſe, ſic & res, quæ cognoſcuntur à deo, nõ oportet quòd determinentur per eſſe: omnis autem alia creatura ſicut habet naturam determinatam per eſſe, ſic nõ cognoſcit res niſi determinetur in eſſe, vel in ſe vt cum ſunt pręſentes, vel in ſuis cauſis vt cum ſunt neceſſarię: futura ergo contingentia, quia ex eo quòd ſunt futura, non ſunt futura in ſe, ex eo quod ſunt contingentia non ſunt determinata in ſuis cauſis, à creatura directe ſciri non poſſunt. Si ergo creatura quelibet cognoſcit entia ſecundum modum determinatum & vt determinatur ad eſſe, cum non ita ſunt determinata ad eſſe non entia, ſicut entia, nulla creatura ſecundum quòd huiuſmodi eſt, ſic cognoſcit nõ entia, ſicut entia: nec ſic cognoſcit ea quę non ſunt D ſicut ea quę ſunt. Solus autem Deus; qui non habet determinatum eſſe & non habet naturam determinatã ad eſſe, in illo ſuo eſſe tanquam in eſſe infinito omnia ſimul relucent, & nõ oportet res determinari per eſſe ad hoc ꝙ ſint à Deo cognitæ: hęc ipſe ſicut oia ſimul videt tam entia quàm non entia, ita cognoſcit non entia ſicut entia iuxta illud ad Rom. 4. qui vocat ea quę ſunt tanquam ea quæ non ſunt: non ergo aliter cognoſcit futura quę non ſunt quàm præſentia quę ſunt. hoc ẽt ait Augu. tertio de trinitate cap. 3. Quia ergo deus ſciuit, res creauit: non quia creauit ſciuit, nec aliter ſciuit creata quàm creanda. Deus ergo ſcit futurum eſſe futurum, & præſens eſſe preſena & omnia diſtincte cognoſcit, ſed dicuntur ei omnia eſſe preſentia quia omnia ſimul vno intuitu videt & quia non minus cognoſcit res cum ſunt futurę quàm cum preſentialiter eueniunt: nam nihil ex aduentu rerum diuinę ſapientię accreſcit, vt innuit Auguſt. tertio de trinitate cap. 13.

1. Sent. d. a 3. princ. 1. q. 1. & alibi.

Vlterius forte dubitaret aliquis, quomodo verum

ſit quòd Omnis homo ſit mendax. Dicendum ꝙ ad hoc Magiſter reſpondet in glo. ꝙ omnis homo eſt mēdax, quia non habet verè eſſe naturæ, in qua eſt conditus. Hæc autem ſolutio vt intelligatur, ſciendum ꝙ Deus fecit hominem rectum, vt dicitur eccleſiaſtes. 4. fuit enim creatus homo in quadam rectitudine: primordio enim creationis ſuę accepit rectitudinem quādam, quæ vocabatur originalis iuſtitia, per quam originalem iuſtitiam omnes vires inferiores erant ſubditæ rationi, vt nihil in eis inſurgeret niſi vt ratio dictaret. Homine aūt peccante & ab hac rectitudine obliquato, ex hac obliquatione de facili mentitur, vel eſt ad mēdaciū pronus. Ex hac obliquatione ergo, omnis homo eſt mēdax: quia obliquatus eſt ab illo vero eſſe naturæ, in quo accepit originalem iuſtitiam. Cum enim obliquatio à vero eſſe & à recto eſſe ſit quoddā mendacium, omnis homo dicitur eſſe mendax: vt dicitur omnis homo mendax, quia ex illa obliquatione & ex originalis iuſtitię amiſſione, proni ſunt ſenſus hominis ad malum, iuxta illud gen. 8. ſenſus enim & cogitatio humani cordis in malum proni ſunt ab adoleſcentia ſua. Et quia ſic ſunt proni ſenſus hominū ad malum, omnis homo (niſi ſit per gratiam confirmatus) eſt mendax, vel quia actualiter mentitur, vel quia ex ſuis ſenſibus, vel ex ſua ſenſualitate, naſcitur pronus ad mentiendum. Ex hoc ergo apparet, chriſtum non eſſe in hanc ſententiam, cum dicitur omnis homo mendax: tum quia ipſe non fuit purus homo, tum quia ipſe non fuit obliquatus à rectitudine: ſed habuit originalem iuſtitiam, per quam inferiores vires erant ſubditæ rationi.

Vlterius autem forte dubitaret aliquis circa lectionem præſentem, vtrum iniquitas noſtra commendet Diuinam iuſtitiam: & videtur quòd ſic, quia ſecundum

Cap.96. Augu. in Enchi. Malum bene ordinatum & ſuo loco poſitum, eminentius cōmendat bona, vt magis placeant & laudabiliora ſint. Dicendum ꝙ, per ſe loquendo, ſicut virtutes faciunt ad decorem & ornatum, ſic per ſe loquendo vitia faciunt ad quendam indecorē & quendam inornatum: & ſicut virtutibus formaliter non poſſumus male vti, ſic nec vitiis formaliter poſſumus bene vti: quia virtutes exiſtentes in nobis, per ſe ſemper impellūt nos ad bona: ita vitia, ſi in nobis exiſtant, ſemper impellunt nos ad malum: materialiter tamen & per accidens poſſumus virtutibus male vti, cum de virtutibus ſuperbimus: ſic materialiter & per accidens poſſumus vitiis bene vti, cum vitia deteſtamur. Cum ergo virtutibus male vtimur, de bono elicimus malum: & e contrario cum malis bene vtimur, ex malis elicimus bonum. Hoc ergo modo Deus bene vtitur malis noſtris puniendo ea, & eliciendo ex eis hoc bonum quod eſt ordo iuſtitiæ: ſicut ergo ſi quis quæreret, vtrum virtutes facerent ad indecorem & inornatum: ſtatim reſponderetur quòd per ſe non, ſed per accidens: & ſtatim diceretur ꝙ ipſæ virtute de ſe ſemper faciunt ad decorem & ornatum, abuſus tamen virtutum faciunt ad indecorem & inornatum. Sic & in propoſito, dicemus ꝙ vitia non faciunt ad decorem vniuerſi, nec commendant bona, nec comēdant Diuinam iuſtitiam per ſe, ſed per accidens: ipſa enim vitia de ſe ſemper faciunt ad indecorem & inornatum: ordo tamen iuſtitiæ, & bonum ꝙ Deus elicit ex noſtris malis, facit ad decorem Vniuerſi, & commendat diuinam iuſtitiam. Ideo Aug. ait ꝙ malum bene ordinatum cōmendat bona, ac ſi diceret, non ipſum malum ſecundum ſe, ſed ipſum bene ordinatum, id eſt bonum quod eſt ordo iuſtitiæ, qui ex malis elicitur facit ad commendationem boni per ſe. Ergo mala ſunt fugienda & non ſunt facienda, quia per ſe non faciunt ad decorem, ſed ad indecorem.

Vlterius forte Dubitaret aliquis, de eo ꝙ in litera dicitur, Nunquid iniquus eſt Deus, qui infert iram?

quòd exponens Magiſter ait, Deum non eſſe iniquum quia non decet eum eſſe propitium iniuſtitiæ & iniquitati. Sed cōtra eſt quod dicitur Ioelis. 2. Benignus, & miſericors eſt, & pręſtabilis eſt ſuper malitiam. Dicendum ꝙ Deum eſſe propitium iniquitati & præſtabilem ſuper malitiam poteſt intelligi dupliciter: vel quia ipſe ſit iniquitati fautor, & ſic negatur à Magiſtro in gloſa: vel ꝙ ſit pronus ad miſerēdum iniquis, & ſic conceditur in Ioele.

LECTIO XI.

QVid ergo? Præcellimus eos? Nequaquàm. Cauſati enim ſumus Iudæos & Græcos omnes ſub peccato eſſe, ſicut ſcriptū eſt: quia Pſal. 13. non eſt iuſtus quiſquam, non eſt intelligens, non eſt requirens Deum. Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt: non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum. Sepulchrum patens eſt guttur eorum, linguis ſuis doloſe agebant, venenum aſpidum ſub labiis eorum. Quorum os maledictione & amaritudine plenum eſt: Veloces pedes eorum ad effundēdum ſanguinem. Cōtritio & infelicitas in viis eorum, & viam pacis non cognouerunt: non eſt timor Dei ante oculos eorum. Scimus autem, quoniam quæcunque lex loquitur, iis qui in lege ſunt, loquitur: vt omne os obſtruatur, et ſubditus fiat omnis mundus Deo.

Poſtquàm apoſtolus reprehenſit iudæorum iactantias quòd non deberent ſe pręferre gentibus propter generis prærogatiuam, quia Deus perſonam hominis non accipiebat: & ꝙ non deberent ſe præferre eis propter dignitatem legis, quia legem ipſi non obſeruabant. In parte iſta, vt dicebatur, reprimit iudæorum iactantias ꝙ non debeant ſe iactare de meritis, & non debeant ſe ex hoc præferre gentibus: tum quia ſub peccatis exiſtebant: tum etiam quia lex eos non iuſtificabat: ſic enim Auguſtinus, vt habetur in gloſa, hanc partem introducit, dicens, Apoſtolum in his verbis contentionem & litem dirimere ortam inter iudęos & Gentiles: quia illi, id eſt iudęi, tanquam ex meritis operum legis, ſibi eſſe redditum euangelii præmium arbitrabantur: ideo ne per huiuſmodi merita credant iudęi ſe gentiles præcellere, oſtendit ꝙ ex huiuſmodi meritis gloriari non debent: tum quia vt dicebat, vtrique in peccatis exiſtebāt: tum etiam quia lex eos non iuſtificabat. Duo ergo facit, quia primo præmittitur probanda concluſio. Secundo ad eam oſtendendam ſubiungitur multiplex ratio, ibi (cauſati enī ſumus.) Continuetur ergo ſic. Dictum eſt ꝙ multum quidem & per omnem modū propter legem & circumciſionem eſt amplius iudęo quàm græco: ſed quid igitur? nunquid propter merita operum legis nos iudæi in ſtatu euangelii & in ſtatu gratiæ præcellimus eos, id eſt gentiles? nequaquam.

Deinde cum dicit, (cauſati enim ſumus) Ad hanc cōcluſionem

cluſionem probandam adducit apoſtolus multiplicem rationem: circa quod duo facit, ſecundum ꝙ dupliciter oſtendit ꝙ iudæi propter merita operum legis, in ſtatu gratiæ non præcellunt gentes, & non debent ex hoc gentibus ſe præferre; nam primo oſtendit hoc ex eo ꝙ ſub peccatis varijs exiſtebant. Secundò, ex hoc quod eos lex non iuſtificabat, ibi, (quoniã ex operibus legis non iuſtificabitur.) Circa primum duo facit, quia primò probat concluſionem propoſitam per rationem. Secundo per ſcripturæ ſacræ atteſtationem & confirmationem, ibi (ſicut ſcriptum eſt.) In prima parte intendit talem rationem: quicunq; ſunt ſimiles gentibus in peccatis, propter merita non præcellunt gentes, & propter merita non debent gentibus ſe præferre: ſed vos iudæi eſtis ſimiles gentibus in peccatis: ergo propter merita non præcellitis gentes, & propter merita non debetis gentibus vos præferre. De hac autem ratione non ponit niſi virtutem medij: ideo ait, cauſati enim ſumus, ideſt argumentati ſumus & pluribus rationibus oſtendimus, iudæos atq; græcos omnes ſub peccato eſſe: quare ſi iudæi erant ſub peccato ſicut & græci, ideſt ſicut gentiles, nõ habebant vnde gloriarentur de meritis, nec propter merita operum legis poterant gentibus ſe præferre. Notandum autem, apoſtolum ſupra fuiſſe cauſatum, ideſt fuiſſe argumentatum, ideſt arguiſſe & oſtendiſſe tam iudæos quàm gentiles fuiſſe ſub peccato: oſtenderat iudæos fuiſſe ſub peccato propter præuaricationem legis ſcriptæ: oſtenderat etiam gentiles ſub peccato extitiſſe proptee præuaricationem legis naturalitee impreſſæ.

Deinde cũ dicit. (Sicut ſcriptum eſt). Adducit ſcripturæ ſacræ atteſtationem & confirmationem, oſtendens ꝙ ſcriptura ſacra teſtatur & confirmat. Ad cuius euidentiam ſciendum, ꝙ ſicut ſupra reprehenderat gẽtiles, dicẽs eos fuiſſe repletos omni iniquitate, malitia fornicatione, auaritia, nequitia, & cæteris talibus vitijs: ita nunc tanquam bonus arbiter medius reprehẽdit iudæos, dicens eos non eſſe intelligentes, non requirere Deum, omnes declinare ſimul, eſſe inutiles, non facere bonum, habere os tanquam ſepulchrum patens, habere linguas doloſas, & habere cæteras huiuſmodi malitias & iniquitates. In tota iſta parte intẽdit talem rationem, Quæcunq; lex loquitur, de iudæis qui in lege ſunt loquitur: ſed lex omnia iſta peccata loquitur: ergo de iudæis omnia huiuſmodi peccata loquitur: ergo vos iudæi eratis ſub omnibus iſtis peccatis: ergo debet os veſtrum obſtrui & obmuteſcere, & non debetis gentibus vos præferre. In hac autem ratione ſic procedit: quia primo ponit minoeem, oſtendens ꝙ lex omnia iſta peccata loquitur: ſecundo ponit maiorem, videlicet ꝙ quæcunq; lex loquitur iis, ideſt, Iudæis qui in lege ſunt, loquitur: tertio infert intentam concluſionem, videlicet ꝙ cum iudæi in tot peccatis exiſterent, debet eorum os obſtrui & obmuteſcere, debent eſſe Deo ſubditi, & non debent gentibus ſe præferre. Secunda ibi, (ſcimus autem quecunq; lex loquitur.) Tertia ibi, (vt omne os obſtruatur.) In ponendo autem minorem, & in narrando peccata quæ narrantur in lege, tria facit, ſecundum ꝙ tria eſt conſiderare in peccatis, videlicet, omiſſionem, cõmiſſionem, & pœnæ debitæ obligationem. Homo enim primò poteſt peccare per omiſſionem: ſecundo pee commiſſionem: tertio peccando incurrit pœnæ debitæ obligationem. Quare primo naerat apoſtolus, quomodo peccabant iudæi per omiſſionem, ſecundo quomodo peccabãt per commiſſionem, tertio quomodo incurrebant pœnæ debitæ obligationem. Secũda ibi, (ſepulchrum patens eſt guttur eorum.) (Tertia ibi, (contritio & infelicitas in viis eorum;) Circa primum duo facit ſecundum quòd omittendo & per obmiſſionem quis dupliciter poteſt peccare, videlicet, **A** circa fidem, & circa mores. Primo ergo oſtendit, quomodo iudæi peccabant omittendo circa fidem & circa credenda: ſecundo quomodo peccabant circa mores & circa agenda, ibi, (Omnes declinauerunt.) Ad euidentiam autem primæ partis ſciendum, quòd circa credenda poteſt quis peccare omittendo tripliciter: primò ſi non ſit iuſtificatus per fidem & omittat in Deum credere: ſecundo ſi non ſit illuminatus pee ſcripturam & omittat deum intelligere: tertiò ſi non inueſtiget deum per creaturam & omittat deum requirere. Continuetur ergo ſic, bene dico quòd iudæi erant ſub peccatis, ſicut ſcriptum eſt, quia non eſt ex iudæis quiſquam iuſtus, ideſt, per fidem iuſtificatus, vt velit in Deum credere. Non eſt intelligens Deum per ſcripturas, vt velit ipſum cognoſcere. Non eſt requirens Deum per creaturas, vt velit in ipſum tendere, & ei ſeruire.

Deinde cum dicit (omnes declinauerunt.) Oſtendit **B** quomodo iudæi peccabant circa moees & circa agenda: circa quæ omittebant tripliciter: primò quia declinabant a deo & auertebant ſe ab ipſo; ſecũdo quia erant inutiles proximo: tertiò quia non erant boni ſibi ipſis. Continuetur ergo ſic, Ipſi iudæi non ſolum peccabant omittendo circa ea quę ſunt fidei & circa credenda: ſed etiam omittendo circa moees & circa agenda: nam omnes ſimul declinauerunt à deo, inutiles facti ſunt proximo, non eſt qui faciat bonum ſibi ipſi vel in ſe ipſo, non eſt vſq; ad vnum, ideſt, non eſt etiam vnus, vt exponit gloſa: vel non eſt vſq; ad vnũ excluſiue, ideſt vſq; ad chriſtum, qui excludendus eſt ab hac ſententia: nam chriſtus, vt dicit gloſa, tantùm bonum facit in ſe, & in ſuis.

Deinde cum dicit. (ſepulchrum patens.) oſtendit quomodo iudæi peccabant committendo. Proptee **C** quod ſciendum quòd ſicut omittendo contingit peccare dupliciter, videlicet contra fidem & contra credenda, & contra mores & contra agenda: ſic & cõmittendo his duobus modis peccare contingit. Ideo duo facit: nam primò oſtendit, quomodo iudæi peccabãt cõmittendo contra fidem & contra credenda: ſecundo quomodo peccabant contra mores & contra agenda, ibi (quorum os maledictione.) Ad euidentiam primæ partis ſciendum ꝙ ſiquis vellet aliquem a fide auertere, ſi ſtatim aperto ore diceret ſibi mala, ille nõ crederet: Ideo tales ſic peruerſi primò ſuam malitiam palliant in veſtimentis ouium ſe ſanctos oſtendendo. Secundo doloſa loquuntur, alios decipiendo. Tertio poſtquàm decepti ſunt, tunc eos ſubtrahunt & peruertunt, aperte mala loquendo. Omnibus autem his modis peccabant iudæi: nam de chriſto & de fide aperte mala dicebant: & credentes, doloſe decipere volebãt: tertio pee quandam ſimulationem ſuam malitiam palliabant. Ideo ait, ſepulchrum patens eſt guttur eo**D** rum, aperte mala dicendo: linguis ſuis doloſe agebãt, alios doloſe & fraudulenter decipere volendo: venenum aſpidum ſub labiis eorum, per quandam ſimulationem ſuam malitiam palliando. Notandum autem quòd ſicut Dauid ante per longa tempora prophetauit quod fuit tempore paſſionis de chriſto adimpletum cum dixit, Diuiſeeunt ſibi veſtimẽta mea & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem: ſic per longa tempora ante pronunciauit quod fuit tempore chriſti & tẽpore euangelicæ doctrinæ adimpletum: tunc enim ſepulchrũ iudæorum de chriſto & de fide chriſtiana fuit patẽs, aperte mala dicendo: tunc linguis ſuis doloſe agebant, à fide chriſti fraudulenter auertere volẽdo: tunc fuit venenum aſpidum ſub labiis eorum, & hoc peruerſo opere per quandam ſimulationem ſuam malitiam palliãdo. Notandum etiam ꝙ qui ſanctitatem ſimulando alios a fide peruertunt, nequitia eorum eſt quaſi venenum aſpidum, quia eſt venenum inſanabile: quia vt plurimum contingit ꝙ qui ſunt peruerſi

Peruerſorum fraus.

ſub ſpecie ſanctitatis, firmius adhęrent illi peruerſioni, & raro eos ſanari contingit.

Deinde cum dicit, (Quorum os maledictione) oſtēdit quomodo iudæi peccabant committendo cōtra mores & contra agenda: circa quod quantum ad preſens ſpectat tripliciter peccatur: primo aliis contumelias dicendo: ſecundo eis pœnas comminando: tertio ipſi corporalem lęſionem procurando & facere volendo: nam multi aliis contumelias dicunt, qui eis pœnas non comminantur: multi aliis pœnas comminantur, qui eis corporales lęſiones non procurant facere: ſed tunc videtur eſſe completa malitia, quando poſtquam contumelias dixerunt & in minas proruperunt, ꝙ eis corporalem lęſionem facere procurant & facere volunt. Continuetur ergo ſic, Iudęi non ſolum peccabant committendo contra fidem & contra credenda, ſed etiam peccabant contra mores & contra agenda. Nam ipſi iudæi erant illi quorum os erat plenum maledictione, aliis contumelias dicendo: & erat plenum amaritudine, aliis minas inferendo: & erant veloces pedes eorum ad effundēdum ſanguinem, corporalem lęſionem aliis facere procurando & facere volendo. Notandum autem ꝙ, vt in gloſa tangitur, omnia hęc poſſunt referri ad chriſtum, in quo maxime reprimitur iudæorum iactantia, cum ipſi contra ſanctum ſanctorum, contra chriſtum caput noſtrum, contra illum innocentem habuerunt os plenum maledictione, ei cōtumelias dicendo: & plenum amaritudine, ei amaras minas inferendo: fuerunt eius pedes veloces ad effundēdum ſanguinem, eius mortem volendo & procurando. Notandum autem ꝙ pedes noſtri interiores & pedes animæ ſunt affectiones eius & deſideria ipſius: nam ſicut corpus per ſuos pedes pergit ad determinatum ſitum, ſic anima per ſuas affectiones & deſideria vadit ad determinatum finē. Illi ergo dicuntur habere pedes veloces, ideſt, affectiones veloces ad effundendum ſanguinem, qui velociter affectāt, deſiderant, & procurant ſanguinis effuſionem.

Deinde cū dicit. (Contritio & infelicitas.) Poſtquā oſtendit quomodo iudæi peccabant per omiſſionem & commiſſionem: in parte iſta oſtēdit, quomodo propter eorum peccata incurrebant debitę pœnę obligationem: circa quod duo facit: quia primo narrat eorum debitam pœnam: ſecundo ſubiungit illius debitæ pœnę cauſam, ibi (& viam pacis). Continuetur ergo ſic, Ipſi iudęi ſic peccabant & omittendo & committendo, & contra fidem & contra mores: & quia ſic eſt, contritio, ideſt temporalis pœna: & infelicitas, ideſt ęterna damnatio erit i eorum viis, ideſt in eorū operibus. q.d. ꝙ pro eorum viis & pro eorum malis actibus debetur eis duplex pœna, tēporalis & ęterna. Notandum autem quod quia iudæi ſic peccauerunt in chriſtum, & effuderunt ſanguinem innocentem, primò ex hoc fuerunt puniti temporaliter, quia fuerunt contriti, & attriti, & afflicti per Titum & Veſpaſianum. Secundo fuerunt facti infelices eternaliter, quia qui noluerunt ab illa cordis nequitia deſiſtere, ad inferni ſupplicia deſcenderunt.

Ioſephus li. 7. de bello iud.

Deinde cum dicit. (Et viam pacis.) Declarat huius pœnæ cauſam. Ad cuius euidentiam ſciendum, quòd aliud eſt peccare, & viam pacis non cognoſcere: & aliud eſt per dei timorem nolle ſe à tali via auertere. Nam cum homines peccant, deus aliquando eos conterit temporaliter, vt ſe corrigant: ſed ſi obſtinati perſiſtant, tunc iuſto Dei iudicio fiunt ęternaliter infelices. Legatur enim ſic litera: & ſupple, quia iudæi viam pacis, ideſt chriſtum: vel viam pacis, ideſt viam rectam non cognouerunt, ſed peccauerunt: ideo, ſupple, ſunt contriti temporaliter: & quia nō eſt timor dei ante oculos eorū, vt per timorem illum ſe à ſua via retraherent ſed in ſua nequitia obſtinati permanſerunt, ideo facti ſunt

A ſupple æternaliter infelices. Referantur hæc duo ad alia duo ſuperius tacta, et dicatur quòd contritio, ideſt temporalis pœna fuit in iudęis, quia viam pacis non cognouerunt, ideſt cognoſcere noluerunt: & infelicitas, ideſt damnatio ęterna fuit in viis eorū, quia non habebant timorem Dei ante oculos, vt per huiuſmodi timorem retraherentur, ſed obſtinati in ſuis nequitiis permanſerunt.

Deinde cum dicit. (Scimus autem) Poſita minori, & narratis peccatis, quæ continentur in lege: in parte iſta, vt dicebatur, apoſtolus ponit maiorem ſuę rationis, dicens, ſcimus autem, qm̄ quæcunq; lex loquitur: his, ideſt iudęis, & de iudæis qui in lege ſunt, loquitur, tunc ergo formetur ratio vt ante formabatur, videlicet quòd quicunq; lex loquitur, de iudeis, qui in lege ſunt, loquitur: ſed lex omnia præfata peccata loquitur: ergo omnia illa peccata lex loquitur de iudæis: non ergo iudæi, cum fuerint tot peccatis ſubiecti, debent ſe iactare, ſed eorum os obſtrui & obmuteſcere, & debent eſſe deo ſubditi. Notandum autem quòd
B vt magiſter ait in gloſa, aliquando lex accipitur large pro toto veteri teſtamento: & ſic quæ ſcripta ſunt in Pſalmis ſcripta ſunt in lege: & hoc modo accipitur hic lex: nam peccata enumerata hoc modo ſcripta ſunt in lege, quia ſcripta ſunt in pſalmis. Aliquando accipitur pro quinq; libris Moiſi: & ſic lex diuiditur contra Pſalmos et contra prophetas, ſecundum quē modum loquitur Dominus lucæ vltimo. Neceſſe eſt impleri omnia, que ſcripta ſunt in lege Moyſi & prophetis & pſalmis de me. Poſſumus autem & tertium modum addere, et dicere quòd adhuc accipitur lex magis ſtrictè pro cęremoniis, & legalibus obſeruātiis, ſecundum quem modum loquetur Apoſtolus in lectione ſequenti, dicens ꝙ ex operibus legis, ideſt ex cęrimonialibus obſeruantiis in lege contenti, non iuſtificabitur omnis caro.

C Deinde cum dicit (vt omne os obſtruatur.) Poſtquā præmiſſit minorem, quia narrauit peccata in lege contenta: et addidit maiorem, quia oportet illa peccata eſſe intelligenda de iudæis, qui ſub lege viuebant: in parte iſta infert intentam concluſionem, vt iudæi ſub tot peccatis exiſtentes obmuteſcant, & non ſe iactent. Continuetur ergo ſic, tot peccata ſunt narrata, & oſtenſum eſt illa peccata eſſe intelligenda de iudęis: et quia ſic eſt, ſupple, poſſumus hanc concluſionem inferre, vt omne os obſtruatur, ideſt vt nullus ſe iactet: ſed omne os obmuteſcat non ſolum gentilium, ſed etiam iudæorum: et omnis mundus, ideſt omnis homo non tantum gentilis reus de impietate legis naturalis, ſed etiam iudęus reus de impietate et tranſgreſſione legis ſcriptæ, fiat ſubditus Deo, & non iactet ſe aliis præferendo.

Dubitaret forte aliquis de eo quod apoſtolus ait in principio lectionis, dicens, Quid igitur præcellimus eos? nequaquam, q.d. quòd iudæi, gentiles non
C præcellunt, cuius contrarium habitum fuit ſupra: dicebatur enim ꝙ amplius eſt iudęo quàm græco. Quæritur ergo. Vtrum in ſtatu priori plus fecerit deus iudæo quàm gręco: Et videtur quòd non: quia ſupra dictum eſt quod non eſt perſonarū acceptio apud deū: et ibidem dicitur quòd iudæus poteſt fieri gentilis, ſi legem non obſeruet: et gentilis fit iudęus, ſi legem impleat. Ergo ſecundum ſtatum priorem iudæus poterat eſſe perfectior gentili: & e contra. In contrarium eſt Magiſter in gloſa, qui vult ſecundum ſtatum priorem, amplius eſſe factum iudæo quàm gręco. Dicendum, diſtingendum eſſe de perfectione: quia eſt quædā perfectio ſtatus, vt patet in religioſis & laicis: & in pręlatis & ſubditis: nam ſecundum ſtatum, quilibet pręlatus eſt perfectior ſubdito: et quilibet religioſus perfectior laico: nam quilibet prælatus eſt in ſtatu, qui requirit maiorem perfectionem, quàm ſtatus ſubditi: et

quilibet

quilibet religioſus eſt in ſtatu, qui requirit maiorem perfectionem quàm ſtatus laici. Sed quantum ad perfectionem perſonalem contingit aliquos religioſos eſſe imperfectiores multis laicis: et aliquos ſubditos eſſe perfectiores multis prælatis. Et quod dictum eſt de diuerſis ſtatibus exiſtẽtibus in eadem lege, intelligi poteſt de diuerſis ſtatibus exiſtentibus ſub alia et alia lege: nam ſtatus legis ſcriptę perfectior eſt ſtatu legis naturæ, & ſtatus legis gratiæ perfectior eſt ſtatu legis ſcriptæ: quantum ergo ad perfectionem ſtatus, qui ſunt ſub lege gratiæ, et ſub lege euangelii, perfectiores ſunt eis, qui fuerunt ſub lege ſcripta, et qui fuerunt in veteri teſtamento. Sed quantum ad perfectionem perſonalem plures in veteri teſtamento fuerunt perfectiores multis, qui ſunt in nouo: et etiam e conuerſo. Per hoc ergo ſoluitur propoſita quæſtio: quia quantum ad perfectionem ſtatus, Iudæi, qui erant ſub lege ſcripta, ſecundum ſtatum illum perfectiores erãt gentilibus viuentibus ſub lege naturæ. Sed quantum ad perfectionem perſonalem contingebat aliquos ex iudęis perfectiores eſſe aliquibus ex gentibus: et etiam e conuerſo. Cum ergo ait apoſtolus, quod multum quidem per omnem modum eſt amplius iudęo quàm græco, etiam hoc ſecũdum priorem ſtatum, vt exponit magiſter, intelligendum eſt, non de perfectione perſonali, ſed de perfectione ſtatus: cum etiam idem apoſtolus ait quòd non eſt apud Deum acceptio perſonarum. Et quod iudæus carnalis ſit gentilis, et gentilis ſpiritualis ſit vere iudæus, intelligendum eſt de perfectione perſonali, ſecundum quam et iudęi gentiles, et gentiles iudeos poterant ſuperare.

Vlterius forte dubitaret aliquis. Vtrum quantum ad ſtatum gratiæ, & quantum ad legem euangelii iudæi ſuperent gentiles: vel e cõuerſo. Et videtur quòd iudæi non ſuperent gentiles per hoc quòd Apoſtolus ait, Quid igitur præcellimus eos? nequaquam. Quod exponendum eſt, vt dicebatur, de ſtatu gratiæ, ſecundum quem ſtatum videtur velle apoſtolus quòd iudęi nequaquam præcellant gentiles. Pręterea Magiſter plane dicit in gloſa quòd in ſtatu gratiæ non plus ſit iudęo quàm gentili, ſed ſunt pares. In contrariũ eſt quod dicebatur ſupra primo capitulo quòd Euangelium eſt virtus Dei in ſalutem omni credenti, Iudęo primùm et gręco: ergo in ſtatu euangelii ſalus primò debetur iudęo, deinde græco ideſt gentili. Dicendum quòd ſicut ſupra diſtinguebamus duplicem perfectionem, vnam ſecundum ſtatum, aliam perſonalem: ita & in propoſito diſtinguere poſſumus. Secundum ergo priorem ſtatum, cum iudęi & gentiles non eſſent ſub eodem ſtatu nec ſub eadem lege, ſed hi erãt ſub lege ſcripta, illi ſub lege naturæ: perfectior erat ſtatus iudęorum quàm gentilium, vt dicebatur: nam ſecundum ſtatum hi perfectiores erant illis. Sed cum in lege gratiæ tam iudęi quàm gentiles conuerſi ad fidem chriſti ſint ſub eodem ſtatu gratię, ſub eadem lege euangelii, quantum ad ſtatum oportet eos pares eſſe, vt Magiſter in gloſa dicit, et vt apoſtolus ait iudęos ſecundum talem ſtatum gentiles non præcellere. Sed ſi loquamur de perfectione perſonali, tunc eſt diſtinguendum: quia vel loquimur ſecundum neceſſitatem, vel ſecundum idoneitatem: ſecundum neceſſitatem quidem non erat neceſſe hos eſſe perfectiores illis, nec e conuerſo: poterant enim ſecundum perfectionem perſonalem in ſtatu euangelii aliqui ex iudęis eſſe perfectiores aliquibus ex gentilibus: & e conuerſo. Sed ſi loquamur ſecundum idoneitatem, licet ſecundum vocationem euangelii ad eundem ſtatum vocati ſint iudęi & gentes, tamen iudei habebant quãdam idoneitatem, eo quòd erant magis inſtructi, vt eſſent perfectiores illis. Vnde Magiſter in gloſa ſupee illo verbo, Gloria autem, & honor, & pax omni operanti bonum, A Iudęo primum, et gręco, ait, Iudęo primùm, ideſt maxime, vt quia melius inſtructus melius operatur Græco, ideſt gentili.

Vlterius forte dubitaret aliquis, Vtrum Iudęi, cum eſſent ſecundum idoneitatem aliquam perfectiores gentilibus in ſtatu euangelii, ex hoc haberent vnde gentibus ſe pręferrent? Et videtur quòd ſic: quia ex quo potiores erant, ſe eis pręferre poterant. In contrarium eſt apoſtolus, qui vocans eos ad cõcordiam, oſtendit eos pares eſſe. Dicendum quòd cum gratia non ſit propriis meritis, quia tunc gratia non eſſet gratis data nec eſſet gratia, nullus debet de gratia ſe iactare, nec debet fieri elatus de gratia ſibi facta: ſed debet humilius ſe habere, et eſſe deo magis ſubditus, à quo nouit ſe gratiam recepiſſe: nam nullus debet ſe iactare de eo quod non habet ex ſe. In ſtatu ergo euãgelii hoc eſt cõmune, quòd nihil habemus ex nobis: B nam cum hic nihil acquiratur ex meritis, ſed totum ex gratia, oportet quantum ad hoc in huiuſmodi ſtatu ſingulos pares eſſe; nulli ergo habent in hoc ſtatu vnde ſe iactent, vnde ſe aliis pręferrę poſſint, ſed quanto in hoc ſtatu ſunt aliqui potiores, tanto congruit eos humiliores eſſe. Viſum eſt ergo, quomodo ſecundum priorem ſtatum erant iudęi potiores gentilibus, & declaratum eſt quomodo non erant gentibus potiores. Rurſus & in ſtatu euangelii declaratum eſt quomodo ſecundum perfectionem ſtatus vniuerſi ſunt pares, & quomodo ſecundum perſonalem perfectionem non quantum ad neceſſitatem, ſed quantum ad quandam idoneitatem, eo quòd melius inſtructi, ſunt iudęi gentibus potiores: ex quibus diſtinctionibus omnis controuerſia textus de facili remouetur. Eſt etiam inſuper pręoſtenſum, quomodo in ſtatu euangelii nulli debeant ſuper alios ſe pręferre, ſecundum quã oſtenſionem inter iudęos & gentes materia omnis liC tigii reſecatur.

Vlterius dubitaret forte aliquis de eo quòd in litera dicitur, Non eſt qui faciat bonum, non eſt vſq; ad vnum) quod videtur eſſe falſum: nam multi ex iudęis boni fuerunt, vt ponitur exemplum de Gamaliele, & Act. 5. etiam de pluribus aliis exemplificari poſſet. Dicendũ quòd cum dicitur (non eſt qui faciat bonum, non eſt vſq; ad vnum) ly (Vſq;) poteſt terminari incluſiuè, vel excluſiuè. Si autem terminatur incluſiuè vt omnes includantur in hac ſententia, vt non ſit qui faciat bonum, non ſit vſq; ad vnum, ideſt nullus: tunc exponendum eſt non de iudęis ſimpliciter, ſed de iudęis carnaliter viuentibus: conſtat enim nullum talem benè facere. Si vero ly (Vſq;) teneatur excluſiuè vt ſit ſenſus non eſt qui faciat bonum, non eſt vſq; ad vnum excluſiue, ideſt vſq; ad chriſtum, qui excludendus eſt ab bac ſententia: tunc non habet calumniam quod dicitur: nam ſolus chriſtus bonum facit in ſe, & in ſuis memD bris. Si eſt ergo, cũ dicimus, ſolus Sortes eſt hoc: ergo manus vel pes Sortis non eſt hoc: non valet: quia dictio excluſiua non excludit aliqua membra ab aliquo. Sic non valet ſolus chriſtus benè facit, ergo membra eius non bene faciunt. Gamaliel ergo & quicunq; alius ſi bonum facit, hoc facit inquantum fuit mẽbrũ chriſti venturi, vel inquantum fuit membrum mediatoris, qui promiſſus fuerat in lege, vt duceret populum iſrael, ideſt vt redimeret humanum genus.

Vlterius forte dubitaret aliquis de eo quòd ait Apoſtolus, quęcũq; lex loquitur, his, qui in lege ſunt, loquitur: hoc autem apparet eſſe falſum: nam multa in lege dicuntur de ipſis gentilibus. Dicendum quod ſecũdum gloſam facile eſt ſoluere quod quæritur: nã cum dicitur, Quæcunq; lex loquitur) exponendum eſt ſecundum gloſam in hoc loco, ita quòd ſecũdum glo. quicquid in hoc loco dicitur, vel quicquid dicitur in hac parte præſenti, totum intelligendum eſt de iudæis. Sed ſic ſoluendo quæſtionem propoſitam, vi-

deretur apoſtolus petere quod eſt in principio, & vi-
deretur probare idem per idem: eſſet enim ſenſus,
quæcunq; lex hic loquitur, de iudæis loquitur: ſed hic
hæc peccata loquitur, ergo hæc peccata de iudæis lo
quitur. Probaretur autem hęc peccata intelligenda
eſſe de iudæis, per hoc quòd hæc peccata intelligen-
da ſunt de iudæis. Vel ſupponeret apoſtolus peccata
vel narrata intelligenda eſſe de iudæis: quod deberet
probare. Vel ergo probaretur idem per idē: vel ſup-
poneretur quod deberet probari. Semper ergo pete-
retur quod eſt in principio. Propter quod ſciendum,
quòd quęcunq; lex loquitur, ſimpliciter & abſolutè
intelligenda ſunt de his quę ſunt in lege, ſed quæ lo-
quitur deſcendendo ad ſpeciales perſonas, intelligen
da ſunt de illis perſonis, ad quas deſcēdit: & quia pec
cata hic narrata dicuntur ſimpliciter & abſolutè, &
non eſt ibi deſcenſus nec ex pręcedentibus nec ex ſe-
quentibus ad perſonas Gentium, oportet ea intelli-
gi de iudæis.

LECTIO XII.

QVoniam ex operibus legis
non iuſtificabitur omnis
caro coram illo. Per legem
enim cognitio peccati,

Vt dicebatur ſupra, apoſtolus intendit reprimere
iactantias iudęorum quòd non debeant gloriari de
meritis propter duo: primò quia ſub peccatis exiſte-
bant: ſecundò, quia eos lex non iuſtificabat. Expedita
ergo prima parte, & oſtenſo quòd iudęi ſub peccatis
exiſtebant: in parte iſta intendit aggredi partem ſecū
dam, oſtendens quòd eos lex non iuſtificabat: circa
quod duo facit, ſecundum quòd dupliciter probat in
tentum: nam quòd lex non iuſtificaret iudæos primò
probat quantum ad ipſam legem: ſecundò quantum
ad Abraam qui pręceſſit legem, ibi, in principio quar
ti cap. (Quid ergo dicemus inueniſſe Abraam.) Circa
primum ſeptem facit, ſecundum quòd ſeptem ratio-
nes adducit ad oſtendendum quod lex ſecundum ſe
non iuſtificat. Poteſt enim lex comparari ad ſeptem:
primò ad id, quod docebat, & inſtruebat; quia doce-
bat nos cognoſcere peccatum. Secundo ad id quod
figurabat, quia ſignificabat & figurabat Dei iuſtitiam
& miſericordiam. Tertiò quantum ad id quod pro-
mittebat, quia promittebat chriſtum, ſecundum cuius
fidem omnes ſalui fiebant. Quartò comparati poteſt
lex ad id quod cauſabat, quia non cauſabat amorem
& gratiam, ſed magis cauſabat timorem & minaba-
tur poenam. Quinto ad imperfectionem quam effici-
bat, quia neminem ad perfectum adduxit lex. Sextò
comparati poteſt ad opus, quod iubebat. Septimo &
vltimo ad populum quem reſpiciebat, ſecundum quē
modum lex illa erat particularis & contracta, quia
non fuit data omni populo, ſed cuidam. Ex his ſeptē,
ſumitur ſeptem rationes ad propoſitum: nam primò
quòd non iuſtificet, oſtendit ex legis inſtructione: ſe-
cundò ex legis ſignificatione: tertiò ex legis promiſ-
ſione: quartò ex legis cauſatione: quintò ex legis im-
perfectione: ſextò ex legis operatione: ſeptimò ex le-
gis particularitate & contractione. Secunda ibi (nūc
autem ſecundum legem) Tertia ibi: (iuſtitia autē dei
eſt per fidem.) Quarta ibi (non eſt enim diſtinctio.)
Quinta ibi: (vbi eſt ergo gloriatio tua?) Sexta ibi (ar
bitramur enim iuſtificari.) Septima ibi, (an iudęorū
Deus tantum?)

Ad euidentiam autem primæ partis ſciendū, quòd
lex dando cognitionem peccati & prohibendo pec-
catum (quia non conferebat gratiam per quam

A poſſet peccatum vitari) magis incitabat ad concupi-
ſcentiam, quàm iuſtificaret, iuxta illud quod habebi-
tur infra. 7. Peccatū non cognoui niſi per legem. Et
ſequitur ibi, Occaſione autem accepta, peccatum per
mandatum, operatum eſt in me omnem concupiſcen
tiam. Ex ipſa ergo inſtructione legis, & ex ipſa cogni
tione, quam dabat de peccato, non iuſtificabat, ſed
magis ad concupiſcentiam incitabat. Formetur ergo
ſic ratio, Quicquid nō plus facit niſi quòd dat cogni
tionem de peccato, non iuſtificat, ſed ad concupiſcen
tiam incitat: lex eſt huiuſmodi: ergo &c. de hac autem
ratione nō ponit niſi virtutem medii, videlicet, quòd
ex operibus legis non eſt iuſtitia, quia per legem non
eſt niſi cognitio peccati. Continuetur ergo ſic litera:
benè dico quòd omnis mundus, id eſt omnis homo,
non ſolum gentilis, ſed etiam iudæus debet eſſe ſubdi
tus Deo. Quòd autem iudęus debeat eſſe Deo ſubdi-
B tus, patet, quia ex operibus legis non habet vnde glo
rietur, (quoniā ex operibus legis non iuſtificabitur
omnis caro) id eſt omnis homo carnaliter viuens (co-
ram illo) id eſt coram deo (quia per legem eſt cogni-
tio peccati) id eſt lex non plus facit niſi quod prohi-
bendo facit cognoſcere peccatum: quòd faciendo, vt
patet, non iuſtificat, ſed ad concupiſcentiam incitat.
Deinde cum dicit.

Nunc autem ſine lege iuſtitia dei mani-
feſtata eſt, teſtificata à lege & prophetis.

Adducit ſecundam rationem ſumptam ex legis ſi-
gnificatione. Nam id quòd teſtificatur & figurat iuſti-
ficationem noſtram, nos non iuſtificat, quia quod figu
rat aliquid, non eſt illud quod figurat, & aliud eſt veri
tas, & aliud eſt figura: in lege ergo Moſayca figuraba-
tur veritas & gratia: ſed per ieſum chriſtum veritas &
gratia facta eſt. Formetur ergo ſic ratio, Quod teſtifi-
catur & manifeſtat & ſignificat dei iuſtitiā, nos non iu
C ſtificat: lex & prophetę teſtificabantur, manifeſtabant,
& ſignificabant dei iuſtitiam: ergo talia nos non iuſti-
ficabant. De hac autem ratione non ponit niſi virtu-
tem medii. Continuetur ergo ſic: benè dictū eſt, quòd
ex operibus legis non fuit iuſtitia: ſed (nunc autem)
id eſt in aduentu chriſti (dei iuſtitia) id eſt dei miſericor
dia per quā iuſtificamur (ſine lege) id eſt ſine legis auxi
lio, data eſt: quę dei iuſtitia (eſt manifeſtata & teſtifica-
ta à lege & prophetis) q. d. quòd nunc in aduētu chri
ſti facta eſt veritas iuſtificationis, ſed ī lege & prophe-
tis huiuſmodi iuſtificatio fuit antea manifeſtata & te-
ſtificata, id eſt figurata & prænunciata: & quia ſic eſt,
lex non iuſtificabat, ſed iuſtificationem ſignificabat &
prænunciabat: ordinabatur enim lex ad euangelium,
ſicut figura ad veritatem: tunc ergo figurabatur iu-
ſtificatio, quæ tempore gratiæ vere eſt adimplenda.
Notandum autē, quòd hic dei iuſtitia appellatur dei
D miſericordia per quam iuſtificamur: quæ miſericor-
dia ideo eſt iuſtitia appellata, quia antea fuit promiſ-
ſa, non autem reddita: vere ergo iuſtitia dici poteſt,
quia cum dei promiſſum redditur, dei iuſtitia dicitur,
vt Auguſt. ait, & habetur in gloſa. Deinde cum dicit.

Iuſtitia autem Dei per fidem IESV
CHRISTI in omnes & ſuper omnes,
qui credunt in eum.

Adducit ad hoc idem tertiam rationem ſumptam
ex parte chriſti, quem lex promittebat: nam per chri
ſtum in lege promiſſum, & per fidem eius, quæ eſt in
omnes & ſuper omnes, eſt Dei iuſtitia, per quam iuſti-
ficamur: non eſt ergo huiuſmodi iuſtitia per legem,
quia lex non eſt in omnes & ſuper omnes, qui credūt
in chriſtum, ſed ſpecialiter fuit data iudaico populo.
Formetur ergo ſic ratio, Illud per quod eſt dei iuſti-
tia & per quod iuſtificamur, eſt in omnes & ſuper om-
nes qui credunt in chriſtum: lex non eſt in omnes

eſt in omnes tales & ſuper omnes:ergo per legem nō eſt dei iuſtitia nec per legem iuſtificamur.de hac autē ratione non ponit niſi virtutem medii, videlicet quod illud idest fides Ieſu chriſti,per quam fidem Ieſu chriſti eſt dei iuſtitia,eſt in omnes & ſup omnes. Ideo ait(iuſtitia autem dei)ſupple, per quam iuſtificamur (eſt in omnes & ſuper omnes qui credūt in eum).Tūc ergo eſt ſupplenda ratio,quòd cum lex non ſit in omnes & ſuper omnes,ideo lex non iuſtificat.Notandum autem quòd iuſtitia dei dicitur eſſe in omnes per fidem Ieſu chriſti,quia omnes tenentur credere in chriſtum, & omnes tenentur ad fidem euangelii: & eſt hæc iuſtitia ſuper omnes, quia deſuper à deo collata eſt.Sed lex Moſayca non erat in omnes,quia non omnes tenebātur ad illam legem:nec erat ſuper omnes, quia deſuper à Deo non fuit omnibus lex illa collata: ſed ſpecialiter, vt dicebatur,fuit tributa iudæis. Deinde cum dicit.

Non enim eſt diſtinctio: omnes enim **B** peccauerunt,& egent gloria Dei, iuſtificati gratis per gratiam, per redemptionem, quæ eſt in chriſto Ieſu: quem propoſuit deus propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ propter remiſsionem præcedentium delictorum in ſubſtentatione Dei, ad oſtenſionem iuſtitiæ eius in hoc tempore: vt ſit ipſe iuſtus & iuſtificans eū,qui ex fide eſt Ieſu chriſti.

Adducit quartam rationem ſumptam ex legis cauſatione,vel ea legis cauſalitate. Ad cuius euidentiam ſciendum, quòd ſi lex poſſet cauſare iuſtificationem noſtram,& per opera legis poſſemus iuſtificari, cum non iuſtificemur niſi per gratiam, tunc gratia caderet **C** ſub merito,& poſſemus gratiam mereri: quod falſum eſt.Formetur ergo ſic ratio, Quicunq; iuſtificatur per legem & per opera legis, iuſtificatur ex meritis:ſed omnes tam iudæi quàm gentiles peccauerunt, & nullus iuſtificatur ex meritis,ſed per chriſtum & per gratiam:ergo nullus iuſtificatur per legem, & per legis opera.De hac autem ratione valde diffuſe ponit ſolum virtutem medii,videlicet,quòd omnes peccauerunt,& omnes ſunt iuſtificati gratis, non per merita, ſed per gratiam,& per Ieſum chriſtum redemptorem noſtrum,qui eſt iuſtus in ſe,& iuſtificans alios.Ideo ait (Non enim eſt diſtinctio)iudæi & gentilis:omnes enim peccauerunt) quia ex vno peccatore idest ex Adam omnes nati ſunt(& egent dei gloria)idest Dei iuſtitia ſiue dei miſericordia,per quam iuſtificamur, quæ dicitur dei gloria,quia per hoc deus apparet glorioſus: **D** ſi ergo omnes peccauerunt & indigent dei gloria, idest dei indulgentia,& peccatorum venia, vnde deus glorioſus apparet:quia ergo ſic eſt,omnes ſunt(iuſtificati gratis)non meritis,nec per legem, vt ſupplet gloſa(ſed per gratiam)ipſius dei, &(per redemptionem, quæ eſt in chriſto IESV: quem deus Pater propoſuit)idest longe ante diſpoſuit & prædixit.vel propoſuit)idest palam omnibus poſuit(propitiatorē) idest miſericordem reconciliatorem,&hoc(per fidem in ſanguine ipſius)idest per fidem paſſionis eius: vel (per fidem in ſanguine)idest per fidem & ſanguinem: nam nos reconciliamur per fidem, qua credimus in chriſtum,et per ſanguinem,idest per paſſionem, quā ſuſtinuit chriſtus: ſic ergo reconciliauit nos chriſtus(ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ)idest vt oſtenderet ſe veracem & iuſtum in promiſſis,vt ſcilicet nos à peccatis liberaret,ſicut ante promiſerat: et hoc ſupple nō ſolum(per remiſſionem delictorum) hominum præſentium,ſed etiam per remiſſionem delictorum homi**A**num(præcedentium):venit enim chriſtus vt ſanaret delicta omnium hominum tam præſentium & futurorum,quàm præcedentium & præteritorum: nam vſq; ad eos,qui erant in limbo extendit ſe reconciliatio ſua.Vel poteſt exponi aliter,vt non referatur ad homines præcedentes & præſentes; ſed ad ipſa delicta præcedentia et ſequentia,vt ſit ſenſus: hoc eſt factum non ſolum per remiſſionem delictorum præſentium, idest propter delicta præſentia;ſed etiam propter remiſſionem delictorum præcedentium, idest propter delicta præcedentia:& hoc(in ſubſtentatione dei) Vel quantum ad homines præcedentes,per diuinam miſericordiam ſunt in limbo ſubſtentati & reſeruati vſq; ad paſſionem chriſti, per quam ſunt liberati. Vel(in ſubſtentatione dei)quantum ad delicta præcedentia, quæ ſunt deo ſubſtentante, idest Deo ſuſtinente, et patiente, & non ſtatim puniente.Ita ergo factum eſt ad(oſtenſionem iuſtitiæ)qua nos iuſtificat(in hoc tempore)gratiæ,(vt ſit ipſe iuſtus)in reddendo promiſſa **B** (et ſit iuſtificās) idest iuſtum faciens (eum qui ex fide Ieſu chriſti)idest vt iuſtum faciat non eum qui ex lege, ſed qui credit in chriſtum. Ex omnibus his ergo apparet,iuſtificationem noſtram eſſe ex gratia, & per Ieſum chriſtum,per quem deus pater oſtendit potentiam ſuam in hoc tempore, tam quantum ad delicta hominum præſentium,quàm quantum præcedentiū: vel tam quantum ad delicta præcedentia, quàm etiā præſentia.Et quia iuſtificati ſumus ex gratia non ex meritis,non ſumus iuſtificati ea lege nec legis operibus.Deinde cum dicit.

Vbi eſt ergo gloriatio tua? Excluſa eſt. per quam legem? Factorum? Non.Sed per legem fidei.

Adducit ad hoc idem quintam rationem ſumptam ex legis imperfectione.Ad cuius euidentiam ſciēdum **C** quòd lex,quantum ad præſens ſpectat,dicitur imperfecta,quia non eſt in lege Moſaica gloriandum, ſed gloriandum eſt in lege fidei & in fide chriſti: lex ergo Moſaica non expellebat gloriam vitioſam, quia vana erat gloriatio de operibus legis:et nō conferebat gloriam veram,quia non gloriàbamur in huiuſmodi operibus.Secundum hoc ergo poteſt litera hæc dupliciter exponi,vt gloſa tangit, primò de gloriatione vitioſa,ſic,ò Iudæe(vbi eſt gloriatio tua)vana et vitioſa (excluſa eſt) idest expulſa eſt, & abolita eſt, ne poſſint gloriari & ſuperbire(per quam legem) ſupple eſt excluſa (factorum) idest,eſt ne excluſa & expulſa per legem factorum ſiue per legem Moſaycam?(non?ſed per legem fidei)ſecundum hanc ergo expoſitionem formetur ſic ratio,Quod eſt ita imperfectum,quod non excludit nec expellit gloriam vitioſam, non iuſtificabat: ſed lex Moſaica ſic imperfe**D**cta erat quòd non excludebat nec expellebat gloriā vitioſam: ergo non iuſtificabat.De hac autem ratione non poſuit niſi virtutem medii, videlicet, gloria uitioſa iudæorum non excluditur,idest non expellitur per legem factorum,ſed per legem fidei. Alio modo exponitur de gloriatione vera;nam excludere eſt æquiuocum ad expellere,& ad ſpecificare ſiue ad manifeſtare & ad facere apparere: nam cum aliquis excludit aliquos, ab aliis ſeparat eos;& per cōſequens manifeſtat & ſpecificat illos:ſecundum enim proprietatem vocabuli, excludere idem ſonat, quod incluſum extra mittere.Chriſtus ergo, in quo eſt gloriandum,intra legis literā tenebatur incluſus: ſed per legem euangelicam ab illa clauſura eſt excluſus, quia eſt extra illam clauſuram poſitus,cum ſit iam nobis expreſſe reuelatus:excludere ergo idem eſt quod extra clauſuram ponere, & manifeſtare & exprimere. Poteſt ergo exponi quod dictum eſt,de gloriatione vera;& erit ſenſus,ò Iudæe(vbi eſt gloriatio tua)idest

vbi debes verè gloriari: hæc gloriatio tua verè (eſt exclusa) ideſt eſt extra clauſuram poſita, & eſt manifeſtata, & expreſſa: oſtenſum eſt enim quòd non debes gloriari in cæremonijs legis, ſed in his, quæ ſunt chriſti: ſed hæc gloriatio (per quã legem) eſt excluſa? ideſt eſt extra clauſuram poſita? non per legem (factorum ſed per legem fidei) nam vt dictum eſt, hæc gloriatio per legis literam tenebatur incluſa, ſed per legem euãgelicam eſt excluſa, ideſt extra clauſuram poſita, & eſt manifeſtata, & expreſſa. Secundum hoc ergo ſic formabitur ratio. Illud per quod non eſt vere gloriandũ & per quod nõ exprimitur, nec manifeſtatur gloriatio vera, nos non iuſtificat: ſed per legem factorum nõ eſt gloriandum, & per huiuſmodi legem non manifeſtatur, nec excluditur gloriatio vera: ergo huiuſmodi lex non iuſtificat. De hac autem ratione non ponit niſi virtutẽ medii, videlicet, ꝙ vera gloriatio nõ eſt excluſa, ideſt non eſt extra clauſuram poſita, nec eſt expreſſa per legem factorum, ſed per legem fidei. Notãdum autem quod lex Moſayca dicitur lex factorum, vt gloſa tangit, quia ibi præcipiebantur facta, & iubebantur opera, ſed non dabatur gratia: ſed lex chriſti, & lex euangelica dicitur lex fidei, lex iuſtitiæ, & lex gratiæ, quia & ſi huiuſmodi lex opera iubet, credẽdo tamen imperat vt opera fiant, & per ſacramenta huius legis præſtatur gratia, vt illa opera perficiantur. Deinde cum dicit.

Arbitramur enim hominem iuſtificari per fidem ſine operibus legis.

Adducit ſextam rationem ſumptam ex legis opere. Ad cuius euidentiam ſciendum, quòd legis opera vel præcedunt iuſtificationem; vel ſequuntur. Si præcedunt, nunquam iuſtificant: quia illa opera non ſunt meritoria. Si autem ſequuntur, tunc iam iuſtificatus eſt. Per fidem ergo, quæ per dilectionem operatur, eſt iuſtificatio noſtra: non autem per legis operationem: immo ſi volumus magis proprie loqui, cum lex illa fuerit lex timoris & lex fidei ſit lex amoris, dicemus quòd opera ſequentia iuſtificationẽ, ſunt magis opera fidei, quæ operatur per dilectionem & per amorem: ſed opera præcedentia ſunt magis opera legis, quæ operatur per comminationem, & per timorem. Vnde & gloſa dicit, hoc eſſe intelligendum de operibus præcedentibus, non ſequentibus. Formetur ergo ſic ratio. Ex operibus præcedentibus iuſtificationem nullus iuſtificatur: ſed opera legis ſunt huiuſmodi; ergo per legis opera nullus iuſtificatur. De hac autem ratione nõ ponit niſi virtutem medii, videlicet, quòd homo iuſtificatur per fidem, nõ per opera legis. Ideo ait (Arbitramur enim hominem iuſtificari per fidem) quæ ſupple operatur per dilectionem & amorem (ſine operibus legis) quę ſupple opera ſunt magis facta per comminationem & per timorem, vt gloſa innuit. Notandum autem hanc rationem ſextam eſſe declarationem quartæ rationis: dicebatur enim ibi quòd per gratiam dei & per Ieſum Chriſtum, quem deus poſuit propitiatorem, ſumus iuſtificati: hic autem hoc idem declaratur, quod non per opera legis, nec per noſtra merita, ſed per fidem chriſti iuſtificatur homo. Deinde cum dicit.

An iudæorum deus tantum? Nonne & gentium? immo & gentium. Quoniam quidem vnus eſt Deus, qui iuſtificat circunciſionem ex fide, & præputium per fidem.

Adducit ſeptimam & vltimam rationem: intendit enim apoſtolus quod cum Deus non ſolum ſit iuſtificator & creator iudęorum ſed gentilium, & cum deus iuſtificet non ſolum iudæos, ſed gentiles, oportet iuſtitiam eſſe per id quod eſt commune vtriq;, & quia lex particulariter erat data populo iudaico, & non gen-

A tili, ex ipſa particularitate legis arguitur quòd opera legis non iuſtificabant, & quòd per huiuſmodi opera non erat iuſtitia. Formetur ergo ſic ratio. Per id eſt iuſtitia per quod iuſtificantur tam iudęi quàm gentes, ſed per fidem iuſtificantur Iudæi & gentes, ergo per fidem erit iuſtitia & nõ per legis opera: de hac ratione non ponit niſi virtutem medii, videlicet, quòd Deus eſt tam creator quàm iuſtificator, tam iudæorũ quam gentium, quòd per fidem iuſtificat tam iudæos quam gentes: ideo ait an iudæorum Deus tantum eſt ſupple creator & iuſtificator, nonne & gẽtium, immo & gentium ſcilicet eſt creator & iuſtificator: quòd autem ſic ſit patet, quoniam vnus eſt Deus qui iuſtificat circunciſionem ideſt iudæos ex fide, & qui iuſtificat præputium ideſt gentiles per fidem. Notandum autẽ quod vt glo. tangit quòd hic inq̃t apoſtolus ex fide & per fidem, non eſt dictum ad aliquam differentiam ſignificationis tanq̃ aliud ſit ex fide & aliud ꝑ fidẽ, ſed
B dictũ eſt ad varietatẽ locutiõis, vt ex varietate verborum pulchrior ſit locutionis ſtilus. Deinde cum dicit.

Legem ergo deſtruimus per fidẽ? Abſit. Sed legem ſtatuimus.

Remouet & abſoluit quandam tacitam quæſtionẽ, Poſſet enim quis dubitare & quęrere quòd cum Paulus ita cõmendet fidem, quia dicit totam iuſtificationem noſtram eſſe per fidem, & etiam dicit quòd ex operibus legis nõ iuſtificatur omnis caro: quòd ex hoc paulus legem deſtrueret. ideo ait, legem ergo deſtruimus per fidem quam cõmendamus & extollimus? Abſit, ſed legem ſtatuimus. q. d. quòd fidem cõmendando legem non deſtruit, ſed ſtatuit, non euacuat ſed adimplet iuxta illud Matth. 6. non veni legem ſoluere ſed adimplere. Notandum quod lex quædam continebat cerimonialia, quædam moralia: per fidem ergo euan-
C gelicam lex adimpletur quantum ad cerimonialia & moralia: quantum ad cerimonalia quidem quia illa erant figura euangelicę veritatis. adimplentur ergo illa cerimonialia per fidem euangelicam ſicut per veritatem adimpletur figura. Ruſus per fidem adimpletur lex quãtũ ad moralia, quia quod minus in moralibus continebatur, eſt in euangelio adimpletũ. Notandum etiam quod ſi volumus bene intelligere qualiter euangelium legem nõ euacuet ſed adimplet, imaginari debemus vnum puerum eſſe ſub duobus pędagogis, vel ſub duobus doctoribus. Primus autem doctor vel primus pędagogus libenter vellet quod nulla parte diei luderet, ſed ſemper vellet quòd vtilibus rebus vacaret, videns tamen pronitatem pueri ad ludendum permittit ei quòd aliqua hora diei ludat. Venit autem ſecundus pedagogus & ſecundus doctor & inhibet puero vt nulla hora diei ludat, tunc iſte ſecũdus non euacuat mandata primi, ſed adimplet. Sic &
D in propoſito lex permiſit libellum repudii, chriſtus autem pręcepit vt nullo modo vxorem dimitteret excepta fornicationis cauſa, in quo non ſoluit legem ſed adimpleuit, quia hoc lex libenter precepiſſet: ſed videns Iudæorũ malitiam & duritiem cordis eorum & cognoſcens eos eſſe pronos ad homicidium, ne viri proprias vxores occiderent, permiſit vt eis darent libellum repudii. Ruſus lex dicit nõ occides, in quo prohibuit manuum exteriorem actum: ſed euangeliũ clamat vt habetur Mat. 5. omnis qui iraſcitur fratri ſuo reus erit iudicio: in quo non ſolum prohibetur manus & actus exterior, ſed prohibetur manus & actus interior: in hoc ergo non ſoluitur lex ſed adimpletur, quia & lex libenter prohibuiſſet actum interiorem, ſed videns iudæorum prauitatem & nequitiam exteriorem inhibuit actum.

Dubitaret forte aliquis de eo quod apoſtolus ait quod ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro. Nam quicumq; ſunt iuſti viuentes ſub lege videntur iuſtificari

tur iuſtificari ex operibus legis. Sed Moyſes & multi alii boni fuerunt, iuſti, viuentes ſub lege, ergo fuerunt iuſtificati ex operibus legis. Dicendum quod vt Magiſter ait & ſumptum eſt ab Aug. in de ſpiritu & littera opera legis dicuntur quę cũ lege ſunt inſtituta, & ordinata vt erant opera ceremonialia & figurata, quæ nunquam valuerunt conſcientiam mundare etiam ſi cum charitate & deuotione fierent vt ibidem dicitur: cauſa autem quare non iuſtificabant eſt, vt Magiſter ait, quia opera illa non fuerũt inſtituta in iuſtificationem: ſi autem quæratur ad quid fuerunt inſtituta, dicere poſſumus ea fuiſſe inſtituta ad quatuor. Primo ad futurorum figurationem quia illa cerimonialia erãt figura euangelicæ veritatis. Secundo inſtituta ſunt ad proprię infirmitatis oſtenſionem, dicebant ergo iudæi ſuperbientes de ſe ipſis, non deeſt qui impleat, ſed deeſt qui iubeat. Tertio inſtituta fuerunt ad carnis domationem, erant enim illa ceremonalia tantum onus quod ita domabant carnẽ quòd ea portare non poterant iuxta illud Petri act. capit. 15. quid tentatis imponere iugum ſuper ceruicem diſcipulorum, quod neque nos neque patres noſtri portare potuimus? Quarto fuerunt inſtituta ad idolatriæ deuitationem, nam quia tunc homines erant valde proni ad dolatriam & immolandum ſacrificia idolis voluit deus vt obſeruarentur huiuſmodi cerimonialia & offerentur ei holocauſta, vt per tale exercitium circa cerimonialia, & per huiuſmodi oblationem holocauſtorum retraherentur homines ne offerrent idolis holocauſta. Quod vero obiicitur de Moyſe & aliis bonis, dici debet quòd iuſti fuerunt vt Magiſter ait non ex operibus legis: vel dicere poſſumus vt communiter dicitur quod aliud eſt iuſtificari ex opere operante, & aliud ex opere operato: opera ergo cerimonialia legis, ſecundum quod erant opera operata, id eſt in ſe ſi conſiderabantur non iuſtificabant: ſed ex opere operantis vt quia quis deuote ſe exercitabat circa ea, faciebant occaſionaliter nõ directe, ſed ipſa deuotio & ipſum opus operantis faciebat ad iuſtificationem, opus ergo cerimoniale exterius operatum directe ad iuſtificationem non faciebat, nam ſacramenta veteris legis erant ſacramenta egena, & opera illa cerimonialia egena erant quia figurabant iuſtificationem ſed non faciebant, ſed ſacramenta nouę legis ſunt quædam vaſa gratię, & ſunt ſacramenta plena, & id efficiunt quod figurant.

Vlterius forte dubitaret aliquis de ipſa circunciſione quę erat quoddã opus legis, vtrum iuſtificaret: videtur quod non per apoſtolum hic dicentem quod ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro. in cõtrariũ eſt Gregorius in moralibus & habetur in glo. lectionis ſequentis, qui ait, quod apud nos valet aqua baptiſmi hoc egit apud veteres vel pro maioribus virtus ſacrificii, vel pro his qui de ſtirpe Abrahæ prodierunt myſterium circunciſionis. circũciſio ergo in his qui erant de ſtirpe habrae ſupplebat vicem baptiſmi, ſed baptiſmus nunc valet ad iuſtificationem, ergo & tunc valebat circunciſio. Dicendum quod vt apoſtolus ait ex operibus legis non iuſtificari omnem carnẽ vt Magiſter exponit in glo. & ſumptum eſt ab Augu. in de ſpiritu & litera, opera legis dicuntur quæ cum lege ſunt inſtituta & ordinata vt erant opera cerimonialia & figuratoria, ſecundum hoc non eſt dubium quod queritur quia ſecundum hunc modum loquendi circunciſio non eſt opus legale quia non incepit cum lege ſed fuit ante legem inſtituta, fuit enim circunciſio data Habrae in præceptum, ſed lex fuit data Moyſi: vel poſſumus dicere quod ex fide & per fidem mediatoris eſt per ſe & proprie iuſtificatio, vt per fidẽ propria in adultis, per fidẽ parentũ in paruulis, ſine fide enim impoſſibile placere deo: ꝙ fides ergo faceret ad iuſtificationem hoc fuit ꝑ ſe, quia fuit ſemp

A apud omnes: ſed quòd circunciſio faceret ad iuſtificationem hoc non fuit ſemper & apud omnes: cum ergo dicitur circunciſio non facit ad iuſtificationem quia opera legalia non iuſtificant, vel poſſumus dicere quod circunciſio non eſt opus legale quia non incepit cum lege, ſed ante legem, vel poſſumus dicere quod circunciſio non iuſtificabat per omnem modũ quia non iuſtificabat ſemper & apud omnes, ſecũdum quem modum loquitur apoſtolus in cap. 4. quod circunciſio fuit data Abrahę in ſignum iuſtitiæ fidei, nã circunciſio non iuſtificauit habraam, ſed ipſe antea iuſtificatus eſt & in ſignum iuſtitię fidei fuit ei circunciſio data.

Vlterius forte dubitaret aliquis de eo quod apoſtolus ait, quòd per legem eſt cognitio peccati: videtur hoc autem eſſe falſum, quia peccata fuerunt cognita ante legem. Nam Ioſeph, vt habetur gen. 37. accuſauit fratres ſuos apud patrem crimine peſſimo, & B gen. 42. cum adhuc non eſſet data lex, dixerunt fratres ioſeph, merito hoc patimur quia peccauimus in fratrem noſtrum. Dicendum quòd eo ipſo quod deus dedit nobis lumen rationis quod lumẽ philoſophus appellat intellectum agentem, in quo lumine ſunt nota omnia principia tam agibilium quam ſpeculabilium, impreſſit nobis quandam legem naturalem per quam cognoſceremus quid agendum & quid nõ agendum, verum quia huiuſmodi lumen per peccatum eſt obſcuratum & obtenebratum non ſufficit tale lumẽ ad plene cognoſcendum quę ſunt peccata & non peccata, cum ergo ait apoſtolus, quod per legem eſt cognitio peccati vt exponit Magiſter in glo. & ſumptũ eſt ab Aymone, nõ io hoc ait apoſtolus ꝙ peccata añ legẽ prorſus neſciretur, ſed ideo dicuntur peccata cognoſci ꝑ legẽ quia q̃dã cognita ſunt peccata quæ antea ignorabantur eſſe peccata, & ꝑ lege quędã peccata cognita ſunt grauiora eſſe q̃ antea putarentur.

C Vlterius forte dubitaret aliquis vt Magiſter in glo. dubitat de eo quod apoſtolus ait, chriſtum propoſitum eſſe à Deo patre propitiatorem propter remiſſionem delictorum non ſolum hominum preſentium ſed etiam hominum precedentium aduentum chriſti qui homines erant in ſuſtentatione Dei id eſt in reſeruatione dei quia deus reſeruabat eos in limbo ad oſtenſionem iuſtitie eius id eſt vt oſtenderet iuſtitiam ſuam in hoc tempore id eſt in aduentu chriſti: quæritur ergo quomodo illi detinebantur in limbo cum eſſent purgati & iuſtificati per fidem & penitentiam? Dicendum quòd Adam peccante fuit infecta eius perſona. Perſona autem Ade infecta, infecit & naturam, & quia natura Ade fuit infecta quicquid ex Adam naturaliter ortum fuit oportuit infectum eſſe, inde eſt quod omnes in iniquitatibus concepti ſumus, omnes naſcimur natura filii irę, omnes generamur infecti originali peccato, ita quod omnes filii Ade naſcuntur infecti, & quantum ad naturam & quantum ad D perſonam, ſicut & ipſe Adam per peccatum vtroq; modo infectus fuit, differenter tamen quia Adam infectus fuit propria voluntate, & quia agere & velle pertinet ad perſonam & ad ſuppoſitũ, ideo in Adam fuit ordo infectionis quod perſona infecta infecit naturam: nos autem, qui naturali origine infectionem contrahimus, e contrario inficimur, ita quod natura infecta perſonam inficit: quicquid autem ſit de hoc & quocunq; ordine ſit iſta infectio: vtrunq; tamen eſt in nobis infectum per originale peccatum, tam videlicet natura quam perſona: & quia omnis infectio præſtat impedimentum ad introitum cęleſtis regni, in hominibus pręcedentibus aduentum chriſti erat duplex impedimentum ne intrarent celeſtem patriam: vnum per infectionem naturæ, quia tota natura infecta erat per Adam peccantẽ, in quo erat quodammodo tota humana natura, cum ex ipſo deberet totum humanũ

genus naturaliter naſci:ſecūdū impedimētū erat infectio perſonæ.Per fidē ergo & p pœnitētiā tollebatur impedimentum perſonæ ante aduentū chriſti,ſed per paſſionem fuit ſublatum impedimentum naturę:nam natura humana & etiam quælibet natura ſpecifica eſt quodammodo infinita, cum de ſe videatur quodam modo poſſe reſeruari in infinitis indiuiduis:quare cōgruum erat eſſe infinita perſona,per cuius paſſionem remoueretur huiuſmodi naturæ impedimentum: huiuſmodi autem fuit perſona chriſti:nullius autē puri hominis poterat eſſe infinita perſona,propter quod nullius puri hominis paſſio poterat naturæ impedimentum remouere:præcedentes verò aduentum chriſti quantumcunq; eſſent purgati per fidem & penitentiam,quia ex hoc erat ſublatum ſolum impedimentum perſonæ, non ingrediebantur celeſtem patriam ſed reſeruabantur in limbo vſq; ad paſſionem chriſti, per cuius paſſionem fuit ſublatum impedimentum naturæ.Cum ergo deus promiſerit mittere filiū ſuum qui nos redimeret, & huiuſmodi impedimentum remoueret, fuerunt homines præcedentes aduentum chriſti in ſubſtentatione Dei,ideſt in reſeruatione dei ad oſtenſionem iuſtitię ſuę in hoc tempore: nam illi ad hoc fuerunt a deo reſeruati in limbo, vt in hoc tēpore,ideſt vt in aduentu chriſti oſtenderet iuſtitiam ſuam,ideſt manifeſtaret & adimpleret hanc promiſſionē ſuā,ꝙ chriſtus eos redimeret,& ꝙ eos de illo carcere extraheret,& ꝙ impedimentū naturæ remoueret, vt libere deo fruerentur,& reuelata facie deum viderent,& libere ianuam paradiſi intrarent.

LECTIO. XIII.

CAP.IIII.

QVid ergo dicemus inueniſſe Abrahā patrem noſtrum ſecundum carnem? ſi enim Abtahā ex operibus iuſtificatus eſt, habet gloriam, ſed non apud Deum.

Apoſtolus(vt dicebatur)volens reprimere iudæorum iactantiam, credentium ſe iuſtificatos fuiſſe ex operibus legis,& ea meritis operum legis redditum eis eſſe euangelii premium:probauit in præcedenti parte quòd lex eos non iuſtificabat,& quòd ex operibus legis non erat iuſtitia ex parte ipſius legis.In hac parte oſtendit hoc idem ex parte ipſius Abraham, qui præceſſit legem.

Ad cuius euidentiam ſciendum quòd habraam credendo deo eſt iuſtificatus,iuxta illud Gen. 59. Credidit Abrahā deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Secundo per fidem iuſtificatus, eſt pater multarum gentium conſtitutus,iuxta illud Gen.14. Erisq; pater multarum gentium,nec vltra vocabitur nomē tuum Abram,ſed appellaberis Abraham,quia patrem multarum gentium conſtituā te. Tertio ei tanquam patri multarum gentium eſt facta repromiſſio de hæreditate æterna,iuxta illud Gen.22.Benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum,ſicut ſtellas cœli(& ſequitur)benedicentur in ſemine tuo omnes reges vel (vt habet alia litera) omnes gentes. Quæ benedictio intelligenda eſt quantum ad æternum præmium.In hac autē benedictione, ei,& filiis ſuis & aliis ſuis fidelibus, qui imitarentur Abraham,facta fuit promiſſio æternæ hæreditatis. Vt ergo diuidamus hoc capitulum, vt gloſa videtur innuere,dicamus quòd illud idem, per quod eſt Habraæ iuſtitia collata,eſt ei paternalis

A dignitas tributa,& eſt ei promiſſio de æterna hæreditate facta.Quare ſi ex operibus legis fuiſſet Habraam iuſtificatus,tunc per opera legis fuiſſet Habraæ iuſtitia collata,& per illa eadem opera fuiſſet paternalis dignitas tributa, & per huiuſmodi opera fuiſſet ei promiſſio de æterna hæreditate facta. Volens ergo Apoſtolus ex ipſo Habraam patre noſtro oſtendere, quòd lea non iuſtificabat,tria facit:nam primo oſtendit quòd per opera legis non fuit Habraę iuſtitia collata: ſecundo declarat quòd per legis opera non fuit paternalis dignitas tributa: tertiò manifeſtat quòd per huiuſmodi opera non fuit repromiſſio de ęterna hæreditate facta.Poſſet autem ea omnibus talis ratio formari.Per illud idem,p quod Habraam fuit iuſtificatus, fuit ei iuſtitia collata, & paternalis dignitas tributa, & promiſſio de ęterna hæreditate facta:ſed per legem non fuit Habraę iuſtitia collata, nec paternalis dignitas tributa,nec promiſſio de ęterna hæreditate facta:ergo non fuit per legem iuſtifica-

B tus.Hæc ergo tria per ordinem declarātur. Secunda ibi(vt ſit pater omnium credentinm)Tertia ibi,(non eſt per legem promiſſio facta)Circa primum ſex facit ſecundum quod ſea rationes adducit ad probandum quòd per opera legis non habet eſſe iuſtitia. Secunda ibi(quid enim ſcriptura dicit.)Tertia ibi, (ei autem qui operatur)Quarta ibi,(ſicut & Dauid dicit.)Quinta ibi(beatitndo ergo hæc)Sexta ibi(& ſignum accepit circuncifionis.)

In prima parte ait,Si ſecundū carnem,ideſt,ſi ſecūdū opera carnalia eſt Abraham iuſtificatus,(habet gloriam,ſed non apud deum.)Hoc autem ſecundum gloſam poteſt exponi & de gloria vera,& gloria putatiua:ſi exponatur de gloria vana & putatiua,quæ eſt apud homines,fiet inde ratio oſtenſiua:ſed ſi exponatur de gloria vera,ratio idem fiet ad impoſſibile. Ergo ad gloriam putatiuam & vanam ſic formabitur ratio,Per quæcunq; quis non habet gloriam veram & apud deum,ſed magis habet gloriam vanā apud ſe &

C apud alios homines,per illa non eſt iuſtificatio: ſed ſi per opera legis Habraam habuiſſet gloriam, hoc nō fuiſſet apud Deum,ſed magis apud ſe & apud alios homines:ergo per huiuſmodi opera non eſt iuſtificatio. De hac autem ratione non ponit niſi virtutem medii.Continuetur ergo ſic litera,bene dico quòd ex operibus legis non eſt iuſtitia: quia(quid dicemus Habraam patrem noſtrum inueniſſe ſecundum carnem) ideſt ſecundum carnalia opera, & ſecundum carnales obſeruantias legis:(nam ſi Habraam eſt iuſtificatus ex operibus legis) ideſt carnalibus obſeruantiis(habet gloriam,ſed non apud deum.)ideſt ex hoc non habuiſſet gloriam veram & apud deum, ſed(ſupple)habuiſſet ex hoc gloriam vanam,& apud homines;tunc ergo complenda eſt ratio quòd illud, quod non dat gloriam apud Deum,non iuſtificat; opera legis ſunt

D huiuſmodi,ergo non iuſtificant.Secundo modo legitur litera de gloria vera:& tunc formāda eſt ratio ad impoſſibile,quæ ſic formatur, Qui ex operibus legis iuſtificatur,habet gloriam veram, non à deo ſed a ſe; ſed Abraham ſecundum rem ex operibus legis eſt iuſtificatus,ergo habet veram gloriam non a deo,ſed à ſe:hoc autem eſt impoſſibile quòd aliquis poſſit habere veram gloriam non à deo,ſed à ſe, ergo eſt impoſſibile illud vnde hoc ſequitur, videlicet, quòd Habraam ea operibus legis iuſtificatus ſit.Hoc etiam modo exponendo literam,de hac ratione non ponit apoſtolus niſi virtutem medii,dicens,Quid ergo dicemus Habraam patrem noſtrum inueniſſe ſecundum carnem, ideſt ſecundum carnales obſeruantias legis: ſi enim Habraam iuſtificatus eſt ex operibus legis, & ex carnalibns obſeruantiis, habet gloriam ſcilicet ęternam,& gloriam veram,ſed nōn apud deum, ideſt ſed non a Deo,ſed(ſupple)à ſe,& ex propriis meritis:

tunc ergo

tunc ergo eſt ſupplenda ratio, quòd cũ hoc ſit impoſſibile, impoſſibile eſt eum ex operis legis iuſtificatum eſſe. Notandum autem quòd aliud eſt iuſtificari hominem ex operibus, aliud iuſtificari ex fide & ex gratia: quia qui iuſtificatur ex fide & ex gratia, iuſtificatus eſt apud Deum, & à Deo: ſed qui iuſtificatur ex operibus & maxime ex operibus legis, quæ ſunt opera facta ex timore, cuiuſmodi ſunt opera præcedentia iuſtificationem, & gratiam: qui ſic iuſtificatus eſt, iuſtificatur à ſeipſo, & ex propriis meritis: & quia impoſſibile eſt hominem ſic iuſtificari, ex operibus legis non contingit eſſe iuſtitiam. Deinde cum dicit.

Gen. 15. Quid enim ſcriptura dicit? credidit Habraam deo, & raputatum eſt illi ad iuſtitiam.

Adducit ad hoc idem ſecundam rationem: formetur autem ſic, Quicunq; iuſtificatur ex ipſa credulitate & ex ipſa fide, non iuſtificatur ex operibus legis: ſed Habraam iuſtificatus eſt ex ipſa credulitate & ex ipſa fide: ergo nõ eſt iuſtificatus ex operibus legis. De hac autem ratione, ſicut conſuetum eſt, non ponit niſi virtutem medii: ideo ait, Quid enim ſcriptura dicit? credidit Habraam deo, & ex ipſa credulitate & ex ipſa fide (ſupple) reputatum eſt illi ad iuſtitiam, & reputatus eſt iuſtus apud Deum: fuit enim hoc Habrae ſufficiens cauſa ſalutis, vt gloſa dicit, & non ſolum Habraę ſed & alus põt eſſe ſufficiens cauſa ſalutis. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, quòd cum fides formata, de qua hic loquitur apoſtolus, ſit ſufficiens cauſa ſalutis ex operibus legis non eſt iuſtitia. Deinde cum dicit.

Ei autem, qui operatur, merces non imputatur ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum. Ei vero, qui non operatur, credẽti autem in eum, qui iuſtificat impium, reputatur fides eius ad iuſtitiam ſecundum propoſitum gratiæ dei.

Adducit ad hoc idem tertiam rationem ſumptam ex ipſis operibus: ſed ipſa opera poſſunt dupliciter accipi, primo pro operibus quibuſcunq;: ſecundo pro operibus præcedentibus gratiam vel præcedentibus fidem formatam. Secundum hoc itaq; dupliciter poteſt formari ratio: oſtenſiue, & ad impoſſibile: nam ſi legatur litera de operibus quibuſcunq;, fiet ratio oſtenſiua: ſed ſi legatur de operibus præcedentibus gratiam & fidem formatam, fiet ratio ducens ad impoſſibile. Primo modo formabitur ſic ratio, Sine quibuſcunq; poteſt quis iuſtificari, illa per ſe non iuſtificant: ſed ſine operibus legis poteſt quis iuſtificari, ergo opera legis per ſe non iuſtificant, de hac autem ratione, ſicut ſolitus eſt, ponit ſolam virtutem medii ſub hac forma, Qui poteſt operari requiritur vt operetur: ſed qui non habet tempus operãdi, ad iuſtificationem ſufficit ſola fides: ſed ſi alicui, vt ei qui nõ habet tempus operandi, poteſt ſola fides ſufficere ad iuſtificationem, ſequitur quòd aliquis ex ſola fide ſine operibus poſſit iuſtificari: & quia ſic eſt, opera per ſe non iuſtificant, ſed gratia & fides, ſine qua impoſſibile eſt placere Deo. Ideo ait, Ei autem qui operatur, id eſt ei qui habet tempus operandi, merces non reputabitur, id eſt merces non dabitur ſecundum gratiam fidei tantum, ſed ſecundum debitum operationis ſuæ: ſed ei qui non operatur, id eſt qui non habet tempus operandi, credenti autem in eum qui iuſtificat impium, id eſt ſi credat in chriſtum, qui gratis peccata ipſius dimittit, fides eius, id eſt ſola fides ſine operibus reputabitur ad iuſtitiam ſecundum propoſitũ gratię dei, id eſt ſecundum dei gratiam omnibus propoſitam & expoſitam: quia deus quantum eſt de ſe omnibus ſuam gratiam exponit, & omnibus eſt paratus ſuam gratiam dare. Vel ſecundum propoſitum gratię dei, id eſt ſecũdum quòd deus per gratiam longe ante propoſuit ſic ſaluare credentes. Notandum autem quòd illa per ſe faciunt aliquid tale, ſine quibus non poteſt illud fieri tale; vt albedo per ſe dealbat, quia ſine albedine nihil poteſt fieri album: ſi ergo per ſe opera iuſtificarent, ſine operibus nullus iuſtificari poſſet: ſed ſine operibus quis iuſtificari poteſt, vt ille qui habet fidem & non habet tempus operandi: ergo opera per ſe non iuſtificant. Secundo modo poteſt legi hæc litera de operibus præcedentibus gratiam, & fidem formatam: & tunc fiet ratio ducens ad impoſſibile. Formetur autem ſic, Quicunq; iuſtificatur ex operibus legis non iuſtificatur ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum; ſed ſecũdum te, o Iudęe, aliquis põt iuſtificari ex operibus legis, ergo aliquis iuſtificabitur non ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum: ſed hoc eſt impoſſibile, ergo & primum erit etiam impoſſibile, videlicet, quòd aliquis iuſtificetur ex operibus legis. Formãdo autem ſic rationem propoſitam, huius rationis ponit apoſtolus in litera virtutem medii, videlicet, quòd ſi ei, qui operatur carnalia opera legis, imputatur ad mercedem & ad iuſtitiã, hoc non erit ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum: & quia impoſſibile eſt ex propriis meritis & ex merito habere mercedem, & reputari iuſtum, impoſſibile eſt ex operibus legis iuſtificari; immo ſi nulla opera legis operetur, dum tamen credat in chriſtum, iuſtificari poterit. Ideo ait quòd ei autem qui operatur (ſupple) opera legis, ſed ſi ex talibus operibus credat iuſtificari, merces. i. iuſtitia nõ imputabitur ſedm gratiã ſed ſecũdũ debitum: & quia hoc eſt impoſſibile, impoſſibile eſt ex operibus legis iuſtificari: imo ſi nulla opera ceremonialia & carnalia operetur legis, dũ tñ credat in chriſtũ, poterit iuſtificari. Ideo ait ei autẽ qui non operatur huiuſmodi opera carnalia legis, credenti in eum, id eſt ĩ chriſtũ qui iuſtificat impium, reputabitur fides eius abſq; operibus legis ad iuſtitiam ſecundum propoſitum gratiæ Dei. Exponatur autem hic litera vt ante exponebatur. Deinde cum dicit.

Sicut & Dauid dicit beatudinem hominis cui deus accepto fert iuſtitiam ſine operibus. Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum.

Adducit ad hoc idem quartam ratione ſumptam ex auctoritate Dauid. Circa quod duo facit: quia primo ponit huiuſmodi rationem, ſecundo adducit ipſa verba Dauid ad rationis adductæ probationem ibi (Beati quorum). Formetur autem ſic ratio, Quicunq; ex accepto dei, id eſt, ex dei beneplacito, ſiue ex dei gratia, habet iuſtitiam, non iuſtificatur ex operibus legis: ſed homo ex dei accepto, id eſt, ex Dei beneplacito, ſiue ex Dei gratia, habet iuſtitiam: ergo nõ iuſtificatur ex operibus legis. Habraam ergo & quilibet alius homo ex operibus legis non eſt iuſtificatus. De hac autem ratione nõ ponit niſi virtutem medii. Continuetur ergo ſic, Benedictum eſt quod ex operibus legis non eſt iuſtitia, ſed ea dei accepto, & ex dei gratia, ſicut Dauid dicit beatitudinem hominis (ſupple) eſſe hic & in futuro, cui Deus accepto, id eſt ex accepto tempore, & ex beneplacito ſuo, & ex ſua gratia fert iuſtitiam, id eſt, quem Deus iuſtificat ſine operibus pręcedentibus. Et tunc ergo eſt ſupplenda ratio, quod ſi ſic ſit, iuſtitia habet eſſe ſine operibus legis. Notandum autem quod acceptum tẽpus poteſt accipi ſpecialiter pro tempore aduentus chriſti, quod ſpecialiter fuit tempus gratiæ, & tempus vo-

nie: vel poteſt accipi indifferenter pro quocunq; tempore ingemuerit peccator: quia quocunq; tempore peccator ingemiſcit, Deus hoc acceptat, & iuſtificat eum, non propter opera legis, nec propter opera præcedentia, ſed propter beneplacitum gratiæ ſuæ. Deinde cum dicit, Beati quorum.) Poſita ratione ſumpta ex autoritate Dauid, hic adducit verba ipſius Dauid ad dictæ rationis probationem: continuetur ergo ſic littera: bene dictum eſt quòd Dauid ait beatitudinem eſſe hominis non ex operibus, ſed quia deus ex ſuo accepto & ea ſuo beneplacito fert ei iuſtitiã: & quòd ſic ſit, patet: nam ipſe Dauid ait, Beati ſunt illi, quorum iniquitates ſunt remiſſę, ſupple, à Deo: & quorũ tecta ſunt peccata, ſupple, à Deo: & beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum. Totum ergo hoc eſt a Deo, & à dei accepto, & ea Dei beneplacito, non ea operibus. Notandum autem Prophetam hic tria tangere, videlicet iniquitates remitti, peccata tegi & peccatum non imputari: quæ tria poſſunt dupliciter adaptari: primo ſic: quia in peccato tria poſſumus conſiderare: nam aliqui peccant fidem deſerendo: ſecundo peccare poſſunt bonos mores præuaricando: tertio ex huiuſmodi peccatis puniuntur, obligationem pœnæ incurrendo. Secundum hanc autem adaptationem exponetur ſic litera, Beati quorum remiſſę ſunt iniquitates, quantum ad fidei deſertionem: & beati quorum tecta ſunt peccata, quantum ad morum præuaricationem: & beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum, quantum ad penæ obligationem. Alio modo poteſt hæc adaptatio fieri ſic, quia eſt dare triplex peccatum, videlicet originale, actuale graue, & actuale leue: beati ergo quorum remiſſæ ſunt iniquitates, quantum ad peccatum originale: & beati quorum tecta ſunt peccata, quantum ad peccata actualia grauia: & beatus vir cui non imputauit dominus peccatum, quantum ad actualia leuia. Notandum etiam quòd iniquitas peccati originalis dicitur remitti, quia licet tollatur quantum ad culpam, non tamen tollitur quantum ad fomitem: fomes ergo peccati & concupiſcentia, quam incurrimus ex originali peccato, non totaliter tollitur per baptiſmum & gratiam, ſed remittitur & debilitatur. Deinde cum dicit.

Beatitudo ergo hæc in circunciſione tantum manet, an etiam ĩ præputio? Dicimus enim quia reputata eſt Habraæ fides ad iuſtitiam. Quomodo ergo reputata eſt? in circunciſione, an in præputio? Non in circunciſione, ſed in præputio.

Adducit ad hoc idem quintam rationẽ: formetur ſic, Cuicunq; imputatur iuſtitia non in circunciſione & in lege, ſed in præputio, & ante circunciſionem, & ante legem, non iuſtificatur ex operibus legis: ſed Habraæ fides reputata eſt ad iuſtitiam, non in circunciſione & in lege, ſed in præputio, & ante circunciſionem, & ante legem; ergo Habraam non eſt iuſtificatus ex operibus legis. Ideo ait, Beatitudo ergo hæc, ideſt, hæc iuſtitia & hæc beatitudo, quæ fuit in Habraam, in circunciſione tantum manet, an in præputio? Dicimus enim, ideſt nos ſcientes legem, dicimus quòd Habraæ reputata eſt fides ad iuſtitiam. Quomodo reputata eſt, ſupple, ei fides ad iuſtitiam? in circunciſione, an in præputio? non in circunciſione, ſed ante circunciſionẽ & in præputio: nam prius fuit Habraam iuſtificatus, & poſtea fuit circunciſus. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, quòd cum ante circunciſionem, & multo magis ante legem, fuerit Habraam iuſtificatus, iuſtitia illa non fuit ex circunciſione nec ex lege. Notandum autem quòd iuſtitia collata Habraæ à deo non fuit in circunciſione, ſed in præputio, primo

A quia huiuſmodi iuſtitia fuit ei collata tempore præputii, ante circunciſionem & ante legem: ſecundo dicitur illa iuſtitia nõ fuiſſe in circunciſione ſed in præputio, quia Habraam ex huiuſmodi iuſtitia non ſolũ debebat fieri pater circunciſionis, ideſt Iudæorum, ſed etiam præputii, ideſt Gentium: eſt enim Habraam ex hoc factus pater omnium fidelium & omnium credentium, ſiue illi credentes fuerint Iudæi, ſiue Gentiles: ergo tum quia illa iuſtitia data fuit Habraæ tempore præputii, tum etiam quia ex huiõi iuſtitia non ſolum debebat fieri pater circunciſionis, ſed etiam præputii, arguere poſſumus Habraam illam iuſtitiam non eſſe adeptum ex circunciſione, nec ex lege, quæ ſpecialiter reſpiciebat Iudæos, ſed adeptus eſt huiuſmodi iuſtitiam ex fide, quæ reſpicit omnes. Deinde cum dicit.

B **Et ſignum accepit circunciſionis, ſignaculum iuſtitiæ fidei, quæ eſt in præputio.**

Adducit ſextam rationem: formetur autem ſic, Illud, quod ſignum fuit iuſtificationis, non iuſtificauit: ſed in Habraam circunciſio ſignum fuit iuſtificationis, ergo eum non iuſtificauit. Hoc eſt ergo quod ait, Habraam accepit ſignum circunciſionis, ideſt accepit circũciſionem in ſignum. quod ſignum fit quaſi ſignaculum iuſtitiæ fidei, quæ eſt in præputio, ideſt quę iuſtitia fidei collata eſt Habraæ tempore præputii. Circunciſio ergo quia fuit ſignum & fuit ſignaculum iuſtitiæ fidei in Habraam, non iuſtificauit ipſum: quia quod eſt ſignum iuſtitiæ, non iuſtificat. Notandum autem quòd ſignum proprie ſumptum diuiditur cõtra cauſam, quia cauſa eſt prior eius cuius eſt cã vel tempore, vel natura: ſignum autem è contrario ſemper eſt poſterius eo, cuius eſt ſignum, vel natura, vel tempore, accipiendo hic ſignũ pro eo quod eſt ſignum tantum:
C quod eſt ſic ſignum alicuius, non facit illud nec eſt cauſa illius, vnde quod eſt ſignum iuſtificationis, non iuſtificat: circunciſio itaq; quia fuit data Habraæ vt eſſet tantum ſignum iuſtificationis, non iuſtificauit ipſum, ſed prius fuit iuſtus quàm eſſet circunciſus. Notandum etiam quod circunciſio reſpectu iuſtitiæ Habraæ non ſolum fuit ſignum, ſed etiam expreſſum ſignaculum: quia ſicut homo in circunciſione expoliatur carne libidinis, ſic, vt dicitur in gloſa, per iuſtitiam expoliatur quis ſordibus prioris natiuitatis. Notandum etiam quod per ſignaculum poſſumus exponere non pro expreſſo ſigno, ſed pro celato myſterio vt dicamus circunciſionem non ſolum eſſe ſignum repræſentationis iuſtitiæ, ſed etiam eſſe ſignaculum, ideſt eſſe quoddam ſignatum & ſecretum myſterium iuſtitiæ fidei; nam, ut Magiſter ait in gloſa, circunciſio fuit inſtituta octaua die ad deſignandum hoc ſecretũ myſterium diuinę iuſtitiæ, quòd poſt finem ſepte dierum
D ſeculi, quia totum ſeculum currit per ſeptem dies: vel poſt finem ſeptimæ ętatis, vt in octaua ętate circuncidetur, & auferetur à nobis omnis vetuſtas culpæ & pœnæ. Notandum etiam quod hæc litera cum hoc quòd eſt ratio principalis, quia ſi circunciſio fuit ſignum iuſtificationis, non iuſtificauit, eſt etiam, vt in gloſa tangitur, reſponſio ad tacitam quęſtionem. Poſſet enim aliquis quærere, cum Habraam fuerit iuſtificatus antequam fuerit circũciſus, ad quid fuit poſtea circunciſus? ad quod reſpondet apoſtolus, quod circunciſus fuit, vt circunciſio illa eſſet ſignum & etiã ſignaculum, ideſt eſſet expreſſum ſignum, & expreſſè repręſentaret iuſtitiam fidei, quæ eſt in pręputio, ideſt iuſtitiam fidei, quæ fuit data Habraæ tempore præputii.

Dubitaret forte aliquis de eo quod Apoſtolus ait, ſi Habraam iuſtificatus eſt ex operibus legis, habet gloriam, ſed non apud Deum; & Magiſter in gloſa ait,

quòd

quòd faciens legem habet gloriam, quia non moritur: tamen non habet gloriam apud Deum, quia non eſt hoc ei meritoriũ. Videtur autem hoc eſſe falſum: quia vt communiter arguitur, ipſum bonum obediẽtię eſt quid meritorium: ſed qui agit opera legis, facit opus obedientiæ, ergo eſt ei meritorium. Dicendum quod, vt antea dicebatur, hæc eſt differentia inter legem ſcriptam & legem fidei: quia lex ſcripta erat lex timoris, ſed lex fidei eſt lex amoris: lex ergo ſcripta operabatur per timorem & comminationẽ, ſed fides eſt quæ per dilectionem operatur, & maximè fides formata, de qua hic loquimur. Opera ergo præcedentia iuſtificationem, quia non fiunt ex charitate & ex dilectione, videntur eſſe magis opera legis: ſed opera ſequentia iuſtificationem, videntur eſſe magis opera fidei, quæ per dilectionem operatur. Cum ergo ad fugiendam pœnam ſufficiat non tranſgredi mandata: ad merendam autem gloriam requiratur gratia, ſine qua nihil eſt gratum: ſi quis facit opera legis, licet ex hoc non moriatur, id eſt nõ demereatur, quia ex hoc non meretur pœnam, tamen niſi habeat gratiam nõ glorificabitur apud Deum, nec habebit veram gloriã quia ſine gratia gloriam mereri non poſſumus, qualitercũq; caueas tibi à peccato vel ex timore vel ex amore ſufficit ad fugiendam pœnam: ſed ad merendã gloriam non ſufficit cauere à malo, & facere bonum ex timore, niſi hoc fiat ex charitate, & ex amore. Ex operibus ergo legis ſine gratia poſſemus forte effugere pœnam, ſed non poſſemus mereri gloriam: immo, ſi recte loqui volumus, ſicut non habentes gratiam poſſumus effugere hoc peccatum vel illud, ſed non poſſumus effugere omne peccatũ: ſic per legem ſine adiutorio gratiæ poſſumus effugere hanc pœnam debitam huic peccato vel illam debitam illi, non tamen poſſumus effugere omnem penam, ſicut non poſſumus effugere omne peccatum. In quantum ergo cauemus nos ab aliquo peccato per legem ſine adiutorio gratiæ, effugimus pœnam debitam huic peccato; ſed ex hoc non meremur gloriam. Quod verò arguebatur de obedientia: dici debet quòd licet obediendo effugiamus, ne debeatur nobis pœna, tamen niſi habeamus gratiam, & obediamus non ex timore, ſed ex amore, non merebimur gloriam veram, licet forte poſſimus mereri aliquam gloriam.

Vlterius forte dubitaret aliquis de eo quod Apoſtolus ait, & ſumptum eſt Gen. cap. 15. quod credidit Habraam Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiã: quod gloſa exponens, ait, quòd ſola fides eſt ſufficiens cauſa iuſtitiæ ad ſalutem. Sed hoc videtur falſum: quia multi ex fidelibus damnabuntur. Dicendum quod imaginari debemus charitatem ſe habere ad fide, ſicut lux ad colorem: quia ſicut color nõ poteſt agere nec mouere medium ſine luce, ſic nec fides poteſt agere opus meritorium ſine charitate: propter quòd conſueuerũt naturales dicere quòd lux eſt forma coloris: nam cum agere ſit à forma, eo ipſo quòd lux dat colori vt agat & quòd moueat viſum, dicitur coloris forma: ſic etiam eo ipſo quòd charitas dat fidei quòd agat opera meritoria, & quòd ſuus actus ſit meritorius, quod ſine charitate fieri non poſſet, dicitur eſſe charitas quaſi forma fidei: quia ſicut colores ſine luce ſunt informes, coniuncti autem cum luce ſunt coniuncti ſuæ formæ; ſic fides ſine charitate dicitur informis, cõiuncta vero charitati dicitur formata. Cum ergo dicitur quòd ſola fides eſt ſufficiens cauſa ſalutis: non eſt intelligendum de fide informi, quæ eſt ſine charitate, ſed de formata, quæ eſt charitati coniuncta: huiuſmodi autem fides formata, ſi non adſit tempus operandi vt in expoſitione literę dicebatur, per ſe ſine operibus eſt ſufficiens cauſa ſalutis: ſed ſi adſit tempus operandi & non operetur, peccatum incurrit, & eo ipſo fides, quæ erat viua & formata, efficitur mortua & in-

Charitas quomodo eſt forma virtutum.

A formis, quia, vt dicitur Iac. cap. 2. Fides ſine operibus, id eſt cum habet tempus operandi & non operatur, mortua eſt. Cum vero arguitur ꝙ multi habentes fidẽ damnabuntur: verum eſt de habentibus fidem informem: ſed nullus damnabitur habens fidem formatam.

Vlterius forte dubitaret aliquis de eo quod in litera dicitur, quòd ei qui non operatur, credenti autem in eum, qui iuſtificat impium, reputabitur fides eius ad iuſtitiam. Super quem locum tam Bedæ quàm Auguſtini recitatur hæc diſtinctio, quòd aliud eſt credere Deum, aliud deo, aliud in Deum. Nam credere deũ, eſt credere deum eſſe: credere deo, eſt credere vera eſſe, quæ à deo dicuntur: ſed credere in deum, eſt credẽdo per amorem in eum tendere. Cum ergo fides ſit vnus habitus, & vnius habitus ſit vnus actus, non videtur quòd omnia iſta poſſimus fidei attribuere. Dicendum quòd, quantum ad præſens ſpectat, habitus ad tria poteſt comparari: videlicet, ad materiam, circa quam verſatur: ad actum, quem operatur: & ad habi-

Pſal. 77. de cognitione vere vitę ca. 22.

B tus, quibus coniungitur: vt liberalitas tanquam ad materiam, circa quam verſatur, comparatur ad numiſmata & ad ea quæ poſſunt numiſmate menſurari: quantum vero ad actum, comparatur ad ſumptum facere: quantum vero ad habitum, cui adiungitur, comparatur ad magnanimitates, vel ad alios habitus, quibus eſt coniuncta. Secundum autem hæc tria, aliter & aliter de liberalitate loquendum eſt: nam vt liberalitas comparatur ad materiam, vult tempore debito numiſma habere, & adeſſe: vt comparatur ad actum proprium, vult delectabiliter ſumptum facere, quia hoc eſt cuiuslibet virtutis delectari, vel ſaltem non triſtari in proprio actu: ſed vt comparatur ad magnanimitatẽ, cui adiungitur, competit liberalitati honorifice expendere. Tria ergo competunt liberalitati, circa numiſmata verſari, ſumptum delectabiliter facere, & honorificè expendere: ſed hoc eſt aliter & aliter.

C Sic & in propoſito, fides ad tria comparari poteſt, videlicet ad proprium obiectũ, circa quod verſatur: ad proprium actum, quem operatur: & ad habitum charitatis, cui adiungitur. Proprium autem obiectum fidei, eſt veritas prima Deus ipſe: ſcdm hoc ergo fides credit deũ, qa credit deũ eſſe. Actus aũt, quẽ fides operatur, eſt credere deo: nã iſte eſt proprius actus fidei in ſe conſideratę, credere deo .i. credere vera eſſe, quæ a deo dicuntur: reſpicit enim fides tanquam proprium actum credere primæ veritati propter ſe & ſuper omnia. Sed tertio prout comparatur fides ad habitum charitatis, cui adiungitur, ſic competit fidei credere in Deum, id eſt credendo, in eum per dilectionem tendere. Illa ergo tria competunt fidei, ſed aliter & aliter: quia credere Deum competit ei ratione obiecti, circa quod verſatur: credere deo ratione actus, quem operatur: ſed credere in deum ei competit ratione charitatis, cui adiungitur.

D Vlterius forte dubitaret aliquis de eo quod in litera dicitur: Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates. Quod, ſecundum vnum modum exponendi, intelligitur de peccato originali. Sed contra: cum peccatũ originale non ſit niſi vnum, non deberet dici iniquitates in plurali: quantum ergo ad originale peccatũ, non remittuntur homini iniquitates, ſed iniquitas. Dicendum quòd & ſi peccatum originale vnum ſit, tamen propter diuerſas proprietates, & propter diuerſas comparationes plura ſortitur vocabula: propter quam pluralitatem vocabulorum, & pluralitem comparationum, huiuſmodi peccatum nominatum eſt, & dictum iniquitates: nominatur autem in gloſa nominibus pluribus. Poſſumus autem dicere quòd ſex nominibus huiuſmodi peccatum nominari conſueuit: dicitur enim peccatum originale, langor naturæ, tyrannus, lex membrorum, concupiſcentia, & fomes peccati. Hec autem ſex vocabula ſortitur propter ſex,

ad quæ comparari poteſt:nam huiuſmodi peccatum comparari poteſt ad parentes, a quibus emanat: ad naturam,quam inhabilitat:ad rationem,quam obnubilat:ad vires animę,quas inordinat:ad pœnã, quam cauſat:ad culpam,ad quam inclinat. Prout ergo comparatur ad parentes,à quibus emanat,ſic dicitur originale peccatum,quaſi peccatum à parentibus ex origine traductum,& contractum. Secundo prout comparatur ad naturam, quam ad bonum inhabilitat, ſic dicitur naturæ languor: quia homines inhabiles ſunt ad bona opera per agenda. Tertio prout comparatur ad rationem, quam obnubilat,ſic poteſt dici tyrannus: eſt enim hæc differentia inter tyrannum & Regem, quia Rex regit liberos, & vult habere ciues vt liberos:tyrannus vero,vt ſeruos: cum ergo ille ſit naturaliter ſeruus qui deficit in intellectu,vt ex Politicis haberi poteſt,quicquid nos facit in intelligendo deficere & noſtram rationem obnubilat,reducit nos in ſeruitutem,& poteſt vocari tyrannus,ſecundum quem modum loquendi licet quodlibet peccatum poſſit dici tyrannus, potiſſime tamen peccatum originale,ſecundum quod in corruptione & in libidine naſcimur,per quam natiuitatem obſcuratur lumen intellectus,& ratio obumbratur, tyranni nomen accepit. Quarto prout huiuſmodi peccatum comparatur ad vires, quas inordinat:quia facit vires inferiores rebellare rationi,dicitur lex membrorum, iuxta illud infra cap.7. Video aliam legem in membris meis repugnare legi mentis meę. Quinto prout comparatur ad pœnam,quam cauſat dicitur concupiſcentia: nam huiuſmodi concupiſcentia eſt pœna inflicta per originale peccatum: & ſi ante baptiſmum habeat rationem culpæ, poſt baptiſmum vero habet rationem pœnę tantum,iuxta illud Augu.& habetur in gloſa, Concupiſcentia vel concupiſcibilitas ante baptiſmum culpa eſt,pœna poſt baptiſmum, & pœna tantum,& non culpa. Sexto prout huiuſmodi peccatum comparatur ad culpam,ad quam inclinat, dicitur fomes peccati: quia hoc eſt eſſe fomitem peccati, facere pronos ad culpam, & inclinare ad peccatum.

Vlterius forte dubitaret aliquis de hoc peccato originali, Vtrum per circunciſionem tolleretur? Dicendum quòd nunquam alicui in aliquo ſtatu fuit clauſa via ſalutis: attamen huiuſmodi via fuit minus determinata in ſtatu naturæ,& magis determinata in lege ſcripta, & adhuc magis determinata in lege gratiæ. Nam in lege naturæ ſaluabantur paruuli in fide parentum: adulti per ſacrificia: ſed non erat determinatum qualiter, ſed quilibet pro libero ſuo arbitrio voluntatis,ſicut deus ſibi inſpirabat,ſic in recognitionem propriæ ſeruitutis Deo ſacrificia offerebat. In lege vero ſcripta fuit magis determinatũ remedium pro originali peccato:quia data fuit ad hoc circunciſio. In lege autem gratiæ magis determinatum eſt remedium:quia datus eſt baptiſmus:baptiſmus autem eſt determinatum remedium in omnibus,quia omnes hoc modo ab originali liberantur: nam ſine baptiſmo fluminis,vel flamminis aut ſanguinis, non eſt remiſſio originalis peccati: circunciſio verò non erat determinatum remedium in omnibus, ſed ſoli mares circuncidebãtur. In lege ergo naturæ remedium pro originali in paruulis fuit fides parentum, in adultis ſacrificia:in lege verò ſcripta circunciſio:in lege gratiæ baptiſmus. Ad hanc veritatem roborandam valet auctoritas Gregorii in moralibus allegata, videlicet, quod apud nos valet aqua baptiſmi, hoc egit apud veteres pro paruulis ſola fides, pro maioribus virtus ſacrificii, pro iis vero qui de ſtirpe Habraæ prodierunt,myſterium circunciſionis.

Lib.4.

Vlterius forte dubitaret aliquis,cur Populo Iudaico fuit data circunciſio. Dicendum quod,vt Magiſter

A tangit in gloſa,quinque cauſis fuit circunciſio data: primo propter meritum obedientiæ, nam Habraam in hoc deo obediendo,apud deum meruit & ei placuit. Secundo data fuit in ſignum fidei:nam illa circunciſio facta in carne Habraę ſignificabat in eo fidem,per quam erat ab iſtis terrenis ſeparatus & circũciſus,iuxta illud quod habetur in lectione hodierna, quòd Habraam accepit circunciſionem tanquam ſignaculum iuſtitię fidei eius. Tertio data fuit circunciſio in ſignum diſtinctionis, vt ſcilicet populus Hebræus ab aliis nationibus diſtingueretur: & rationabiliter quia de hoc populo naſciturus erat Meſſias, per quem fit ſpiritualis circunciſio electorum. Quarto data fuit circunciſio in documentum caſtitatis:quia fit in membro,in quo ſolet dominari libido. Quinto data fuit in remedium originalis peccati:quia quod nunc apud nos facit baptiſmus, hoc fecit apud iudęos circunciſio. Quòd ſi alicui eſſet curę de remedio originalis peccati vlteriora ſcire, quàm B hic tangatur,in quodam noſtro tractatu quẽ ſeptem capitulis ſecundum ſeptem literas proprii nominis diſtinximus,poterit plura conſpicere. Et quia ibi eſt hoc diffuſius pertractatum, & de originali peccato vnde nomen accepit ille tractatus, eſt ibi ſermo largior, volumus hic breuius pertranſire.

Vlterius forte dubitaret aliquis,vt Magiſter in gloſa dubitat, Quare fuerit mutata circunciſio in baptiſmum. Dicendum quòd baptiſmus,vt tactum eſt, nunc in tempore legis gratiæ eſt remedium contra originale peccatum, ſicut in tempore legis ſcriptæ erat circunciſio:tamen cum tempus gratiæ ſit tempus plenitudinis,& lex fidei ſit vniuerſalior, plenior, & efficacior,quàm lex ſcripta, dignum fuit quòd circunciſio mutaretur in baptiſmum:quia baptiſmus eſt remediũ vniuerſalius,plenius,& efficacius: eſt enim remedium C vniuerſalius,quia circunciſio non erat remedium niſi quo ad mares,& quo ad eos, qui erant de ſtirpe Iſraelitica, ſed baptiſmus eſt remedium quo ad omnes. Rurſus hoc remedium eſt plenius: quia hic confertur plenior gratia. Tertio hoc remedium eſt efficacius, quia baptizati ſi non habeant aliud impedimentum, ſtatim ad cœlum euolant, & fruuntur diuina viſione. Sed in prioribus temporibus circunciſi nõ ſtatim euolabant ad cœlum,nec ſtatim fruebantur diuina viſione,ſed ibant ad limbum, ſiue ad ſinum Habraę.

LECTIO XIIII.

VT ſit pater omnium credentium per præputium, vt reputetur & illis ad iuſtitiam.

D Poſtquam apoſtolus ad reprimendum Iudæorum iactantiam glorantium & iactantium ſe de lege, oſtendit quòd patri noſtro Habraæ non fuit per legem tributa iuſtitia:in parte iſta,vt dicebatur, oſtendit quòd non fuit ei per legem paternalis dignitas collata. Fuit autem Habraam, quantum ad præſens ſpectat,dupliciter pater noſter:primo quantum ad fidem & quo ad credenda: Secundo quantum ad mores & quo ad agenda: ipſe enim fuit exemplar fidei,& morum: ipſum etiam tãquam patrem vtroque modo imitari debemus. Duo ergo facit: nam primo oſtendit quod Habraæ non fuit collata paternalis dignitas per legem,quantum ad fidem & quo ad credenda. Secundo declarat quòd per legem non fuit ei collata paternalis dignitas,quãtum ad mores & quo ad agenda, ibi (Et ſit pater circunciſionis.) In prima parte talem rationem intendit, quod fuit collatum

habraæ

Abrahæ tempore preputii & ante legem, non fuit ei collatum per legem:ſed paternitas credentium, ideſt paternitas fidei quantum ad credenda fuit collata habrae tempore præputii & ante legem:ergo non fuit ei collata per legem. De hac autem ratione poſuit ſolam virtutem medii. Continuetur ergo ſic litera: dictum eſt quòd tempore præputii, habraam habuit ex fide iuſtitiam: quod ideo factum eſt quòd tempore præputii habuerit iuſtitiam (vt ipſe ſit) ideſt vt oſtendatur eſſe (per præputium) ideſt per fidem & iuſtitiam, quæ fuit ei collata tempore præputii (pater omnium credentium) ideſt pater fidei quo ad omnes credentes, (vt & illis) ideſt vt & credentibus imitantibus habraam (reputetur) ipſum credere & ipſa fides (ad iuſtitiam) ſicut, ſupple, fuit reputata ipſi habraæ. Tūc ergo eſt ſupplenda ratio, quod ſi per præputiū, ideſt tempore præputii, quod fuit ante circuncifionem & ante legem, fuit Habraam pater credentium, habuit B paternitatem non per legem ſed per fidem. Notandū autem quòd dicitur Habraam pater fidei quo ad nos credentes, quia exemplo eius mouemur & incitamur ad credendum, & quod moti & incitati generatur fides in cordibus noſtris, qua fide generata reputatur nobis ad iuſtitiam, ideſt reputamur iuſti per huiuſmodi fidem, ſicut & habraam per fidem iuſtus reputatus fuit. Notandum etiam quod (ſicut) denotat ſimilitudinem, & non ęqualitatem: non ergo oportet quòd habendo fidem formatam, de qua hic loquimur, ſimus ęquales in iuſtitia ipſi Abrahę, ſed ſumus ei ſimiles. Notādum quòd ſicut filii naturales dicuntur huiuſmodi, quia ſimilantur patri in natura: ſic Habraā eſt pater credentium, & credentes ſecundum credulitatem ſunt filii Habraæ, quia in fide & credulitate, aſſimilantur ei. Deinde cum dicit.

Et ſit pater circuncifionis, non iis tantum, qui ſunt ex circunciſione: ſed & iis, C qui ſectantur veſtigia fidei, quæ eſt in præputio patris noſtri Abrahæ.

Oſtendit quòd habraæ non fuit collata per legem paternalis dignitas quo ad mores & quo ad agenda. Formetur autem ſic ratio. Qui eſt pater circuncifionis iuſtorum, ideſt qui eſt pater quantum ad mores & quantum ad agenda, non ſolum reſpectu iudæorum, ſed reſpectu gentium, non eſt factus pater per legem quæ ſpecialiter reſpicit iudæos, ſed eſt factus pater per fidem, quæ reſpicit etiam gentes: ſed Habraam eſt huiuſmodi ergo &cetera. Continuetur ergo ſic, Dictum eſt Habraam fuiſſe iuſtum tēpore præputii, vt ſit pater credentium quantum ad fidem, &, ſupple, fuit ſic iuſtus (vt ſit pater circūciſionis) ſupple, ſpiritualis, ideſt vt ſit pater circuncifionis vitiorum, ideſt morum & quo ad agenda, (non iis tan- D tum qui ſunt ex circunciſione) carnali, ideſt non tantum iudęi: (ſed) vt ſit pater (iis) ideſt omnibus credentibus (qui ſectantur veſtigia fidei patris noſtri habraę, quæ eſt in præputio) ideſt quæ fuit ei collata tempore præputii. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, quòd ſi habraam eſt pater circuncifionis ſpiritualis, ideſt morum non ſolum quantum ad iudęos, ſed etiam quo ad omnes credentes, qui ſectantur veſtigia fidei ſuæ, conſequens eſt quòd ipſe non ſit factus pater per legem, quæ ſpecialiter reſpicit iudęos, ſed per fidem, quæ reſpicit omnes credentes, & omnes ſectantes veſtigia fidei eius. Deinde cum dicit.

Nō enim per legem promiſſio Abrahæ, aut ſemini eius vt hæres eſſet mundi: ſed per iuſtitiam fidei.

Oſtenſo quòd Habraæ non fuit collata paternalis dignitas, nec iuſtitia per legem: in parte iſta oſtendit A quòd per legem non fuit ei promiſſio facta, ſed per fidem. Sciendum ergo quòd lex, quantum ad præſens ſpectat, tripliciter deficit à fide. Primo quia eſt fide poſterior: nam prius habraam credidit, & reputatū eſt ei ad iuſtitiam; & poſtea, vt dicitur ad Galatas, poſt quadringentos & triginta annos facta eſt lex): quod intelligendum eſt, vt gloſa dicit, à promiſſione facta habraæ. (Cap. 3.) Secūdo lex eſt fide imperfectior, quia lex ita peccatum oſtendebat & docebat, quòd auxilium non dabat vt vitaretur: ſed fides formata, de qua hic loquimur, præbet auxilium ad vitanda peccata. Tertio lex eſt fide particularior; quia lex data fuit ſolum populo iudaico, & ad eam tenebantur iudęi tantum: ſed ad fidē tenentur omnes volentes ſalui fieri, qa ſine fide impoſſibile eſt placere deo, vt dicitur ad Heb. 11. Tria ergo facit, ſecundum quod hoc triplici modo oſtendit promiſſionem de ęterna hæreditate non B eſſe factā Habraæ per legem, ſed per fidem: nam primo oſtendit hoc ex legis poſterioritate: ſecundo ex legis imperfectibilitate: tertio ex legis particularitate. Secūda ibi (ſi enim qui ex lege) Tertia ibi (nō enim qui ex lege.) In prima parte intendit talem rationem Quod factum eſt habraæ ante legem, non eſt factum per legem: ſed promiſſio de hæreditate ęterna eſt facta habraæ ante legem: ergo non eſt facta per legem, ſed per fidē, quæ præceſſit legem. Ideo ait, Non enim per legem promiſſio facta eſt habraę, aut ſemini eius vt hęredes eſſent mundi, quia nondum lex erat, vt gloſa ſupplet, ſed facta è ei per iuſtitiā fidei, quæ, ſupple, præceſſit legem. Notandum autem quod habraam non per legem, ſed pee iuſtitiam fidei factus eſt hęres mundi: quia de qualibet parte mundi, & de qualibet natione aliqui imitantur eum, vt exemplo eius habeant hæreditatem ęternam. In ſemine autem ſuo, ideſt, in chriſto factus eſt hæres mundi, quia chriſtus eſt hæres, ideſt Dominus mundi, iuxta illud Pſal. Da- C bo tibi hæreditatem tuam & cetera. Deinde cum dicit.

Si enim qui ex lege hæredes ſunt: exinanita eſt fides, abolita eſt promiſſio. Lex enim iram operatur.

Oſtendit per legem nō eſſe factam huiuſmodi promiſſionem propter imperfectionem ipſius legis: propter quod tria facit: quia primo ponit huiuſmodi rationem: ſecundo ſubiungit rationis probationem & declarationem: tertio infert intentam concluſionem. Secunda ibi (vbi enim non eſt lex.) tertia ibi (ideo ex fide.)

Ad euidentiam autem primę partis ſciendū, quòd benefacientes erunt filii regni & habebunt hæreditatem ęternam: malefacientes vero erunt filii perditionis, & habebunt poenam ęternam. Lex ergo quia ope- D ratur iram, & occaſionaliter incitat nos ad delinquēdum, non facit nos filios regni, ſed magis ſecundum hoc facit filios perditionis: non quin lex ſit ſancta & bona, ſed magis hoc eſt occaſionaliter & ex parte noſtra, quia peccatum, occaſione accepta per mandatū legis, ſeducit nos & occidit nos vt habebimus infra ſeptimo. Si ergo per legem eſſet promiſſio, cum talis promiſſio non poſſit impleri, quia neminem ad perfectum perducit lex, & ex lege non eſt iuſtitia, exinanita eſſet fides Habraæ, vel etiam fides cuiuſcunq; credentis, per quam creditur talem promiſſionem impleri, & etiam abolita eſſet talis promiſſio, quia nunquā impleretur. Formetur ergo ſic ratio, per illud quod operatur iram, & quod inducit & inclinat nos ad delinquendum, non ſit promiſſio de hæreditate ęterna, quia tunc fides de tali promiſſione eſſet exinanita, & huiuſmodi promiſſio eſſet abolita, ideſt inexpleta: ſed lex operatur iram, & inducit, & incitat nos ad delinquendum: ergo per legem non eſt facta hu-

iuſmodi promiſſio. Hoc eſt ergo quod ait, quod ſi qui ſunt ex lege, ſunt hæredes, ideſt, ſi per legem facta eſt promiſſio de hæreditate: exinanita eſt fides, ideſt euacuata eſt fides per quam creditur talem promiſſionē impleri, & abolita, ideſt expleta eſſet talis promiſſio, quia hoc poſito, nulli poſſent hæredes fieri, cuius cauſa eſt, quia lex operatur iram, quia incitat ad delinquendum, & ad peccandum: quod faciendo non facit nos filios regni, nec hæredes, ſed facit nos filios perditionis. Notandum autem quod cum fides, quam habuit Habraam de hæreditate ęterna, & quam habent omnes fideles, non poſſit exinaniri, & euacuari, quia innititur veritati primæ: & cum promiſſio facta de illa hæreditate non poſſit aboleri & expleri, quia facta eſt per os dei, & per veritatem primam, impoſſibile eſt quòd talis promiſſio ſit facta per legem: quia cum per legem non poſſimus hæreditatem obtinere, exinanita eſſet fides de tali hæreditate, & abolita eſſet talis promiſſio, quod eſt impoſſibile. Notandum etiam quod cum lex non conferret gratiam, & hæreditas æterna nōn poſſit obtineri ſine gratia, per legē non poterat fieri talis promiſſio: quia tunc promitteretur hæreditas per aliud, per quod obtineri non poſſet. Notandum etiam quòd apoſtolus ad magis exaſperandum negocium, & ad magis concludendum intentum, non ſolum ait legem non conferre gratiā, ſed dicit operari iram, per quod manifeſtius apparet quòd per eam hæreditas ęterna obtineri non poſſit, & per conſequens per legem non eſt facta promiſſio de ęterna hæreditate. Notandum etiam quod ſi bene attenderemus verba Pauli, quaſi quot ſunt ibi verba, tot ſunt rationes: nam ex eo quod dicitur, Exinanita eſt fides) poſſet formari vna ratio ſic, per illud nō eſt facta promiſſio de hæreditate ęterna, per quod exinanitur fides de æterna hęreditate: ſed per talem legem exinanitur fides de hæreditate ęterna: ergo per eam non eſt facta huiuſmodi promiſſio. Rurſus ex eo quod ſubditur. Abolita eſt promiſſio) poſſet alia ratio formari ſic, Per illud non eſt promiſſio de hæreditate ęterna, per quod talis promiſſio eſt abolita, & nō poteſt expleri, ſed per legem abolita eſt promiſſio, ergo per eam talis promiſſio non eſt facta. Vlterius ex eo quod ſubditur, (lex enim iram operatur) poſſet alia ratio ſic formari. Per illud quod operatur iram non ſit promiſſio de ęterna hæreditate: ſed lex operatur iram: ergo et cætera. Notandum etiam quòd hęc tria, videlicet operari iram, promiſſionem eſſe abolitam, & fidem eſſe exinanitam, ſe habent per ordinem: nam ex eo quod lex operatur iram, ideo facit promiſſionem eſſe abolitam, ideſt facit promiſſionem non poſſe expleri: quia incurrere iram dei eſt oppoſitum ad ęternam hæreditatem: quod ergo facit te incurrere dei iram, non poteſt tibi promittere ęternam hæreditatem, ſed facit quòd talis promiſſio ſit abolita, & quòd ſit inexpleta, & quòd ad te non perueniat. Rurſus quòd lex facit promiſſionem eſſe abolitam, ideo facit fidem exinanitā, quia fruſtra creditur aliquid & ſperatur, quod obtineri non poteſt, quare ſi per legem promiſſio de ęterna hæreditate eſt abolita & nō poteſt expleri, ſequitur quòd fides de tali hæreditate ſit exinanita, & quòd ſpes de huiuſmodi hæreditate ſit euacuata. Tota ergo hæc ſeries textus eſt demoſtrata, & per cauſam: vt quare lex euacuat fidem vel ſpem de hæreditate ęterna: quia facit promiſſionem abolitam, ideſt quia huiuſmodi promiſſionem non poteſt explere. Et quare non poteſt huiuſmodi promiſſionem explere? quia operatur iram, & facit nos occaſionaliter incurrere diuinam offenſam. Deinde cum dicit.

Vbi enim non eſt lex: nec præuaricatio.

A Probat quod dixerat, vel declarat rationem propoſitam: dixerat enim quod lex operatur iram; quod declarat ex hoc, quia facit nos præuaricari mandata, quæ preuaricando incurrimus dei iram: formetur ergo ſic ratio. Quicquid facit nos præuaricari diuina mandata, operatur in nobis diuinam iram: lex eſt huiuſmodi: ergo &c. De hac autem ratione non ponit niſi virtutem medii, dicens. Vbi enim non eſt lex, nec præuaricatio. q. d. quòd ex lege habet eſſe preuaricatio, & lex facit nos preuaricari, & per conſequens operatur iram, & facit nos incurrere diuinam offenſam. Notandum autem quòd per legem eſt præuaricatio tripliciter: primo ſi præuaricationis ſignificatio conſideratur: ſecundo quia homo per legem ad præuaricationem incitatur: tertiò quia per legem præuaricatio augmentatur. Nam ſi conſideremus præuaricationis ſignificationem, vt Magiſter tangit in gloſa, peccare contra legem eſt præuaricatio: nam, vt ait apoſtolus, vt in gloſa dicitur, Vbi non eſt lex, ibi non eſt
B iniquitas: ſed non eſt præuaricatio, quia peccata hominum non habentium legem, non dicuntur præuaricationes, ſed iniquitates: ſed peccata habentium legem, pręuaricationes dici poſſunt. Secundo lex operatur præuaricationem, quia cum oſtendat peccatum & non dat auxilium ad reſiſtendum, occaſionaliter incitat concupiſcentiam ad pręuaricandū. Tertio dicitur lex præuaricationem facere, quia pręuaricationē augmentat, quia habentes legem, faciendo contra ipſam, augmentatur præuaricatio, & magis peccant, quàm ſi legem non haberent. Deinde cum dicitur.

Ideo ex fide, vt ſecundum gratiam firma ſit promiſſio omni ſemini!

Concludit concluſionem intentam, videlicet, quòd per fidem, debet eſſe firma promiſſio de hæreditate ęterna, nō per legem: poſſet autem ſic formari ratio, Per illud eſſe debet firma promiſſio de hæreditate
C ęterna, per quod poſſumus conſequi ęternam hęreditatem: ſed per fidem ſecundum gratiam poſſumus hoc conſequi: ergo per fidem ſecundum gratiam debet eſſe firma talis promiſſiō. Continuetur ergo ſic litera. Dictum eſt quòd per legem non eſt facta promiſſio de hęreditate ęterna, quia lex non poteſt talem promiſſionem explere, non poteſt talem hęreditatem dare: ſed quia fides per gratiam hoc poteſt facere, ideo ex fide (ſupple) eſt talis hęreditas expectanda, vt ſecundum gratiam (ſupple) fidei ſit firma promiſſio ſemini Abrahæ, ideſt omni credenti, & omni qui imitatur Abraham. Notandum autem quòd ait (ex fide vt ſecundum gratiam ſit firma promiſſio) quia fides informis non poteſt nobis tribuere ęternam hæreditatem, ſed fides cum gratia: & fides cū gratia, & fides formata eſt illud quod nos facit filios regni, & quod
D nos ordinat ad æternam hæreditatem. Deinde cum dicit.

Non ei qui ex lege eſt ſolum, ſed & ei qui ex fide eſt Abrahæ, qui pater eſt omnium noſtrum, ſicut ſcriptum eſt, Quia patrem multarum gentium poſui te ante deum cui credidiſti, qui viuificat mortuos, & vocat ea quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſunt.

Oſtendit ex legis particularite, promiſſionem huiuſmodi non eſſe ex lege factam. Ad cuius euidentiā ſciendum quòd promiſſio iſta non eſt facta ſolum iudęis, ſed eſt facta omnibus credentibus, ſiue ſint iudęi, ſiue ſint gentiles. Secundo hæc promiſſio eſt facta Abrahæ, non vt eſt pater iudęorum tantum, ſed vt eſt pater gentium, & vt eſt pater omnium credentium.

Tertio

Tertio hęc promiſſio facta eſt à deo, qui non ſolum vocat iudæos ad fidem, ſed etiam vocat gentes, & vocat omnes. Secundum hoc ergo poſſent formari tres rationes ad propoſitum: apoſtolus tamen gratia breuitatis omnia iſta tria media in vnum coniungit. Vt ergo conformemur literę apoſtoli, ex omnibus iſtis tribus medius conſtabitur vna talis ratio, Illa promiſſio quæ facta eſt omnibus credentibus, tam iudæis, quàm gentilibus, & quę facta eſt Abrahæ vt eſt pater omnium credentium, non ſolum iudæorū, ſed etiam gentium, & quæ facta eſt à Deo qui non ſolum vocat iudęos, ſed gentes, non eſt facta per legem, quæ ſpecialiter reſpicit iudęos, ſed facta eſt per fidem quæ reſpicit omnes: ſed promiſſio de ęterna hæreditate eſt huiuſmodi, ergo &c. de hac autem ratione ponit virtutem omnium horum trium mediorum. Continuetur ergo ſic, bene dictum eſt quòd per legem non eſt facta talis promiſſio, quia huiuſmodi promiſſio non eſt facta ſolū ei qui eſt ex lege ideſt iudęo, ſed etiam eſt facta ei qui eſt ex fide Abrahæ, ideſt, qui ſequitur fidem Abrahæ, hoc eſt facta omni credenti ideſt tam iudęo quàm gentili, ideſt eſt facta Abrahæ vt ē pater omniū noſtrum, ideſt omnium credentium. Facta eſt ergo promiſſio omni qui eſt ex fide Abrahæ, & facta eſt ipſi Abrahæ qui eſt pater, ideſt vt pater omnium noſtrū, ideſt omnium credentium non ſolum iudęorum, ſed etiam gentiū, ſicut ſcriptum eſt Gen. 17. quia patrem multarum gentium poſui te ante deum, cui deo credidiſti de promiſſione tibi facta. Qui deus promiſſionē faciens, ſicut fecit promiſſionem omnibus, & ſicut cōſtituit Abraham patrem omnium, ſic vocat omnes, ſicut ait, quòd viuificat mortuos, ideſt iudęos: & vocat ea quę non ſunt, ideſt gentes, tanquam ea quæ ſunt, ideſt iudęos: vocat ergo omnes, tam iudęos quam gentes. Tunc ergo ſupplenda eſt ratio, quod ſi hęc promiſſio facta eſt omnibus, facta eſt Abrahæ, vt eſt pater omnium, facta eſt à Deo, qui vocat omnes, non fuit facta per legem, quę fuit ſpecialis iudęis, ſed per fidē, quę eſt communis omnibus. Notandum autem quod aliud eſt eſſe mortuum, aliud eſt non eſſe: nam mortuus licet non ſit ſecundum formam, quia caret vita, tamen eſt ſecundum materiam, in qua fundabatur forma, & in qua habebat eſſe vita, quia eſt ſecundum corpus, in quo erat anima, & viuebat per animā: ſic enim dicitur homo mortuus, non quòd anima moriatur, ſed quia deſinit eſſe coniunctum, & remanet ipſum corpus mortuum: in quo erat anima, & quod viuebat per animam. Illud autem non eſt, quod non eſt ſecundum materiam, nec ſecundum formam. Iudæi ergo peccatores dicebantur mortui, non tamen dicebantur non eſſe: quia licet per peccatum amitterent charitatem, & ſpiritualem vitam, poterat tamen eis remanere fides informis. Cum ergo fides ſit fundamentum ſpiritualis ædificii, ratione huius aliquid videbantur eſſe, ratione cuius non dicebantur non entes, ſed mortui. gentes vero quia nihil habebant de ſpirituali ędificio, nec fidem, nec charitatem, nec fundamentum nec aliquid tale, ideo dici debent non entes: ideo ait, quòd deus ſecundum gratiam vocat ea quę nō ſunt, ideſt gentes, tanquam ea quæ ſunt, ideſt tanquam iudęos, qui videbantur aliquid eſſe. vel aliter illud dicitur mortuum quod prius vixit, quod autem nunquam vixit, non poteſt dici mortuum, ſed poteſt dici non eſſe: iudęi ergo, qui aliquando vixerant, cum peccabant poterant dici mortui: gentes vero quæ nunquam vixerant, in peccatis exiſtentes, poterant dici non entes. Notandum etiam quod hic textus ſecundū gloſam poteſt referri vel ad iudæos & gentes vt dictū eſt, vel ad diuinam prædeſtinationem, vt quia deus omnia in ſe diſpoſuit, vocat ea quæ non ſunt, ac ſi eſſent, quia ſunt apud ipſum diſpoſita.

Ad intelligētiā aūt dictorū, quia in litera lectionis

A huius ſit mētio de circūciſione cōtingit aliq̃ de circūciſione dubitare. Circa quę dubitatur primo, quo tpe Fiebat circuncifio? Ad ꝙ reſpondet Magiſter in gloſa quod fiebat octaua die. Sed contra, nam ſecundum Gregorium, quę facit apud nos baptiſmus, faciebat apud filios Iſrael circūciſio: ſed cum timetur de morte infantis acceleratur apud nos baptiſmus, ergo cū apud iudęos timebatur de morte pueri, accelerabatur circunciſio. Pręterea contingebat aliquos naſci in ſabbato: quare ſi octaua die debebat fieri circunciſio, fuiſſet facta ſequenti ſabbato: ſed in ſabbato nullum opus fieri debebat, ergo &c. Dicendum quod ſicut loquimur de lege, ſic loquendum eſt de ſacramentis, quibus vtebantur exiſtentes in illa lege. Cum ergo lex moſayca eſſet lex particularis, circunciſio licet non incepiſſet cum lege ſed ante legem, tamen quia vtebantur ea exiſtentes ſub illa lege, non erat ſacramentum vniuerſale, ſed particulare, vnde non erat B remedium niſi quantum ad mares, non quantum ad fœminas: de fœminis autem iudęorum videbatur illud idem eſſe iudicium, quod erat de exiſtentibus in lege naturæ, videlicet, quod pro mulieribus paruulis erat remedium fides, & ſacrificia. hoc idem Poſſumus dicere de maribus ante octauum diem. Voluerunt tamen quidam dicere quòd cum timebatur de morte pueri, accelerabatur circunciſio: ſed cum illud remedium non eſſet vniuerſale ſed particulare, non video neceſſitatē opinionis huius: ſicut ergo fœminę ſaluabātur ſine circunciſione, quia præceptū huiuſmodi non ſe extendebat ad fœminas, ſic dici poteſt quòd paruuli ante octauum diem ſi contigiſſet eos decedere, potuiſſent ſaluati per fidem parentum, vel per aliqua ſacrificia pro eis oblata añ octauū die, qa p̄ceptū de circunciſione ad tempus illud ſe non extendebat. Quod verò arguebatur, quod tunc contigiſſet ali- C quando circunciſionem fieri in ſabbato. Dici debet, vt communiter dicitur, opus ſeruile non debebat fieri tali die, ſed opus ſpirituale, & diuinum fieri non prohibebatur: exēplum habemus à chriſto, qui cum factus eſſet ſub lege, multos ſanauit in ſabbato.

Vlterius forte dubitaret aliquis de circunciſione Abrahæ, quam Magiſter in gloſa dicit ei fuiſſe datam vt per obedientiam mandati placeret Deo. Sed contra: ipſe prius deo placebat, & ante fuit iuſtificatus, quàm circunciſus, ergo &c. Dicendum quod ratio nō arguit propoſitum, ſed oppoſitum: quia nunquam poſſumus per aliqua placere Deo, niſi prius iuſtificati ſimus. Nam cum idem ſit aliquid eſſe placitum deo, & ei eſſe gratum, & impoſſibile ſit quòd faciamus opera deo grata, & meritoria, niſi ſimus in gratia, impoſſibile eſt facere opus deo gratum, & deo placens, niſi ſimus in gratia, & per conſequens niſi ſcimus iuſti: opera ergo non faciunt hominem de non iuſto iuſtō, & de non placente placentem, quia tunc per opera D noſtra poſſemus mereri gratiam, & iuſtitiam: quod eſt impoſſibile: tamen per opera poteſt quis fieri de placente magis placens, & de iuſto magis iuſtus, quia poſtquam habemus gratiam & iuſtitiam, per opera noſtra poſſumus mereri augmentum gratiæ & iuſtitię. Hoc ergo modo data fuit circunciſio Abrahę, vt per obedientiam pręcepti, deo placeret: non vt de nouo placeret, ſed vt amplius placeret.

Vlterius forte dubitaret aliquis, quid ſignificabat circunciſio? Ad quod reſpondet Magiſter in gloſa, quod duę ſunt res illius ſacramenti, ideſt duę res ſignificabantur per illud ſacramentum, ſcilicet ablutio originalis culpę, & circunciſio à peccatis in pręſenti & circunciſio ab omni pollutione in futuro. Sed hoc videtur eſſe falſum: quia vnius ſacramenti videtur eſſe vna res ſignificata, ergo &c. Dicendum quòd ſicut videmus in corporalibus, ita in ſpiritualibus arbitrari poſſumus. Videmus enim quod vnius motus vnus

eſt terminus per ſe primò & immediate,tamen media
te vnius motus poſſunt eſſe plures termini : vt altera
tio tanquam ad terminum immediatum , ordinatur
ad formam accidentalem ; tamen quia omnis paſſio
magis facta abiicit a ſubſtantia, per nimiam alteratio
nem non ſolum tollitur forma accidentalis, ſed ſub-
ſtantialis,vt per calefactionem ſummam , & ſuperex-
cedenſem inducitur forma caloris ſuperexcedens,
tamen inducta forma caloris ſuper excedente , indu-
citur forma ignis:ita quòd vna & eadem calefactio,ſi
ſit ſuperexcedens, inducit formam accidentalē vt for-
mam caloris , & formam ſubſtantialem vt formam
ignis:ſed hoc non eſt eodē modo, quia calefactio im-
mediate ordinatur ad formam caloris & ad formam
accidentalem,mediatè verò poteſt ordinari ad formā
ſubſtātialem,vel etiam ad aliquam formā aliam prę-
ter formam caloris.Sic etiam in propoſito , circunci
ſio immediate ordinatur ad deletionem culpæ ori-
ginalis,ita quòd hæc res erat huius ſacramenti princi
paliter & primo,ablatio originalis culpæ : ex conſe-
quenti vero res huius ſacramenti erat circuncifio a
vitiis in præſenti , & ab omni pollutione in futuro.

Vlterius forte dubitaret aliquis de ipſo Baptiſmo,
qui in lege noua facit quod faciebat circuncifio in
veteri. Et eſt queſtio , quam Magiſter tangit in gloſa
lectionis præcedentis, Vtrum cum parentes ſint ba-
ptizati,& ſint liberati ab originali culpa,generent fi-
lium ab originali peccato liberum.Ad quod reſpon-
det Magiſter in gloſa,quòd baptizatus generat ſecun
dum carnem filium , qui trahit peccatum originis, à
quo ipſe iam liber erat.Sed hoc videtur falſum: quia
cum ipſe non habeat originale peccatum,non vide-
tur quòd poſſit inficere filium per originalem culpā.
Dicendum quod hic triplex diſtinctio poteſt fieri: pri
mo ſic,quia aliquid eſt tale formaliter , aliquid vero
virtualiter & cauſaliter : vt ignis eſt calidus formali-
ter,ſol vero cauſaliter & effectiue : vtroq; autem mo-
do contingit aliquid calefieri,& ab eo quod eſt cali-
dum formaliter vt ab igne,& ab eo quod eſt calidum
effectiue,vt a ſole.Sic & in propoſito , licet parentes
baptizati non habeant in ſe peccatum originale for-
maliter quia ſunt ab illo mundati:habent tamen cau
ſaliter,vnde poſſint prolem inficere.Alio modo po-
teſt diſtingui ſic,quòd aliud eſt mundari aliquid vt eſt
aliquid in ſe,& aliud vt eſt principium alterius. Vide-
mus enim quòd granum mundatum & excuſſum à
palea,facit & generat granum cum palea;quia vt ali-
quid in ſe,eſt mandatum a palea,non vt eſt principiū
alterius:ita quòd in ipſo reſeruatur quędam ratio ſe-
minalis,vnde ex eo conſurgit granum paleatum : ſic
& in propoſito,licet parentes baptizati, ſint mundati
ab originali vt ſunt quędam perſonę in ſe, non tamē
ſunt mundati ab originali vt ſunt principium filiorū
immo in eis regnat quędam libido,& quędam concu
piſcentia , vnde filii generati ex ipſis originalem tra
hunt noxam,vt Magiſter tangit in gloſa lectionis prę
cedentis.Tertio modo poteſt diſtingui ſic , quia parē
tes ſunt nati, & renati : ſunt nati ex Adam carnaliter,
ſunt renati per chriſtum ſpiritualiter. Vt ſunt nati ex
Adam carnaliter,contraxerunt originalem noxam;
vt ſunt renati per chriſtum,ſunt ab huius noxa abſo-
luti . Conſtat autem quòd parentes non generant vt
ſunt renati ſpiritualiter , & vt ſunt a noxa abſoluti,
ſed generant vt ſunt nati carnaliter , & vt contraxe-
runt noxam peccati:& quia non generant vt ſunt re-
nati & vt ſunt mundati, non generant prolem,mūdā
ſed generant prolem immūdam, quia generant vnde
carnaliter nati, & infecti ſunt.

Vlterius forte dubitaret aliquis : & videtur quòd
nos de lege noua ſimus conditionis peioris,quàm fue
runt illi de lege naturę.Nam paruulis eorum ſufficie-
bat ſola fides parentum vt dictum eſt,nobis autem nō

A ſufficit ſine baptiſmo,ergo &c.Dicendum quòd ſecun
dum philoſophum in libro cęli & mundi , Quę per 2.cœli.tex.63.
pauciora opera acquirunt finem ſuum , nobiliora
ſunt : ſed hoc intelligendum eſt quando fines ſunt pa
res,vt qui per pauciora opera poteſt acquirere ſani-
tatem,melioris conditionis eſt eo,qui per plura ope-
ra acquirit eam:ſed hoc intelligendum eſt ſi ſit par ſa
nitas vtriuſq;,quia qui maiorem ſanitatem poteſt ac
quirere per plura opera , eſſet conditionis melioris,
non peioris.Sic & in propoſito,ſi eſſet par gratia quę
confertur paruulis per baptiſmum,& quę conferebā
tur in lege naturæ per fidem parentum,ratio pręfata
concluderet:ſed quia tanto eſt maior gratia, quę cō
fertur nunc per baptiſmum,quàm tunc per ſolam fi-
dem parentum,quod ſi paruuli indigent nunc bapti-
zari,melioris conditionis ſunt,non peioris.

LECTIO. XV.

B QVi contra ſpem in
ſpem credidit , vt
fieret pater multa-
rum gentium, ſecū
dum quòd dictum
eſt ei . Sic erit ſe-
men tuum ſicut ſtel
læ cæli , & arena
maris .

Poſtquam apoſtolus oſtendit quòd Abraham non
per legem , ſed per fidem , eſt iuſtitiam,paternitatem
& repromiſſionem adeptus.In parte iſta , vt Magiſter
ait in gloſa,commendat fidem habrae vt alii illum
C imitentur.Secundum hoc ergo diuiditur hęc pars in
duo,quia primo fides ipſius habraę commendatur,ſe-
cundo eius fides commendata in exemplum nobis
proponitur ibi,Ideo reputatum.)

Sciendum autem,quòd tunc eſt aliquis commenda
bilis ſecundum fidem, quando credit totaliter firmi-
ter,& perſeueranter:nam aliqui credunt ſed non ſim-
pliciter & totaliter ,quia non credunt omnia, ſed ali
qua,vt forte credunt ea quę repuguant conſuetudi-
ni naturali,quę autem ſunt contraria , non credunt;
tales quidem non credunt ſimpliciter & totaliter, ſed
quodammodo,& aliqualiter . Secundo aliqui forte
credunt totaliter,quia forte credunt omnia quę ſibi
proponnntur:tn̄ nō credūt firmiter, quia in credēdo
vacillant.Tertio aliqui credunt totaliter & firmiter,
ſed non credūt perſeueranter , ſed ad tempus credūt
& ad tp̄s recedunt : ita ꝙ per temporis dilationem in
fide heſitant,& à fide retrahūtur.Abraham verò quia
D credidit ſimpliciter,firmiter,& perſeueranter, ideo in
commendando fidem eius,tria facit, ſecundum quòd
hęc tria probat.Secunda ibi,(& non infirmatus eſt in
fide.)Tertia ibi(in repromiſſionem etiam dei.) In pri
ma parte poteſt ſic formari ratio.Qui non ſolum cre
didit naturę conſueta,ſed etiam credidit ea quę ſunt
contra ſpem,& conſuetudinem naturæ, credidit ſim-
pliciter & totaliter:ſed Abraham credidit ea quę ſunt
contra ſpem,& contra conſuetudinem naturę : ergo
credidit ſimpliciter,& totaliter . De hac ratione po-
nit virtutem medii , videlicet , quòd credidit ea quæ
erant contra ſpem naturalem,id eſt contra conſuetu
dinem naturæ.Legatur ergo litera . Benè dico quòd
Abraham eſt commendabilis ſecūdum fidem, & quòd
credidit ſimpliciter,& totaliter:qui,id eſt quia contra
ſpem naturalem,& contra conſuetudinem naturalem
credidit:ſpe id eſt per ſpem diuinam,vel per ſpem quā
habebat in Deo,vt fieret pater multarum gentium,
ſicut dictum

A ſicut dictum eſt ei Gen. 22. ſic erit ſemen tuum ſicut ſtellæ cęli, & ſicut arenę maris, ideſt, vt gloſa esponit; innumerabiles erũt boni, qui ex te naſcentur, qui intelliguntur per ſtellas, ratione illuminationis: & etiá innumerabiles erunt mali, qui intelliguntur per aenam ratione infructuoſitatis. Notandum autẽ quòd in eccleſia ſunt aliqui fideles boni qui ſignificantur per ſtellas, & aliqui male viuentes & non fructificãtes, qui ſignificantur per arenam. Nam licet eccleſia triũphans non habeat niſi bonos eccleſia, tamen hæc militans aſſimilatur ſagenę miſſæ in mari, ex oĩ genere piſcium congreganti. Deinde cum dicit

Matth. 13.

Et non infirmatus eſt in fide, nec conſiderauit corpus ſuum emortuum, cum iam ferè centum eſſet annorum: & emortuam vuluam Saræ.

Oſtendit Abraham credidiſſe firmiter, nam ille credit firmiter, qui propter quęcunq; repugnantia non infirmatur in fide, nec diffidit: Abraham fuit huiuſmodi: ergo credebat firmiter. De hac autem ratione ponit virtutem medii, videlicet, quòd Abraham propter B repugnantia quę videbat in ſe, qui erat ferè centum annorum, & propter repugnantia quę videbat in Sara, quia, emortua vulua eius, non diffidebat, nec fuit infirmatus in fide, immo firmiter credidit, vt fieret pater multarum gentium, ſicut ſibi promiſſum fuerat. Legatur ergo littera. Ita credidit Abraham firmiter, quòd poſtea non eſt infirmatus in fide, nec conſiderauit corpus ſuum emortuum ab opere generandi, cũ iam fere centum annorum eſſet: & etiam non conſiderauit emortuam vuluam Saræ, quia et iam defecerant muliebria: et tum etiam propter ſterilitatem, tũ etiam propter ſenectutem, inepta erat ad generationem. Habraam ergo hęc non conſiderans, & de hiis non curans, non infirmatus eſt in fide, ſed firmiter deo credidit. Notandum autem ſecundum Ambroſium, & habetur in gloſa quòd Iſaac contra naturam generationis humanę fuit promiſſus, quia hic fuit in ſignum C filii dei, contra naturam, & rationem humanam ex homine, ideſt ex virgine naſciturei. Deinde cum dicit.

In repromiſſione etiam Dei non hæſitauit diffidentia, ſed confortatus eſt fide dans gloriam Deo: pleniſſime ſciens quia quæcunq; promiſit Deus, potens eſt & facere.

Oſtenſo quòd Abraham credidit ſimpliciter, & firmiter: oſtendit quod credidit perſeuerantee, quia propter dilationem temporis non hęſitauit, nec eſt in aliquo diffiſus. Formetur ergo ſic ratio. Quicunq; propter dilationem temporis non hæſitauit in fide, nec diffidit, credidit perſeueranter: Abraam fuit huD iuſmodi, ergo credebat perſeueranter. De hac autem eatione ponit virtutem medii, videlicet, cum Abrahę eſſet facta repromiſſio, in qua repromiſſione continebatur quædam dilatio temporis, prout habetur Gen. cap. 18. vbi Angelus dixit ei. Reuertens veniam ad te tempore iſto, vita comite, & habebit filium Sara vxor tua. Propter banc dilationem temporis, ſic perſeuerenter Abraham credidit, vt non hęſitaret, ſed magis confortaretur, credens vt ſic fieret. Ideo ait, In repromiſſione etiam dei non hęſitauit Abraam diffidentia, ideſt per diffidentiam (ſupple) propter dilationem temporis, ſed confortatus eſt fide, dans gloriam deo, ideſt per fidei conſtantiam dedit gloriam deo: pleniſſimè ſciens: quia quęcunq; promiſit deus, potens eſt & facere: nam, vt gloſa tangit, Deus ita poteſt leuiter facere, vt poteſt leuiter promittere. Deinde cum dicit.

A Ideo & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Non eſt autem ſcriptum tantum propter ipſum, quia reputatum eſt illi ad iuſtitiam, ſed & propter nos, a quibus reputabitur credentibus in eum: qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum à mortuis: qui traditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram.

Hæc eſt pars diuiſa contra totum præcedens, in qua poſtquam apoſtolus fidem Abrahæ cõmendauit, hic ad ipſum imitandum nos inducit. Intendit autem talem rationem, Quicquid non ſolum Abrahæ reputatum eſt ad iuſtitiam, ſed etiam reputabitur & nobis ſi erimus filii Abrahæ, & ſi credemus in chriſtum, illud B debemus ſequi, & imitari: ſed fides Abrahæ eſt huiuſmodi: ergo debemus illam fidem ſequi, & imitari. De hac autem ratione non ponit niſi virturem medii, videlicet quòd fides Abrahæ eſt reputata ad iuſtitiam, & reputabitur nobis, ſi fuerimus filii eius, & ſi crediderimus in Deum. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, quòd quia ſic eſt, debemus in eum credere, & fidem Abrahæ ſequi, & imitari. Continuetur ergo ſic, Dictum eſt ꝙ Abraham credidit ſimpliciter, firmiter, & perſeueranter: & ideo quia ſic eſt, reputatum eſt illi ad iuſtitiam, ideſt ex hoc reputatus eſt iuſtus: & ſubdit, quòd non eſt tantum ſcriptum propter ipſum Abraham, quia eeputatum eſt illi ad iuſtitiam, ſed etiam propter nos omnes, quibus reputabitur ad iuſtitiam, ſequentibus nobis Abraham, credentibus in eum, ideſt in deum, ſicut credidit Abraham: qui deus ſuſcitauit Dominum noſtrum Ieſum chriſtum à mortuis, qui chriſtus traditus eſt propter delicta nr̃a, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram. Notandum autem quòd cum diC citur, quòd chriſtus traditus eſt propter delicta noſtra tollenda, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram, vt iuſtitiæ viuamus: non eſt hoc dictum propter cauſam, ſed propter ſignificationem, & figuram: nam, vt gloſa tangit, vtraq; videlicet, tam mors chriſti, quàm reſurrectio, noſtra peccata tollunt, & etiam nos iuſtificant: ſed tantum mors chriſti ſpecialiter ſignificat meritum, & mortem veteris vitæ, cui veteri vitæ moriendo, peccata dimittimus: reſurrectio vero eius ſpecialiter figurat, & ſignificat noue vitæ inchoationem, quam inchoando, iuſtitię viuimus.

Dubitaret forte aliquis de eo quod apoſtolus ait in principio lectionis, videlicet quòd Abraham contra ſpem in ſpem credidit: quod espouendum eſt ꝙ contra ſpem naturę, credidit ſpem gratię. Sed contra gratia non contrariatur naturæ, nec tollit naturam, ſed perficit: ergo nec ſpes gratiæ, contrariatur ſpei naD turæ. Dicendum quòd ſicut materia per ſe conſiderata non contrariatur formæ, immo materia vt eſt diſpoſita, eſt formę conſona & proportionata: tamen materia vt eſt cum priuatione, & vt eſt diſpoſita, & vt eſt coniuncta contrariæ formæ, habet repugnantiam ad formam. Sic & in propoſito, natura in ſe derelicta, eſt indiſpoſita ad gratiam: tamen natura per Diuinũ auxilium eleuata, efficitur diſpoſita. Primo ergo modo dicitur natura propter ſui indiſpoſitionem habere repugnantiam ad gratiam: ſed ſecundo modo conſiderata, & vt eſt per Diuinum auxilium eleuata, efficitur diſpoſita, & gratiæ non contrariatur, ſed pee gratiam perficitur. Secundum boc ergo dicemus ꝙ illud quod ſperabat Abrahã, videlicet quòd fieret ſemen ſuum ſicut ſtellę cęli, erat contra ſpem naturę, quia natura eius, & vxoris eius, in ſe conſiderata, cum eſſent inepti ad gratiam, ad hoc non poterat: tamen natura illa pee diuinum auxilium, & pee diuinam gra

tiam adiuta, poterat hoc perficere. Et quia quod poteſt natura per gratiam, eſt attribuendum gratiæ, nó naturæ, ideo ſpes illa per quam Abraham credidit ſe futurum patrem, erat naturæ in ſe conſideratæ contraria, ſed naturæ adiutæ per gratiam, vel ipſi gratiæ erat conſona: ideo dicitur Abraham credidiſſe contra ſpem naturæ in ſe conſideratę; credidit tñ ſpé idest per ſpem gratiæ, vel per ſpém naturæ non in ſe acceptæ, ſed per gratiam adiuuatę.

Vlterius forte dubitaret aliquis de eo quod in litera dicitur. Et erit ſemen tuũ ſicut ſtellæ cæli:) quod gloſa exponens, ait. Innumerabiles erunt boni, qui ex te naſcentur. Hoc autem videtur eſſe falſum: quia determinatus & certus eſt numerus apud deum electorũ: vt ſapientię. 11. dicitur. Omnia in ſapientia, & numero & pondere diſpoſuiſti. Nihil ergo ſiet innumerabile. Dicẽdum quod ſicut diſtinguimus de alijs rebus, ſic & de innumerabili diſtinguere poſſumus. Vnde ſicut dicitur aliquid intangibile, & inuiſibile, vel ſecundum alias negationes: ſic poteſt dici & innumerabile. Immo quia innumerabile videtur infinitatem importare, diſtinguemus ergo de innumerabili, vt diſtinguit Philoſo. 3. phyſ. de infinito. Nam vno modo dicitur aliquid eſſe infinitum & impertranſibile, quod nullo modo habet terminũ neq; finem: ſicut eſt illud quod eſt ſimpliciter infinitum. Alio modo dicitur infinitũ, quod de difficili tranſitur: ſicut vna via valde longa dicitur infinita, quia de difficili tranſitur & finitur. Tertio modo dicitur infinitum, quod propter obſtaculum oppoſitum, non poteſt pertranſiri & finiri: ſicut via maris eſt infinita, quia propter aquam, quæ eſt quaſi quoddam obſtaculum oppoſitum, pertranſiri non poteſt. Primo modo nihil eſt infinitum actu, quia nihil eſt actu, quod careat omni fine & omni termino, loquendo de termino quantitatis continuæ, vel de termino quantitatis diſcretę: quia nullum continuum eſt infinitum actu, & nullus numerus eſt actu infinitus: ſi autem eſt dare tale aliquid ſic infinitum, hoc non erit actu, ſed erit ſecundum dei cognitioné: ſecundum quem modum loquendi, loquitur Aug. de Ciuitate dei, quod infinitę ſpecies numerorum, quorum non eſt numerus, notę ſunt apud Deum, cuius ſapientiæ non eſt numerus. *Lib. 12. c. 18.* Secundo autem, & tertio modo reperitur aliquid infinitum, & innumerabile in rebus creatis. Sic ergo electi ſunt infiniti & innumerabiles, vel quia non poſſumus eos numerare, vel quia neſcimus eos, & ſic, eſt ibi quoddam obſtaculum oppoſitum, videlicet ignorantia, quam habemus de eis, vt eos numerare non poſſimus. Vel dicuntur innumerabiles, quia ſunt in magna multitudine, ita quòd de facili numerari non poſſent, iuxta illud Apoca. Poſt hęc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat. *Cap. 7.* Et ex hoc patet ſolutio ad obiectum.

Vlterius forte dubitaret aliquis de eo quod in litera dicitur, Abraham non eſt infirmatus in fide, nec cóſiderauit corpus ſuum eſſe emortuum cum iam ferè centum eſſet annorum, nec conſiderauit emortuam eſſe vuluam Saræ. Sed hoc eſt falſum; quia Gen. 17. cum deus dixit ad Abrahã, ex Sara dabo tibi filium: riſit Abrahã in corde ſuo, dicens, Putaſne centenario naſcetur filius? & Sara nonagenaria pariet? Ergo abraham fuit infirmatus in fide, & viſus eſt dubitare. Dicẽdum quòd hoc dupliciter poteſt ſolui, & ſecundum quamlibet ſolutionem, dicemus Abraham nullatenus in fide fuiſſe infirmatum, nec in fide ſiue in promiſſione dei dubitaſſe. Primo ſic, vt dicatur Abraham credidiſſe deum fuiſſe locutum myſticè & ſignificatiue: vnde non dubitauit ſic eſſe, vt Deus loquebatur; ſed forte dubitabat qualiter diuina promiſſio intelligenda eſſet: & ideo Gen. dixit Abraham ad deum, Vtinam, Iſmahel viuat coram te. *Cap. 17.* Quaſi dicat, ſic eſt forte intelligenda promiſſio tua, & referenda ſit ad A Iſmahelem, vt Iſmahel viuat coram te, & fiat in gentem magnam. Vnde ibidem loquitur, quomodo deus hunc intellectum, & hunc ſenſum verborum repreſſit cum dixit, Sara vxor tua pariet tibi filium: & ſuper Iſmahel quoq; exaudiui te. q. d. promiſſio mea non eſt referenda ad Iſmahelem, ſed ad Saram. Secundo modo poteſt ſolui, vt hoc non ſit dictum dubitatiuè; ſed admiratiue: vt diceret Abraham. Nunquid centenario naſcetur filius? quaſi diceret, Domine hoc eſt valde magnum, & valde mirabile, quod mihi vis facere: non ſum dignus tanto bono, ſed ſufficit mihi quòd Iſmahel viuat coram te. Quocunq; autem modo ſoluatur, patet eum in fide non fuiſſe infirmatum, nec dubitaſſe de dei promiſſione: ex ipſa enim ſerie textus poſſumus colligere Abraham non dubitaſſe de Dei promiſſione. Sed Sara vxor ſua de hoc dubitauit: nã, vt habetur Geneſis. 17. riſit Abraham de promiſſione ſibi facta, dicens, Putaſne centenario naſcetur filius? B Similiter Gene. 18. legitur Saram etiam riſiſſe, & dixiſſe, Poſtquam conſenui, & dominus meus vetulus eſt, voluptati operam dabo? Abraham verò de riſu non fuit reprehenſus, ſed fuit reprehenſa Sara: per quod ſatis intelligitur, quòd Abraham, qui reprehenſioné non meruit, de dei promiſſione non dubitauit: Sara autem, quia de dei promiſſione dubitauit, meritò reprehenſa fuit.

Vlterius forte dubitaret aliquis de generatione ipſius Iſaac, quam dicit gloſa fuiſſe contra naturam. Hoc autem videtur eſſe falſum: quia quod generatur opere naturali, eſt naturale: generatio autem Iſaac facta fuit opere naturali, quia per commiſtionem maris & fœminę: ergo fuit naturalis. Dicendum quòd, quantum ad præſens ſpectat, dicere poſſumus, quòd in natura ſunt rationes ſeminales, & obedientiales. De rationibus autem ſeminalibus loquitur Augu. 3. de Trinit. dicens, quòd ſicut Matres grauidę ſunt fœtibus, ſic iſte mundus plenus eſt cauſis naſcentium. *Cap. 8.* C Vnde ſubdit, quòd ea quę in ſecreto naturæ abdita continentur, per accedentes cauſas foris explicantur. Quicquid ergo fit ex iſtis naturis, & ex iſta materia corporali naturaliter, totum ibidem ſecundum ſeminales rationes continebatur. Quid ſunt autem iſtæ rationes ſeminales, Vtrum ſint quædam inchoatiua formarum, vt aliqui dicere voluerunt, vel ſint virtutes actiuę, vel paſſiuę in materia, vel ſint ipſę priuationes, & ipſę aptitudines in materia exiſtentes, quia non eſt deſpicienda priuatio, & aptitudo in materia, vt Plato fuit congrue in primo phys. reprehenſus: ſed ipſa priuatio, & ipſa aptitudo ad formam, habet aliquam rationem principij reſpectu naturalium, vt in primo phys. diffuſius declaratur: ita quòd forte Auguſtinus, qui de ratiõibus ſeminalibus eſt locutus, idem intellexit per rationes ſeminales, quod intelleD xit philoſophus per illas aptitudines, & per illas priuationes, quas in materia ponens ſupra Platonem eas inueniſſe ſe gloriatur: ſecundum quem modum diceremus quod ſicut ſecundum philoſophum principia in natura ſunt materia, forma, & priuatio: ſic ſecundum Auguſtinum principia in natura ſunt materia, forma, & ratio ſeminalis. *Lib. 9. de gen. ad lit. cap. 18.* Videtur tamen eſſe ſecundũ hunc modum loquendi magis proprie, & directe fuiſſe locutum Auguſtinũ quàm philoſophum. Et quia ſi idem intellexit ille per priuationem, quòd hic per ſeminalem rationem, tamen priuatio magis nominat illum ordinem, quem habet materia ad formã, quàm ad carentiam: ratio vero ſeminalis magis nominat ordinem illum quantum ad aptitudinem, & proportionem: & quia aptitudo, & proportio magis habet rationem principij, quàm carentia, decentius locutus eſt Auguſtinus, dicens rationem ſeminalem habere rationem principij, quàm philoſophus, qui loco huius principij aſſumpſit priuationem. Quicquid tamen

men

A men ſit de hoc, quia de iſta materia deo præſtante & vita comite, intendimus diffuſius loqui, non determinate aſſerentes, quid importet ratio ſeminalis, vtrum inchoatiua formarum, vel virtutes actiuas, & paſſiuas, vel ipſas aptitudines ad formam exiſtentes in materia, dicamus, illæ ſunt rationes ſemiuales, quibus mediantibus, per agentia naturalia, de ipſa materia aliquid naturaliter poteſt educi. Et quia ſic eſt: præter iſtas rationes ſeminales, quibus mediantibus obedit natura agenti naturali, & cauſis ſecundis, oportet dare aliquas rationes, quas ſancti vocant obedientiales, quibus mediantibus, obediat natura agenti Diuino, & cauſæ primæ. Nam cum deus poſſit aliqua facere in materia & de materia, quæ non poteſt agens naturale, oportet illa nõ fieri ſecundum rationes ſeminales quia rationes illę omnino ſunt ſubditæ agentibus naturalibus: ſed, vt ſancti cõiter ponũt, talia, ad quę nõ põt agẽs naturale, fiunt nõ ſcdm rõnes ſeminales, ſed ſecũdũ obedientiales. Dicũtur aũt hæ rõnes obedien-

B tiales, quia Deus indidit ipſi materiæ, vt ei obediat in multis, in qbus nõ obedit naturali agenti. Has aptitudines, ſecũdũ quas eſt materia ſubdita deo, & nõ naturali agenti, non valentes ſancti eas congruentius explicare, obedientiales rationes appellauerunt. Maniſeſtè ergo apparet quòd cum materia & tota natura corporalis, ſit magis ſubdita Deo, quàm agẽti corporali, plura poſſunt fieri per rationes obedientiales, ſecundum quas eſt natura ſubdita deo, quàm per rationes ſeminales, ſecundum quas materia naturalibus agentibus eſt ſubmiſſa. Aduertendum tamen, quòd aliqua facere deum per rationes obedientiales, quæ nõ poteſt natura per ſeminales, tripliciter eſſe cõtingit. Vel quia illud nullo modo poteſt natura, ſicut virginem parere ſine apertione clauſtrorum. Vel quia illud poteſt natura ſed non in hoc, ſicut cæcũ videre, generat enim natura videntem, ſed illum eundem qui cæcus effectus eſt, natura videntem non poteſt facere:

C poteſt igitur natura in hunc effectum, qui eſt videre, ſed nõ poteſt hunc effectum facere in hoc indiuiduo, qui effectus eſt cæcus. Tertio, contingit quòd natura poteſt in hunc effectum, & poteſt hunc effectum facere in hoc Indiuiduo, ſed non poteſt hunc effectũ facere hoc modo, quo facit deus; ſicut legitur Matth. 8. quòd cum Ieſus vidiſſet Socrum Petri febricitãtem; tetigit manum eius, & dimiſit eam febris, & ſurrexit & miniſtrauit eis. Natura itaq; poteſt in hunc effectũ, qui eſt ſanare, & poteſt hunc effectum facere in hoc Indiuiduo, quod infirmatur: ſed non poteſt hunc effectum facere, quòd ſtatim poſt dimiſſionem febris ſurgat febricitans, & miniſtret, & agat opera ſani. Cum ergo quæritur, qualis fuit generatio Iſaac: patet quòd illa generatio non fuit ſecundum rationes ſeminales, nec ſecundum naturam: ſed fuit ſecundum rationes obedientiales, in qua poteſt agens diuinum,

D & non naturale. Si quęratur, quo illorum modorum generatus ſit Iſaac: patet quod generatio illa non pertinet ad primum modum, in quem natura nullo modo poteſt, cum natura poſſit in generationem hominis (Nam quantumcunq; anima creatur à Deo, tamen quia natura poteſt corpus diſponere ad ſuſceptionẽ animæ rationalis, generatio hominis non eſt miraculoſa, ſed naturalis.) Pertinet tamen hic modus ad ſecundum modum, ſecundum quem dicimus quod natura põt in hunc effectũ, ſed nõ in hoc indiuiduo, q; licet natura poſſit in generationem hominis, non poteſt in huiuſmodi generationem in hoc indiuiduo, vt ex homine ſene cuiuſmodi erit Abrahã, & ex fœmina vetula & ſterili cuiuſmodi erat Sara. Quod vero obiiciebatur, Iſaac generatum fuiſſe ex opere naturali, vt ex commiſtione ſeminum, & ex coniunctione maris & fœminæ: dici debet quòd non propter hoc

A fuit natus ſimpliciter naturaliter; quia illud naturale opus non ſuffeciſſet ad generationem Iſaac ſine diuino auxilio ſupra naturam parentum, materiam diſponente.

LECTIO. XVI.

CAP. V.

IVſtificati igitur ex fide, pacem habeamus ad deũ, per dominum noſtrum Ieſum chriſtum: per quem habemus acceſſum per fidem, in gratiam iſtam in qua ſtamus: & glorifiamur in ſpe gloriæ filiorum dei.

B Vt dicebatur, apoſtolus in hac epiſtola intendit Romanos & Gentiles ad fidem cõuerſos, ad inuicem litigantes, ad concordiam reducere: nunquam tamen aliqui ad cõcordiam reducuntur, niſi litigia deſerãt, & pacificè viuant. Poſtquam autem apoſtolus tam à Iudęis, quàm à Gentilibus materiam litigii remouit: in parte iſta eos ad pacem habẽdam inclinat, & inducit. Verùm quia, ſicut in Politicis traditur, non ſufficit leges condere, niſi leges obſeruẽtur: ſic dicere poſſumus, quòd non ſufficit homines ad pacem inducere, niſi pacem illam obſeruent, & niſi in illa pace per-

C maneant. Duo ergo facit: quia primò inducit rationes vt pacem habeant: ſecundo inducit eos, vt in huiuſmodi pace permaneant, & perſiſtant, ibi in principio ſexti capi. (Quid ergo dicemus, permanebimus in peccato?)

∴ Ad euidentiam primæ partis, ſciendum, quòd, vt ait Dionyſius. 4. cap. de diuinis nominibus, amorem, ſiue naturalem, ſiue animalem, ſiue humanum, ſiue Angelicum, ſiue diuinum, vnitiuam quandam dicimus eſſe virtutem. Intentio ergo apoſtoli eſt, quod, cum nos ſimus reconciliati per chriſtum ipſi deo, debemus pacem habere vnanimiter ad deum, & ſecundum deum. Sicut ergo duo, qui ſunt vniti vni, debẽt eſſe vniti inter ſe, vt ſint amici vnius & eiuſdem: ſic & nos quia ſumus reconciliati Deo, & ſumus facti amici vnius & eiuſdem, quia ſumus facti amici Dei, debemus eſſe vniti inter nos ad inuicem, ad deum, & ſecundum Deum.

D Tota ergo ratio, per quam nititur apoſtolus quòd debeamus habere pacem per chriſtum ad inuicem, ad Deum, & ſecundum deum, eſt ex eo quod ſumus reconciliati per chriſtum ipſi Deo. In determinando autem de hac reconciliatione, duo facit: quia primò oſtendit quomodo chriſtus nos reconciliauit: ſecundo declarat, quomodo nos reconciliare potuit, ibi circa medium cap. (Propterea ſicut per vnum hominem.) Circa primum tria facit: quia primo oſtendit, quomodo chriſtus nos reconciliauit: ſecundo declarat, quid pro nobis reconciliandis ſuſtinuit: tertio manifeſtat, quid pro nobis reconciliandis tribuit. Secunda ibi (vt quid enim chriſtus.) Tertia ibi (quoniam ſi tamen adhuc peccatores.) In oſtendendo quidem, quomodo chriſtus nos reconciliauit, tria facit, ſecundum quòd chriſtus in reconciliando nos, tria fecit oppoſita iis quæ ſunt in peccato. debemus enim imaginari, quòd anima eſt media inter hæc corporalia, & deum: pro- Anima

pter quod poteſt anima tripliciter cōſiderari, primo vt eſt aliquid in ſe: ſecundo ut comparatur ad hæc corporalia, quibus eſt ſuperior: tertio vt cōparatur ad deum, quo eſt inferior. Anima ergo per peccatum primo in ſe inficitur, & iniuſtificat: ſecūdo temporalibus ſiue corporalibus annectitur, & obligatur: tertiò à Deo & ab æterna hęreditate auertitur, & obliquatur. Chriſtus autem nos reconciliando, e contrario tria facit: nam primo nos mundauit, & iuſtificauit: ſecundò ab iſtis corporalibus nos ſeiunxit & ſeparauit: tertiò in ęterna hęreditate nos ſtabiliuit, & ſolidauit. Quæ tria apoſtolus facit, quia primo probat quod debemus pacem habere ad Deum per chriſtum, quia chriſtus nos iuſtificauit: ſecundo quia nos à corporalibus ſeparauit: tertio quia nos in ęterna hæreditate ſolidauit. Secunda ibi (Non ſolum autem.) Tertia ibi (Spes autem non confundit.)

In prima parte intendit talem rationem, Per illum per quem ſumus à Deo iuſtificati, debemus vnanimiter adinuicem pacem habere: ſed per ipſum chriſtum ſumus à Deo iuſtificati: ergo per ipſum chriſtum debemus ad deum, & ſecundum deum pacem habere. B Hoc eſt ergo quod ait, (Iuſtificati ergo) ſupple, non ex lege, ſed (ex fide, pacem habeamus ad deum) quam pacem, vt ſupplet gloſa, non habetis vos Romani, dū ad inuicem litigatis. Et ſubdit quod hanc pacem debemus habere (per dominum Ieſum chriſtum,) per quem ſupple, ſumus iuſtificati: & (per quem acceſſum habemus per fidem in gratiam iſtam, in qua ſtamus, & gloriamur in ſpe gloriæ filiorum dei.) Notandum autem quòd hic tanguntur tria genera iuſtificatorum: nam quidam ſunt incipientes, quidam perficientes, quidam perfecti. Incipientes dicuntur per fidem habere acceſſum, id eſt habere introitum ad Deum. Perficientes vero, ſpe ęternæ hæreditatis erecti, dicuntur in gratia ſtare. Perfecti verò, aſſidue cupientes eſſe cū chriſto in cæleſti patria, gloriantur in ſpe gloriæ filiorum dei, id eſt ſanctorum, vel Angelorum, vt gloſa exponit. C Et quia omnia habemus per chriſtum, iuſtificati ſumus per ipſum: ſiue habeamus acceſſum ad ipſum iuſtificati ſumus per ipſum, ſiue habeamus acceſſum ad ipſum, & ſimus incipientes: ſiue ſimus in gratia, & ſimus perficientes: ſiue gloriemur in ſpe gloriæ filiorū Dei, & ſimus perfecti. Notandum etiam quòd vt aliàs diximus, fere quot ſunt verba in Paulo, tot ſunt rationes: nam licet ex hoc toto textu formauerimus rationem vnam, poſſumus tñ ſi volumus ex eo formare rationes quatuor, quarū prima ſumitur ex eo quòd ſumus iuſtificati: ſecunda ex eo ꝙ habemus acceſſum ꝑ fidem, tertia ex eo quòd ſtamus in gratia: quarta ex eo quod gloriamur in ſpe. Prima talis, per illum, per quē ſumus iuſtificati, debemus ad inuicem, ad deum, id eſt ſecundum deum pacem habere: per dominum noſtrū Ieſum chriſtum ſumus huiuſmodi, ergo &c. Secunda talis, per illum, per quem habemus acceſſum ad fidem in iſtam gratiam, debemus ad inuicem ſecundum deū D pacem habere: per dominum Ieſum chriſtum ſumus huiuſmodi, ergo &c. Sic etiam formari poſſunt aliæ duæ rationes ſic, per illum per quem habemus gratiā in qua ſtamus, & per illum per quā gloriamur in ſpe gloriæ, debemus ad inuicem pacem habere ſecūdum deum: per Ieſum chriſtum ſumus huiuſmodi, ergo &c. Notandum etiam quòd habere pacem ad deum, poteſt intelligi dupliciter. Primò ſic, quia debemus pacē habere ad deū, i. cū deo, cū quo habēter pacē, habebimus pacē inter nos, & nō litigabimus, ſicut Romani litigabant. Secundo ſic, ꝙ debemus pacē habere ad deum id eſt ſecundum Deum, quia ſecundum gloſam duplex eſt pax. Vna, quæ eſt ſecundum deum, & ſecundum quam concordamus cum moribus probis, & litigamus cum vitiis. Alia eſt pax huius mundi, quæ eſt A amica vitiis, & Deo diſplicet. Apoſtolus ergo volens Romanos ad pacem inducere, ait, quòd debent habere pacem, non quamlibet, quia non debent habere pacem huius mundi, quæ eſt amica vitiis, ſed debent habere pacem ad deum, id eſt ſecundum deum, vt concordent cum moribus probis, & litigent cum vitiis. Deinde cum dicit.

3 Non ſolum autem, ſed & gloriamur in tribulationibus, ſcientes quòd tribulatio patientiam operatur: patientia autem probationem: probatio verò ſpem.

Oſtendit quomodo nō ſolum per chriſtum ſumus iuſtificati, ſed et ſumus ab his tp̄alibus ſeparati. Propter qd ſciēdū, ꝙ ſicut mēbra corporis quādiu ſunt corpori coniuncta, nimis affliguntur cum illa lędūtur: ſic quandiu ſumus iſtis corporalibus per amorem & affectionem coniuncti & vniti, nimis affligimur ſi in eis B lęſuram patimur: ſed quando ſumus per chriſtum ab iſtis corporalibus ſeu temporalibus ſeparati, tunc ſi tribulamur, vel ſi lędamur in iſtis rebus ſenſibilibus, non ſolum non affligimur, immo gloriamur, & lætamur, conſiderantes, nobis ex hoc præparari præmiū ęternę hæreditatis. Formetur ſic ratio, Quicunq; gloriantur in tribulationibus, conſiderantes præmium ęternæ hæreditatis, ſunt quaſi homines diuini, & ſunt ab iſtis terrenis & ſenſibilibus ſeparati: ſed nos per chriſtum non ſolum ſumus iuſtificati, ſed gloriamur in tribulationibus, conſiderantes præmium æternæ hæreditatis: ergo per ipſum efficimur quaſi Diuini, & quaſi homines ab iſtis terrenis & corporalibus ſeparati. De hac autem ratione ponit ſolam virtutem medii dicens, Non ſolum iuſtificati ſumus per chriſtum, & gloriamur ſperantes gloriam filiorum dei, ſed etiam (ſupple) per gratiam chriſti eleuati, & ab iſtis corC poralibus ſeparati, gloriamur in tribulationibus) id eſt lętamur, ſi preſſuram patimur in hoc mundo (ſcientes quod tribulatio operatur patientiam, patientia autem operatur tribulationem) id eſt purgationem (probatio vero) id eſt purgatio operatur (ſpem) id eſt operatur in nobis expectationem futuræ gloriæ. Notādum autem quòd quicunq; exercitatur congrue circa aliquam materiam, acquirit habitum vel virtutem vel ſaltem virtutis vſum, illi materiæ competentem: vt quia materia, circa quam verſatur ars citharizandi, eſt cithara, qui congrue ſe exercet circa citharam, acquirit actionem citharizandi, & efficitur expeditus & prōptus in vſu huius artis, id eſt in actu citharizationis. Sic & in propoſito, quia materia virtutis patientiæ ſunt tribulationes & preſſuræ huius mundi, qui circa has tribulationes congrue ſe exercitat, augmentatur in eo virtus patientię, & efficitur patientior, efficitur enim ex hoc promptior ad D agendum opera virtutis huius. Bene ergo dictum eſt, quod tribulatio, id eſt debite ſe habere in tribulationibus, eſt id, quod in nobis patientiam operatur. Notandum etiam quod patientia operatur probationē; id eſt purgationem: nam quanto patientiores ſumus in tribulationibus, & quanto minus de tribulationibus curamus, & quāto res ſenſibiles minus diligimus, tanto minus affligimur, cum in eis lęſuras & tribulationes patimur: eſſe ergo patientes in huiuſmodi tribulationibus, eſt non curare, non amare, non affici circa iſta ſenſibilia & terrena: & quia infectio & ſpurcitia, quam contrahit anima, eſt ex eo quod afficitur circa hæc bona vana & exteriora, cum per patientiā abſtrahitur ab iſto amore, & ab iſta affectione vanorum, conſequens eſt quod ab his, quæ eam inficiunt &

detur pant

deturpant, ſeparatur. Et quia ex hoc maxime res purgatur, ſi ab inficientibus & purgantibus ſeparetur, patientia ab iſtis ſeparans animam, dicitur operari probationem, ideſt purgationem eius. Ex hoc autem maximè apparet, quomodo quicquid hic dicitur, eſt quaſi totum referendum ad chriſtum, per quem ab iſtis infectionibus & ab iſtis terrenis & ſenſibilibus ſeparamur; à quibus ſeparati, non affligimur cum lędimur & tribulamur, ſed conſiderantes expectationem ęternæ hęreditatis in his preſſuris & tribulationibus gloriamur. Notandum etiam, quòd probatio ideſt purgatio operatur ſpem ideſt expectationem ęternę hęreditatis, quia cum anima ſit in medio conſtituta inter hęc bona ſenſibilia & vana, & illa quę ſunt bona vera & æterna: cum anima afficitur ad vana, retrahitur ab ęternis. Et ſicut res, exiſtens inter duos terminos, cum ad vnum terminum accedit, ab alio termino elongatur: vnde maxime conuenit, quòd cum a vanis retrahitur et elongatur, ad ęterna afficiatur &
B accedat. & quia quilibet expectat id ad quod afficitur & ad qđ ſe videt tẽdere & appropinquare, purgãdo ſeparãdo, & elogando alam ab his infectionibus vanis, faciendo eam tẽdere & appropinquare ad ęterna, facit & operatur, quòd anima, illa bona ſperet & expectet. Notandum etiam quod ex his quatuor, quæ tacta ſunt, quæ facit in nobis chriſtus reconciliando nos deo patri, videlicet, quia facit nos in tribulationibus gloriari, facit nos patientes eſſe, facit nos purgatos & probato eſſe, facit nos ſperantes & expectantes ęterna bona: poſſent accipi quatuor media, ex quibus formari poſſet quatuor rationes, quòd prætermiſſis, litigiis, deberemus pacem vnanimiter habere ad dominum. Sed breuitatis cauſa, ex omnibus his modis vnã rationem complebimus, quæ formabitur ſic. Per illum per quem in tribulationibus gloriamur, patientes efficimur, purgamur, & ęternam
C beatitudinem expectamus, debemus, prętermiſſis litigiis, vnanimiter adinuieé habere pacem: ſed per chriſtum conſequimur omnia iſta, ergo debemus per chriſtum, prætermiſſis litigiis, vnanimiter adinuicem pacem habere ad dominum. Deinde cum dicit.

Spes autem non confundit, quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis.

Oſtendit quomodo per chriſtum non ſolum expectamus æternam beatitudinem, ſed in hac ſpe per ipſum certificamur & ſolidamur. Formetur autem ſic ratio, Cuicunque datum eſt tantum pignus, quãtum valet æterna hæreditas, ille certificatur, & ſolidatur chriſti æterna hæreditate, ſed nobis per chriſtum reconciliatis, datum eſt tantum pignus, quantum valet ęterna hæreditas, quia datus eſt ſpiritus
D ſanctus, ęrgo iuſtificati per Chriſtum certificamur & ſolidamur. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur ergo ſic, Non ſolum chriſtus nos iuſtificauit, faciendo nos habere acceſſum per fidem, & faciendo nos in gratia ſtare, & non ſolum per chriſtum à temporalibus etiam ſeparamur, quia per ipſum in tribulationibus gloriamur & æternam hæreditatem expectamus, ſed etiam per chriſtum in hac expectatione ſolidamur & firmamur. Ideo ait, quòd (ſpes autem non confundit) ideſt ſpes iſta, quam habemus per Chriſtum de æterna hæreditate, nõ cõfundit nos. i. nõ decipiet nos, nec faciet nos erubeſcere, immo certi ſumus, quod huiuſmodi ſpes implebitur, (quia charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis.) Tunc ſupplenda eſt ratio, quòd ſi deus habet tantam charitatem ad nos, & dedit nobis tantum pignus, quantum eſt ſpiritus ſanctus, ma-

A nifeſtum eſt, quòd iſta ſpes noſtra de æterna hæreditate, non confundit nos, nec decipit nos, nec poteſt eſſe vana, immo omnino certum eſt, quòd implebitur. Notandum autem, quòd duo potiſſimum ſunt, quæ faciunt promiſſa inuiolabiliter permanere: primum eſt amor intenſus: ſecundum pignus impenſum. Vtrunque autem nos certificat de promiſſione diuina et de ſpe hæreditatis æternæ: videlicet tam dilectio promittentis, quia charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, quàm etiam pignus exhibitum, quia ſpiritus ſanctus datus eſt nobis quaſi pignus hæreditatis æternæ: Iuxta illud ſecundę ad corinth. Deus eſt qui ſignauit nos & dedit pignus ſpiritus in cordibus noſtris. [Cap. 1.] Notandum etiam, quod etſi vna ſit bonitas trium perſonarum, non tamen eſt plus de bonitate in omnibus his tribus perſonis, quàm in vna perſona tantum: &
B quia diuina bonitas ẽ hæreditas nobis promiſſa qua fruemur, cum non ſit plus de bonitate in omnibus tribus perſonis quàm in altera tantum, ex quo ipſe ſpiritus ſanctus datus eſt nobis, in quo tota diuina bonitas reſeruatur, ſufficiens pignus accepimus pro promiſſione nobis facta, & pro hæreditate æterna. Notandum etiam, quòd fides noſtra apud gentes ſtulta reputabatur, credentes finem noſtrum ſine hæreditate eſſe, & exiſtimantes nos non poſſe obtinere id quod ſperamus, Ideo in perſona iſtorum dicitur Sap. 5. Hi ſunt quos aliquando habuimus in deriſum & in ſimilitudinem improperii, nos inſenſati vitam iſtorum extimabamus inſaniam, & finem illorum ſine honore: quomodo ergo cõputati ſunt inter filios dei, & inter ſanctos ſors illorum eſt? Hinc ergo eſt quod ait Apoſtolus, quod ſpes non confundit, ideſt iſta expectatio noſtra non confundet nos, nec faciet nos erubeſcere, nec fiet de nobis quod cre-
C debant illi inſenſati, videlicet quod eſſet finis noſter ſine honore, & quòd non poſſideremus hæreditatem æternam, & quòd non ſit ſors noſtra inter ſanctos. Notandum etiam, quòd charitatem dei diffundi in cordibus noſtris poteſt intelligi dupliciter, vt gloſa exponit: primò de charitate, qua diligimus deum: & tunc eſt ſenſus, Charitas dei, ideſt virtus charitatis, quia diligimus deum: vel ipſe actus dilectionis ſiue ipſa dilectio, eſt diffuſa, ideſt large effuſa in cordibus noſtris, non à nobis ſed per ſpiritum ſanctum, qoi datus eſt nobis. Alio modo poteſt exponi de ipſa charitate, qua deus nos diligit, vt dicatur, quòd ſpes noſtra non confundet nos nec facit nos erubeſcere, quia charitas diffuſa eſt, ideſt dilatata eſt erga nos, & hoc per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis in cordibus noſtris. Tunc ſequitur illa pars.

D Vt quid enim chriſtus cum adhuc infirmi eſſemus, ſecundum tempus pro impiis mortuus eſt.

In qua, poſtquam oſtendit quomodo Chriſtus nos reconciliauit, declarat quid pro nobis Chriſtus ſuſtinuit: propter quod ſciendum, quòd ſi aliquis pro nobis aliquid ſuſtinuit tripliciter debemus moueri in amorem eius: primò, ſi illud, quod ſuſtinuit fuit grande & arduum: ſecundò, ſi fuit raro aut nunquam factum: tertiò, ſi fuit magnæ dilectionis & charitatis indicium. Ideo tria facit, quia primo declarat, quòd illud, quod pro nobis Chriſhis ſuſtinuit, fuit grande & arduum, quia pro nobis mortuus eſt: ſecundo, quòd fuit raro aut nunquam factum, videlicet quod aliquis pro impiis & inimicis moreretur: tertio quòd fuit magnæ Charitatis indiciũ, quia in hoc erga nos

ſuam charitatem cõmendauit. Secunda ibi(vixenim pro iuſto) Tertia ibi:Cõmendat autem)

In prima parte poteſt ſic formari ratio. Quicunq; tam grande & tam arduum ſuſtinuit pro nobis quòd pro nobis impiis mortuus eſt, illum debemus omnes diligẽre,& in illo ſine litigio debemus omnes adinuicem pacem habere,ſed chriſtus pro nobis impiis mortuus eſt,ergo chriſtum debemus omnes diligere, & in chriſto ſine litigio debemus omnes adinuicem pacem habere.De hac autem ratione non ponit niſi virtutem medii.Continuetur ergo ſic,dictum eſt,quia ſumus ex fide per chriſtum iuſtificati, debemus nos inuicem diligere,& debemus nos per chriſtum vnanimiter pacem habere ad deum, quia ſi hoc non eſſet, & non perciperemus hanc dilectionem,& hanc pacem, & huius iuſtificationis fructum(vt quid enim) ideſt ad quid chriſtus(cum adhuc eſſemus infirmi)per peccatum (ſecundum tempus)ideſt per triduum tantum, quia tertia die reſurrexit(pro)nobis(Impiis mortuus B eſt?)quaſi dicat inutilis eſſet nobis mors Chriſti,ſi hãc pacem,& hanc dilectionem,& huius iuſtificationis fructum non perciperemus. tunc ergo eſt ſupplenda ratio,quòd quia Chriſtus tã pro nobis fecit, quia pro nobis mortuus eſt vt nos iuſtificaret,ne perdamus huius iuſtificationis fructum,debemus ipſum diligere, & in ipſo pacem adinuicem habere. Deinde cum dicit.

Vix enim pro iuſto quis moritur: nam pro bono forſitam quis audeat mori.

Oſtendit ꝙ id, quod chriſtus ſuſtinuit, non ſolum fuit grande & arduum, ſed etiam fuit raro aut nunquam factum. Formetur ergo ſic ratio, Quicunq; ſuſtinuit pro nobis aliquid,quod fuit raro aut nunquam factum, illum debemus omnes diligere & in illo debemus abſq; litigio nos omnes adinuicem pacem habere:ſed chriſtus pro nobis impiis,mortuus eſt,quod C fuit raro aut nunquam factum quòd aliquis pro impiis mori vellet:ergo chriſtum debemus omnes diligere & in chriſto abſq; litigio debemus nos omnes amare vnanimiter,& ad ipſum,& per ipſum pacem habere.De hac autem ratione ponit virtutem medii, dicens, Quod(vix pro iuſto) ideſt pro dilectione iuſti (quis moritur:nam pro bono) ideſt pro iuſto (forte quis)ideſt aliquis(audeat mori):ſed ſupple vt dictum eſt,chriſtus non ſolum mortuus eſt pro iuſtis & bonis, imo pro nobis malis & impiis: tunc ergo ſupplenda eſt ratio,quòd cum vix & difficulter inueniatur aliquis,qui velit mori pro bono,raro imo nunquam factum fuit,quod chriſtus fecit, videlicet quòd voluit mori pro impiis.Notandum autem,quòd hæc litera dupliciter in gloſa legitur: primo eo modo quo lecta eſt,videlicet, quòd idem accipiatur pro bono & iuſto:ſecundo,vt per bonum intelligamus hominem D viuentem in innocentia, ſicut paruuli,vel viuentem in ſimplicitate, ſicut ſunt ducentes vitam ſolitariam: per iuſtum vero intelligamus hominem exercitatum in operibus virtutum. Et licet ſic acceptus iuſtus ſit melior bono, vt bonus accipiatur prout dictum eſt, tamen quia iuſtus propter exercitium virtutum oportet quòd malos increpauerit,& plures reprehenderit propter hãc ſeueritatem,quam habet annexam exercitium virtutum,non ſic fortè ſe exponerent homines ad moriendum pro huiuſmodi iuſto,ſicut fortè ſe exponerent ad moriendum pro bono,ideſt, pro ſimplici & innocẽte.Ideo ait quòd(pro bono forte quis audeat mori)ideſt difficile & magnum eſt mori pro bono:pro iuſto autem,vix quis moritur, quia maius eſt mori pro iuſto: ſed,ſupple,mori pro impiis, qđ chriſtus fecit pro nobis, fuit magnum & inauditum. Deinde cum dicit.

Commendat autem charitatem ſuam A deus in nobis.

Oſtendit quòd id, quod chriſtus pro nobis ſuſtinuit,fuit magnæ charitatis indicium.Formetur ſic ratio.Quicunq; ſuſtinuit pro nobis illud,quod fuit magnæ charitatis & dilectionis indicium,illum debemus nos omnes diligere,& in illo debemus nos omnes amare,& ad illum debemus vnanimiter pacem habere:ſed chriſtus pro nobis impiis mortuus eſt,quod fuit magnæ charitatis & dilectionis indicium,illum igitur debemus nos omnes diligere, in illo nos omnes amare,& ad illum pacem vnanimiter habere. De hac autẽ ratione ponit virtutem medii,videlicet.quòd chriſtus in hoc quòd pro nobis impiis mortuus eſt, fuit magnę dilectionis indicium,quia in hoc deus erga nos ſuam charitatem cõmendauit.Ideo ait quod(deus cõmendat)ideſt comendabilem & laudabilem oſtendit (ſuam charitatem in nobis)ideſt erga nos ex eo, ſupple,quòd chriſtus pro nobis impiis mortuus eſt. Tũc B ergo eſt ſupplenda ratio,quod ſi per chriſtum manifeſtata eſt diuina dilectio erga nos, omnino debemus Chriſtum diligere,& in ipſo adinuicem pacem habere.Deinde cum dicit.

Quoniam ſi cum adhuc peccatores eſſemus,ſecundum tempus chriſtus pro nobis mortuus eſt,multo igitur magis nunc iuſtificati in ſanguine ipſius ſalui erimns ab ira per ipſum.

Oſtendit quid nobis proſit chriſtus: circa quod tria facit ſecundum quòd, quantum ad pręſens ſpectat,tripliciter chriſtus nobis profuit Nam primo per chriſtum ab ęterna pœna liberamur. Secundo per ipſum ad ęternam vitam,& ad ęternam hæreditatem inducimur.Tertio propter eum,propter ſpem eternæ C vitæ & eternæ hæreditatis lætamur & gloriamur. Secunda ib:(ſi enim cum inimici eſſemus) Tertia ibi. Non ſolum autem.)Ad euidentiam autem partis primæ ſciendum, quòd, vt gloſa tangit, magis eſt pro peccato mori & peccatum tollere, quàm iam iuſtos & iam mundatos ſaluare,& eos a pœna ęterna liberare:quare ſi per chriſtum ſumus à peccatò liberati & iuſtificati,multo magis per ipſum ſaluabimur ab ęterna pœna.Formetur autem ſic ratio, per cuiuſcunq; mortem & per cuiuſcunq; ſanguinem,ideſt per cuiuſcunq; paſſionem ſumus a peccato Iuſtificati, per illũ erimus ab ira, ideſt ab æterna pœna liberati: per chriſtum ſumus iuſtificati, ergo per illum erimus ab ira,ideſt ab ęterna pœna liberati. De hac autẽ ratione ponit virtutem medii,dicens. Quoniam ſi cum adhuc peccatores eſſemus chriſtus pro nobis mortuus eſt,multo magis ergo iuſtificati nunc in ſanguine ipſius,ideſt per mortem & paſſionem eius,ſalui erimus, D ideſt liberabimur per ipſum ab ira,ideſt á pœna ęterna.Deinde cum dicit.

Si enim cum inimici eſſemus, reconciliati ſumus deo per mortem filii eius: multo magis reconciliati, ſalui erimus in vita ipſius.

Oſtendit quomodo per chriſtum obtinebimus ęternam vitã, ideſt ęternam ſalutem:pp quod ſciendum, quod,vt gloſa tangit,ille,qui mortuus potuit nos iuſtificare, certum eſt quòd viuus poterit nos ſaluare, ideſt poterit nobis ęternam vitam, & ęternam ſalutem dare.Formetur ſic ratio,Quicunq; per ſuã mortem potuit nos Iuſtificare, multo magis in ſua vita, ideſt per ſuam vitam poterit nos ſaluare, ideſt poterit nobis ęternam viam & ſalutem dare: ſed chriſtus per ſuam mortẽ potuit nos iuſtificare,ergo per ſuam vitam multo magis poterit nos ſaluare,& nobis ęternam vitam

nam vitam, & ęternam ſalutem dare. De hac autem ratione ponit virtutem medii: videlicet, quod ſi chriſtus mortuus nos iuſtificauit, reſurgens a mortuis & viuens nos ſaluabit. Ideo ait, quod (ſi cum inimici eſſemus (ſumus reconciliati deo) ideſt iuſtificati) per mortem filii eius), ideſt per mortem chriſti, (multo magis nos reconciliati) & iuſtificati, (in uita ipſius) ideſt per vitam ipſius, ſecundum quam à mortuis reſurrexit, (ſalui erimus), ideſt ęternam ſalutem, & ęternam vitam habebimus. Deinde cum dicit.

Non ſolum autem, ſed & gloriamur in deo per dominum noſtrum Ieſum chriſtũ quem nunc reconciliationem accepimus.

Oſtendit quomodo per chriſtũ gloriamur & lætamur propter hãc ęternam ſalutem, & propter hanc ęternam hęreditatem quam ſperamus per ipſum habere. Formetur ergo ſic ratio, per quencunq; ſalui erimus in futuro, in eo ſperantes, per ipſum nunc gloriamur & lętamur, ſed per chriſtum ſalui erimus in futuro, ergo in chriſto ſperantes, nunc gloriamur & lætamur. De hac autem ratione ponit virtutem medii dicens, non ſolum autem) ſupple, ſalui erimus per chriſtum, (ſed &) ſupple, ſperantes autem de hac ſalute, ideſt gaudemus & lætamur non in nobis, ſed (in deo) non per nos, ſed (per Ieſum chriſtum dominum noſtrum, per quem nunc reconciliationem accepimus) ideſt per quem nunc ſumus reconciliati deo. Ex his autem tribus, quæ per chriſtum adipiſcimur, poſſent tria media accipi ad oſtendendum quòd relictis litigiis, pacem ad dominum habeamus. Sed breuitatis cauſa ea omnibus his tribus mediis confletur & formetur vna talis ratio, Per quencunq; pœnam ęternã fugimus, & ſalutem ęternam adipiſcimur in futuro, & de ſpe ęternæ hæreditatis gloriamur in preſenti, per illum debemus pacem adinuicem ad dominum habere: ſed per chriſtum omnia hæc conſequimur, ergo per chriſtum debemus pacem adinuicem habere. Patet ergo, quòd tam ea eo quòd chriſtus nos reconciliauit, quàm ea eo quod pro nobis ſuſtinuit, quàm etiam pro illo quod nobis profuit, ſemper habetur concluſio intenta, videlicet, quòd relictis litigiis, per chriſtum habeamus pacem ad dominum, & ſecundum dominum.

LECTIO XVII.

PRopterea ſicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors: & ita in omnes homines mors pertranſiit, in quo omnes peccauerunt.

Poſtquam apoſtolus oſtendit, quomodo chriſtus nos reconciliauit: in parte iſta declarat, quomodo nos reconciliare potuit. Intentio ergo huius partis, eſt cõmendare iuſtitiam chriſti, & excellentiam medici noſtri, per quam potuit nos reconciliare & ſanare. Si quis vellet laudare aliquem medicum, quia ſanaſſet aliquem magnum morbum, tria deberet facere: primo deberet oſtẽdere, quàm magnus extiterit ille morbus: ſecundo quòd morbus ille per alium curatus nõ fuerit. Tertio declarare deberet, quomodo morbus ille per illum medicum excellenter curari potuerit. Tria ergo facit apoſtolus, quia primo o-
A ſtendit, quòd magnus fuerit morbus per adam inductus. Secundo declarat, quomodo morbus ille non potuit eſſe curatus per legem. Tertiò manifeſtat, quomodo morbus ille per dominum noſtrum ieſum chriſtum potuit eſſe curatus & ſanatus, ſecunda ibi: Vſq; ad legem enim peccatum.) Tertia ibi: ſed non ſicut delictum.) Poſſet autem ex his omnibus vna talis ratio formari ad propoſitum principale, Quicunq; de magno morbo incurabili per alium nos potuit liberare, per illum, amiſſis litigiis, debemus adinuicẽ, ad dominum & ſecundum dominum pacem habere: ſed chriſtus eſt huiuſmodi, ergo per illum debemus adinuicem pacem habere.

Ad euidentiam primę partis, vbi agitur de magnitudine morbi, ſciendum quòd morbus aliquis magnus dicitur dupliciter: primo intenſiuè ſi inducat magnum damnũ, vt puta quòd inducat mortem: ſecũdo poteſt eſſe magnus extenſiue, vt ſi multos occidat ſiue multos mortificat. Duo ergo facit, quia primo
B oſtendit peccatum Adę fuiſſe magnũ intenſiue, quia induxit mortem: ſecundo quod fuit magnum extenſiuè, quia mors illa ſe extendit ad multos & ad omnes, ibi. Et ita in omnes homines.) In prima parte intendit talem rationem, Per quemcunq; intrauit peccatum in mundum, per illum intrauit mors; ſed per vnum hominẽ, vt per adam peccatum intrauit in mundum, ergo per illum intrauit mors. Magnum ergo fuit peccatum Adę, quod induxit tantum damnum, vt per ipſum mors intraret in mundum. De hac autem ratione non ponit niſi virtutem medii, dicens, quòd (propterea ſicut per vnum hominem peccatum intrauit in hunc mundum, & per peccatum intrauit mors). Cauſa autem, quare Adam tantum damnum fecit, quòd induxit mortem, eſt, quia induxit peccatum, & inducendo peccatum, induxit mortem. Notãdum au-
C tem quòd iſta duo, videlicet, mors, & peccatum, comparantur ad Adam ſimiliter & non ſimiliter: ſilr q̃dẽ, quia ſicut per Adam peccatum intrauit in mundum, ita per ipſum intrauit & mors: non ſimiliter quidem, quia vnum iſtorum fuit cauſa alterius, nam peccatum fuit cauſa mortis non econuerſo. Ideo in littera dicitur, ſicut per vnum hominem (vt per (ſicut) denotetur ſimilitudo, per (per vnum hominem) cauſalitas. Vtrunq; ergo fuit ab Adam, ſed vnum per aliud, quia vnum fuit cauſa alterius, vt peccatũ cauſa mortis. Notandum etiam literã pauli ſic eſſe connexam, vt cum hoc, quòd eſt ibi ratio principalis, ſit etiam cõnexio ad ſuperiora. Vnde ſic connectitur hæc littera ad præcedentem: dictum eſt enim quòd per chriſtum omnes nos ſumus iuſtificati, & iuſtificati per ipſum ſaluabimur, & habebimus vitam. Propterea ergo quia ita eſt, ſicut per vnum hominem, vt per chriſtum iuſtificamur, & per iuſtificationem habemus vitam: ſic per vnum hominem, vt per adam, peccamus & per pecca-
D tum habemus mortem.

Deinde cum dicit. Et ita in omnes) oſtendit quãtus fuerit huiuſmodi morbus & hmõi peccatũ & damnũ extenſiuè, oſtendens, quòd deriuatur ad omnes. Formetur autem ſic ratio. In quocunq; omnes peccauerunt, per id mors peruenit ad omnes, ſed in Adam, & in eius peccato omnes homines peccauerunt, ergo p Adam, & eius peccatum peruenit mors ad omnes. De hac autem ratione ponit concluſionem, cum ſua probatione, dicens, Et ita) ſupple, per Adam, (in omnes homines mors pertranſiit.) Iſta eſt cõcluſio, (in quo) ſcilicet adam, vel (In quo) ideſt in eius peccato (omnes peccauerunt.) Iſta eſt probatio. Nam ideo per Adam mors in omnes pertranſiuit, quia in ipſo & in peccato eius omnes peccauerunt: eo enim peccãte, omnes nos naſcimur peccatores. Magnum itaq; fuit peccatum eius non ſolum intenſiue, ſed etiam extenſiuè, quia mortem, ideſt neceſſitatem moriendi induxit in

omnes. Deinde cum dicit.

Vſq; ad legem enim, peccatum erat in mundo: peccatum autem non imputabatur, cum lex non eſſet: Sed regnauit mors ab Adam, vſq; ad Moiſen: etiam in eos, qui non peccauerunt, in ſimilitudinem præuaricationis Adæ, qui eſt forma futuri.

Oſtendit quod iſtud magnum damnum et iſtud magnum peccatum inductum per Adam lex non curauit vel curare non potuit. Circa quod tria facit, ſecundum quod tres rationes adducit ad propoſitum. Secunda ibi. Sed regnauit mors.) Tertia ibi: Etiam in eos, qui non peccauerunt.) In prima parte intendit talem rationem, Quicquid dat ſolum cognitionem peccati vel facit cognoſcere quòd deus punit peccatum, non tollit peccatum, ſed vſq; ad illud incluſiuè habet eſſe peccatum: lex autem ſolum facit cognoſcere peccatum vel ſolum facit cognoſcere quòd deus punit peccatum: ergo lex non tollit peccatum, ſed vſq; ad legem incluſiue habet eſſe peccatum. Dico incluſiue, quia tempus legis includitur ſub tempore peccati, cum lex peccatum non tolleret. De hac autē ratione ponit concluſionem cum ſua probatione, dicens, quod vſq; ad legem enim, peccatum erat in mundo. Iſta eſt concluſio, videlicet, quòd vſq; ad legem incluſiue fuit peccatum, ita quod lex includebatur ſub tempore peccati, & non tollebat peccatum. Et ſubdit Peccatum autem non imputabatur cum lex non eſſet. Iſta autem eſt probatio concluſionis præmiſſę, videlicet, quòd lex non plus faciebat, niſi quòd peccatum oſtendebat: faciebat enim quòd peccatum putaretur id quod cognoſceretur, vel quod putaretur id quod puniendum crederetur: & quia non plus faciebat, ideo peccatum non tollebat, ſed vſq; ad legem peccatum erat in mundo, ideſt in homine, vt exponit gloſa. Notandum autem quod ante legem, cum lex non erat, peccatum non putabatur, ideſt non ſic cognoſcebatur, ſicut cognitum fuit lege adueniente: vel alio modo, vt exponit gloſa, non putabatur, ideſt nō reputabatur, quia tunc homines non reputantes peccatum, nō ſic cauebant ſibi, nec credebant deum multum offendi, cum non eſſet lex quæ peccatum prohiberet. Igitur vt in expoſitione litterę tangebatur, lex fecit vt peccatum putaretur, ideſt vt cognoſceretur; vel vt putaretur, ideſt vt reputaretur & verè crederetur eſſe aliquid magnum, quod eſſet dei offenſiuum, & quod eſſet à deo puniendum: & quia lex non plus faciebat, & gratiam non dabat, ideo peccatum non tollebat, ſed vſq; ad legem peccatum erat in mundo.

Deinde cum dicit. Sed regnauit mors) ponit ſecundam rationem, quòd lex peccatum non tollebat. Formetur autē ſic, In quocunq; ſtatu mors regnabat, ſtatus ille peccatum non tollebat; ſed in ſtatu legis mors regnabat, ergo lex peccatum non tollebat. De hac autem ratione non ponit niſi virtutem medii, dicens, quòd (regnauit mors ab adam, vſq; ad moiſem) ideſt vſq; ad legem, quæ per moyſen fuit data. Dicitur autem, vſq; ad legem regnaſſe mors, vt gloſa exponit, quia nec ipſa lex potuit mortis regnum auferre. Notandum autem quod, vt in gloſa tangitur, mortem regnaſſe vſq; ad moyſem: vel vſq; ad legem, pōt exponi tripliciter: primo de morte naturæ, ſecundo de morte culpæ: tertio, de priuatione gloriæ. Primo ergo modo dicitur mors regnaſſe tempore legis, nō quod tunc morerentur homines & non modò, ſed quia tūc magis timebant mortē quàm modò. Nam cum tempus legis non ita firmaret & ſolidaret homines in ſpe

A æternæ vitæ, ſicut facit tempus plenitudinis & tēpus aduentus chriſti, ſiue tempus gratiæ, hoc tempus, quātum eſt de ſe propter ſpem vitę futuræ, facit vt non ita mors regnet, ideſt vt non ita timeatur. Et quia peccator magis debet timere mortem, quàm iuſtus, ex hoc ipſo quòd tempore legis mors regnabat, arguere poſſumus quòd lex peccatum non tollebat, quia vt tactum eſt, peccator debet timere mortem, iuſtus autem, cum perfectus ſit in iuſtitia, dicit, Cupio diſſolui & eſſe cum chriſto. Secundo modo exponitur de morte culpæ, vt dicatur quòd mors culpæ, ſiue mors animę regnauit vſq; ad moyſem, ideſt vſq; ad legem, quæ lex huiuſmodi mortem non auferebat: ſic exponendo hanc literam de morte culpæ, patet quòd, ſi lex huiuſmodi mortem non auferabat, peccatum non tollebat. Tertio modo exponitur de priuatione gloriæ, vt dicatur, mors, ideſt priuatio gloriæ, & clauſio regni cęleſtis, regnauit vſq; ad legem, quia lex huiuſmodi ianuam cęleſtem aperire non poterat: omnes enim præcedentes patres ibant ad Limbum &
B nullus poterat intrari ianuam paradiſi. Cum ergo clauſio cęleſtis patrię facta ſit per peccatum: quod nō aperit cœleſtem patriam, ſupple, non tollet peccatū, Secundum hoc ergo ſic formabitur ratio, per quemcunq; ſtatum regnabat mors, & non aperiebatur cœleſtis ianua, ſtatus ille non tollebat peccatum, huiuſmodi fuit ſtatus legis, ergo non tollebat peccatum. Notandū autem quod præter has tres expoſitiones, ſecundum quas expoſuimus mortè regnaſſe vſq; ad legem incluſiue, exponitur quarto modo hic textus: vt dicamus, mortem regnaſſe vſq; ad legem excluſiue, ita quòd in ſtatu legis mors non regnauit. Secundū hoc ergo dicemus quod ante peccatum mors non imputabatur, ideſt non reputabatur, nec credebatur ex hoc deum offendi. Et ideo mors vſq; ad legem regnebat, quia homines ſecurè peccabāt. Adueniente enim
C lege, mors non regnabat, quia homines ex timore legis non ita ſecure peccabant. Lex ergo erat remediū non quòd iuſtificaret, ſed quòd aliquo modo ſe ex timore ad iuſtitiam pręparaFret. nam cum lex illa eſſet lex timoris, patet ſic eſſe, vt dictū eſt, quòd timor non iuſtificat, ſed aliquo modo ad iuſtitiā diſponit & præparat. Poſſet autē ex his formari ratio, Quicunq; ſtatus facit non regnare mortem, non ex eo quod ſtatus ille iuſtificet, ſed quia per timorem ad iuſtitiam pręparet, ſtatus ille peccatū nō tollit; huiuſmodi fuit ſtatus legis, ergo ſtatus ille non iuſtificat ſed per timorē diſponit ad iuſtitiam.

Timoris munus

Deinde cū dicit. Etiā in eos qui non peccauerunt.) Adducit ſecundā rationē quòd lex peccatū non tollit. Formetur autē ſic ratio, In quocunq; ſtatu mors regnat in omnes, non ſolū in peccantes, per tale peccatū,
D ſtatus ille peccatū non tollit: huiuſmodi fuit ſtatus legis, ergo non tollebat peccatū. De hac autē ratione ponit ſolū virtutē medii, dicens, Quòd (etiā) ſupple, tēpore legis regnauit mors (in eos, qui non peccauerūt in ſimilitudinem præuaricationis Adæ, qui eſt forma), ideſt ſimilitudo (futuri), ideſt chriſti, qui erat futurus, ideſt venturus tēpore legis. Et tunc eſt ſupplenda ratio, quòd cū mors regnaret tēpore legis, lex peccatū non tollebat. Notandū autem, quòd ſi volumus per quandā appropriationē loqui, dicemus has tres rationes, per quas probat apoſtolus, legē peccatū nō tollere, appropriādas eſſe morti culpæ, morti naturali, & morti geenne. vt dicamus per primā rationē oſtēdi, legē peccatū non tollere, quia vſq; ad Legē erat peccatū, ideſt mors culpæ: per ſecundam rationē hoc idem oſtenditur, quòd lex peccatum non tollat, quia vſq; ad moyſem, ideſt vſq; ad legem mors verè regnabat, quia homo ſecundum ſtatum illum pluſquam in ſtatu gratiæ mori timebat: per tertiam rationem oſtēditur etiam, legem peccatum non tollere, quia tunc

mors

A mors, ideſt priuatio æternæ vitæ, tam in eos qui præuaricabantur, quàm in alios regnabat, quia nulli cæleſtem patriam intrare valebant. Notandum etiam quòd ratio ſecunda, eſt fulcimentum rationis primæ: nam ideo peccatum erat vſq; ad legem, quia vſq; ad legem regnabat. Ratio vero tertia eſt fulcimentum ſecundæ rationis; nam ideo vſq; ad legem mors regnabat, quia huiuſmodi mors in omnes pertranſibat, & in eos qui non fuerant præuaricati: poſſet enim aliquis dicere, mortem culpæ, vel mortem clauſionis cæleſtis regni regnaſſe tempore legis, ſed in præuaricatores tantũ & in adultos: quod remouens apoſtolus ait quòd in eos, qui non præuaricauerunt peccato præuaricationis vt in paruulos huiuſmodi mors regnabat. Notandum etiam, vt magiſter teſtatur, quòd quidam textus habent (etiam & non) vnde in textu cõmuni dicitur, (etiam in eos qui non peccauerunt.) Quidam autem textus habent (etiam in eos qui peccauerunt.) Quidam textus non habent (etiam) nec (non) in eos qui peccauerunt. Secundum hoc autem datur quadruplex expoſitio. Quia in textu habente tam (etiam) quàm (nõ) vt dicatur, Etiam in eos qui nõ peccauerunt) exponetur, vt expoſitum eſt, videlicet, quòd mors regnauit in omnes vſq; ad legem in eos, ideſt in paruulos, qui non peccauerunt, in ſimilitudinem præuaricationis adæ, ideſt qui non habent actuale peccatum. Si vero in textu non ſit (non) vt dicatur quod mors pertranſiit etiam in eos, qui peccauerũt, tunc exponitur dupliciter, de paruulis & de adultis. Nã paruuli peccauerunt, non ꝙ ipſi habeant peccatũ actuale, ſed quod de peccatore naſcitur ſimiliter peccatores. Similiter etiam exponitur de adultis, vt dicatur, quòd mors pertrãſiuit in eos; ideſt in adultos, qui peccauerunt in ſimilitudinem præuaricatoris Adæ, ideſt qui habent peccatum actuale, ſicut & Adã habuit. Tertia litera nõ habet nec (etiam) nec (non): & tunc eſt ſenſus, quod mors pertranſiuit in omnes, & maxime in eos qui peccauerunt in ſimilitudinem præuaricationis adę, quia adulti præuaricatores exiſtentes, potiſſime ſunt illi, in quibus regnat mors. Prima litera, quæ habet tam (etiam) quàm (non) dicitur eſſe Auguſtini. Secunda, quæ habet (etiam), & non habet (non) dicitur eſſe Ambroſii. Tertia, quæ nõ habet (etiam) nec (non) vt dicitur, inuenitur in codicibus græcorum. Qualitercunq; exponatur, ſemper poſſumus concludere propoſitum, vt quia tempore legis, ſemper in adultis, ſiue in paruulis, ſiue in vtriſq; regnabat mors culpæ, quia lex illa non iuſtificabat: regnabat mors naturalis, quia tunc homines, pluſquam in ſtatu gratiæ, mortem naturalem timebant, vel timere debebãt: regnabat mors æternæ vitæ, quia lex illa cæleſtem ianuam non aperiebat. Cum ergo ex omnibus his concludi poſſit ꝙ lex illa peccatum non tollebat, bene dictum eſt quòd qualitercunq; exponitur, ſemper habetur intentum. Quoniam ergo præcedens lectio prolixior fuit in textu, diſtulimus quæſtiones vſq; ad lectionem præſentem: hic ergo tam de lectione præcedenti, quàm de præſenti, quæſtiones mouebimus.

Dubitatur ergo primo de eo quod dicebatur in lectione præcedenti, Iuſtificati igitur ex fide. Videtur autem qđ per fidẽ nõ iuſtificamur. Nã per id iuſtificamur, p qđ ſit virtutis ingreſſus, ſed ſecũdũ Ambroſiũ, egreſſus vitii operatur virtutis ingreſſum, egreſſus ergo vitii nos iuſtificat, & nõ fides. Dicẽdũ, ꝙ iuſtificationis noſtræ poſſumus aſſignare quadruplicem cauſam ſiue rationem, videlicet, formalem, materialem, efficientẽ, & finalem. Materialiter iuſtificamur per diſpoſitionẽ animæ: & quia anima diſponitur ad virtutem dimittẽdo vitia, iuſtificatio noſtra per egreſſum vitii eſt tanquàm per cauſam materialem, ſiue tanquam per diſpoſitionem animæ, & ſic exponitur Ambroſius. Formaliter autem iuſtificamur, per introductionem for-

De iuſtificatione.

A mę, ſiue per infuſionem virtutis & gratiæ, quæ formaliter nos iuſtificat: & ſic loquitur Paulus, dicens, Nos eſſe iuſtificatos ex fide, nõn ex fide quacunq; ſed ex fide formata, per quam formaliter iuſtificamur. Tertio iuſtificamur efficiẽter, per Dominum qui nobis virtutes infundit. Quarto iuſtificamur finaliter, per æternã gloriam, ad quam iuſtificatio noſtra finaliter ordinatur. Cum ergo dicitur, iuſtificamur per egreſſum vitii; ergo non iuſtificamur per fidem, patet quod iuſtificamur per vtrunq; ſed aliter, & aliter.

Vlterius forte dubitaret aliquis, de eo quod gloſa ait, vbi exponitur, Iuſtificati ex fide. Dicitur enim ibi, quod hic ait apoſtolus, nos iuſtificari ex fide: qui ſupra dixit, nos iuſtificari gratis, & per gratiam: quod ideo dixit, vt gloſa ait, ne ipſa fides reputaretur ſuperba. Sed contra: ſuperbia pertinet ad vitium: quare ſi fides poſſet eſſe ſuperba, virtus poſſet eſſe vitioſa; & B vnum oppoſitorum prædicaretur de alio: quod eſt inconueniens. Præterea Auguſtinus vult quod virtute nõ male vtatur, dicẽs, ꝙ virtus eſt bona qualitas mentis, qua nemo male vtitur, quàm deus in nobis ſine nobis operatur. Hoc idem vult philoſophus, vltimo pri. Rhetoricorum, dicẽs, quod omnibus bonis poſſumus ferè male vti; exceptis virtutibus: quare virtutes non poſſunt eſſe vitioſæ, nec ſuperbæ, vt contingat eis male vti. Dicendum quòd per alia bona poſſumus habere quòd agamus, ſed per virtutes habemus quòd bene agamus: per ingenium enim, & per induſtriam naturalem, & per cætera huiuſmodi bona habemus, quod inueniamus diuerſas vias, diuerſa conſilia, diuerſos modos agendi: illę tamen vię, illa conſilia, poſſunt eſſe bona & mala; poſſunt enim eſſe ordinata ad bonum & ad malum finem. Sed opera virtutum & actus, qui à virtutibus egrediuntur, ſemper C ſunt ordinati ad bonum finem, ex quod formaliter nunquam conuenit virtutibus male vti; materialiter autem poſſumus virtutibus male vti, quia poſſumus de virtutibus ſuperbire, ſed id ſuperbire non erit actus virtutum, nec egredietur formaliter à virtute, ſed à voluntate vitiata. Patet ergo quod fides & aliæ virtutes poſſunt eſſe ſuperbæ, & quomodo non. Ne ergo ſuperbiremus de fide, credendo, quod per ſolam fidem ſine gratia iuſtificari poſſumus, Apoſtolus iuſtificationem non ſemper attribuit fidei, ſed aliquando attribuit eam gratiæ.

Vlterius forte dubitaret aliquis de eo quod gloſa exponens, iuſtificamur per fidem & per gratiam, ait quod gratia meretur augeri, & aucta meretur perfici. Sed contra, cum augmentum gratiæ pertineat ad gratiam, ſi poſſemus mereri augmentum gratię, poſſemus mereri gratiam: & tunc gratia non eſſet gratia, nec eſſet gratis data. Dicendum, quòd antequam habeamus gratiam, eam mereri non poſſumus: ſed poſtquam ha-D bemus gratiam, poſſumus mereri gratię augmentum: igitur gratię augmentum non meremur niſi per gratiam. Cum ergo quicquid datur nobis per gratiam, poſſit dici gratis datum, ipſum augmentum gratię, referendo ad ſuum principium, nobis confertur ex gratia.

Vlterius fortè dubitaret aliquis de eo quod in litera dicitur, quod pacem habemus per dominum Ieſum Chriſtum: quod gloſa exponens, dicit ipſum eſſe miniſtrum gratię. Sed contra: cum ipſe ſit autor gratię, non eſt miniſter gratię. Dicendum quod cum per paſſionem chriſti ſimus conſequuti iuſtificationem & gratiam, & ipſe dei filius paſſus ſit non in deitate & vt deus, ſed in humanitate & vt eſt homo, ipſa humanitas chriſti fuit quoddam organum noſtræ redemptionis, & mediante carne paſſibili chriſtus nos redemit. Chriſtus ergo licet in quantum deus ſit autor gratiæ, in quantum autem homo fuit miniſter gratię, vt communiter ponitur.

A Poſtquàm dubitauimus de pertinentibus ad lectionem præcedentem, dubitare poſſumus de pertinentibus ad præſentem. Primo ergo quæritur de eo quod dicitur, ꝙ per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors. Hoc autem videtur falſum, quia principium peccandi videtur fuiſſe mulier, non homo. Dicendum, quod vt Auguſtinus ait 12. de Trinitate. cap. 12. illum eundem modum, quem videmus in nobis, fuit in peccato primorum parentum. Nam ibi primò Serpens perſuaſit: Mulier comedit: & Viro dedit. Sic in nobis eſt ſenſualitas, quæ ſe habet vt ſerpens: ratio inferior, quæ ſe habet vt mulier; & ratio ſuperior, quæ ſe habet vt vir. Senſualitas perſuadet, ratio inferior comedit cum delectatur, ſed guſtat vir, ideſt ratio ſuperior cum per conſenſum cõſumatur peccatum. Peccatum eſt ab omnibus his tribus, ſed conſumatio eſt à ratione ſuperiori: ita quòd peccatum intraret in mundum, & omnes naſceremur B natura filii iræ, licet fuiſſet aliquomodo à ſerpente & à muliere: conſumatio tamen fuit à viro: & ſic patet ſolutio ad obiectum.

Vlterius forte dubitaret aliquis de eo quòd hic dicitur, quòd per peccatum intrauit mors: quomodo hoc habeat veritatem. Dicendum quòd Adæ data fuit originalis iuſtitia, quæ fuit donum quoddam ſupernaturale, per quam originalem iuſtitiam omnia inferiora ſuperioribus ſubdita erant: dicebatur enim eſſe iuſtitia quædam, ideſt eſſe quædam æqualitas, quia quodammodo æquum eſt, vt inferiora ſuperioribus ſint ſubiecta: dicebatur etiam hæc iuſtitia eſſe originalis, quia licet non eſſet naturaliter habita ſed ſupernaturaliter collata; erat tamen per Adam per originem in poſteros tranſfundenda, quia non fuit hoc donum collatum Adæ tanquam ſingularis perſona, ſed prout erat totius humanæ gñationis principium. Cũ ergo corpus ſit inferius aĩa, & vires inferiores ſint inferiores rõne, nihil inſurgebat in inferioribus viribus, quod repugnaret rationi, & per huiuſmodi iuſtitiam nihil inſurgebat in corpore, quod repugnaret animæ. Et quia ex hoc conſurgit omnis corruptio, C ex eo quod in materia inſurgunt diſpoſitiones repugnãtes formæ, cum anima ſit forma corporis, ſi nihil inſurgeret in corpore repugnans animæ, & ſi corpus ſemper eſſet diſpoſitum vt requirit ſua anima & ſua forma, nunquam homo moreretur nec corrũperetur, quia per originalem iuſtitiam potuit Adam vitare mortem, & ſe continuare in vita. Sed amiſſa originali iuſtitia per peccatum, fracta fuit illa catena, ruptum fuit illud ligamen, p quod omnia inferiora ſuperioribus ſubdebantur, & ſtatim incepit concupiſcere, & vires inferiores rationi rebellare cęperunt: ſtatim incœpit corpus rebellare animæ, & inceperunt in corpore inſurgere inæqualitates humorum, & aliæ indiſpoſitiones repugnantes animæ ſiue formæ. Et D ideo poſt peccatum licet ſtatim non fuerit mortuus, ſtatim tamen habuit neceſſitatem moriendi. Per peccatum ergo Adæ intrauit mors in mundum: quia per peccatum eius ſublata fuit originalis iuſtitia, per cuius ſublationem inducta fuit neceſſitas moriendi.

Vlterius forte dubitaret aliquis, Quomodo in Adã & in eius peccato nos omnes peccauimus. Dicendum quod ſi volumus imaginari, qualiter per peccatum Adæ punimur, & quomodo peccatum eius imputatur nobis, imaginemur Regem aliquem dediſſe caſtrũ alicui militi, quod caſtrum per ſucceſſionem hereditatis deberet à ſuis hæredibus poſſideri. quo poſito: ſi miles forefaceret contra regem, iuſte tolleretur ab eo caſtrũ, in quo damnificarentur filii. Si ergo quæratur vtrum filii peccauerint: plana eſt reſponſio, quod ſi conſiderẽtur illi filii in ſe, non puniuntur per ſubtractionem caſtri, quia nõ debebatur illis caſtrum illud, ſecundum ſe: ſic etiam huiuſmodi filii in ſe conſiderati non peccant: ſed vt ſunt membra patris, per quem A debebat ad eos caſtrum deriuari, ſic puniuntur per ſubtractionem caſtri. Et quia non puniuntur niſi vt ſunt membra patris, ſufficit eos peccaſſe in patre; nam qui punitur vt eſt aliquid in ſe requiritur vt per ſe & per ſuam voluntatem præuaricauerit: ſed qui punitur vt eſt aliquid alterius, & vt ptinet ad alterum, ſufficit ꝙ peccauerit per alterum, & per voluntatem alterius. Sic & in propoſito, cum originalis iuſtitia ſit bonum quoddam ſupernaturale, filii Adæ carentes huiuſmodi iuſtitia, in ſe conſiderati, non puniuntur, quia non debebatur eis talis iuſtitia ex natura: ſed conſiderati vt ſunt membra Adæ, ſic puniuntur, quia carent illa iuſtitia, quæ ab Adam in ipſos tranſfundi debebat. Et quia puniuntur, vt referuntur ad Adam, & punitioni debet reſpondere peccatum, non oportet quod paruuli peccent in ſe & per voluntatem eorum, ſed ſufficit quod peccauerint in B Adam & per voluntatem eius. Benè ergo dictum eſt, In quos omnes peccauerunt, quia in Adam & in peccato eius, omnes peccaſſe dicimur, quia eo peccante, omnes naſcimur peccatores.

Vlterius forte dubitaret aliquis, quomodo Adam fuit forma futuri, id eſt chriſti. Dicendum quod, vt magiſter tangit in gloſa, Adam fuit forma futuri, ideſt chriſti, quadrupliciter: primo vt ſimilitudo ſit à contrario, quia ſicut in chriſto omnes viuificantur, ita in adam, è contrario omnes moriuntur. Secundo dicitur Adam forma chriſti, quia ſicut adam ſine coitu eſt à deo factus: ita chriſtus ex virgine ſine coitu, ſpiritu ſancto cooperante, proceſſit. Tertio, Adam dicitur pater omnium ſecundum carnem, ita chriſtus eſt pater omnium ſecundum fidem. Quarto adam eſt forma chriſti, quia ſicut ex latere Adæ dormientis, aſſumpta eſt coſta, vnde facta eſt Eua: ſic ex latere chriſti dormiẽtis in cruce, profluxerunt ſacramenta, ſcilicet, aqua C ablutionis, & ſanguis redemptionis, per quæ formatur, perficitur, & ſaluatur Eccleſia, ideſt ſaluatur fidelium multitudo.

LECTIO. XVIII.

Sed non ſicut delictum, ita & donum: ſi enim vnius delicto multi mortui ſunt, multo magis gratia dei & donũ, in gratia vnius hominis Ieſu chriſti, D in plures abundauit.

Poſtquàm oſtenſum eſt quantus fuerit morbus per adam inductus, & declaratũ eſt quòd huiuſmodi morbus per legem non potuit eſſe curatus: in parte iſta, vt dicebatur, oſtendit quomodo huiuſmodi morbus, per huiuſmodi chriſti iuſtitiam, & per eius gratiam, potuit eſſe ſanatus & liberatus: circa quod ſex facit, ſecundum quòd ſex rationibus probat intentum: probat enim iuſtitiam factam per chriſtum comparari ad ſex. Primo ad ſuam bonitatem, quia illa iuſtitia habet rationem bonitatis. Secũdo comparari poteſt ad ſuũ effectum. Tertio ad ſuam plurificationem & diffuſionem, quia bonum eſt diffuſiuum & ſui plurificatiuum. Quarto ad ſuam cauſam. Quinto ad ſuum obiectum. Sexto ad tempus in quo eſt facta. Secunda ratio incipit ibi (& non ſicut per vnum.) Tertia ibi (ſi enim in vnius delicto.) Quarta ibi: Igitur per vnius.) Quinta ibi (ſicut enim per inobedientiam.) Sexta ibi: lex autem

tem ſubintrauit.)

Ad euidentiam primæ partis ſciendum, quod malum non agit niſi ratione boni, in quo fundatur. nam malum ſecundum ſe, non eſt effectiuum ſed defectiuũ, ſi autem eſt effectiuum, hoc eſt ratione boni, in quo fundatur. ipſum autem ſecundum ſe non eſt exiſtens, nec eſt de numero exiſtentium, hoc eſt quod ait Dionyſius in capite quarto de diuinis nominibus, quòd malum, ſecundum quod eſt malum, neq; eſt exiſtens, nec exiſtẽtium, effectiuum autem eſt propter bonum: benè ergo dictum eſt quòd plus poteſt bonum quàm malum: cum malum non agat niſi de virtute boni. Quare ſi peccatum Adæ potuit nos inficere, & iniuſtificare, gratia Chriſti, quæ habet rationẽ boni, & quę plus poteſt, multo magis poterit reficere & iuſtificare: ex ipſa ergo bonitate gratiæ chriſti, & iuſtificatione eius, probatur intentum. Formetur ergo ſic ratio, Quoſcunq; delictum vnius potuit inficere & etiam iniuſtificare, multo magis gratia, iuſtitia, & donũ vnius, videlicet, chriſti, potuit nos reficere & iuſtificare: ſed delictum vnius adę potuit omnes inficere & iniuſtificare: ergo gratia chriſti multo magis poterit omnes reficere & iuſtificare. De hac autem ratione ponit virtutem medii, dicens, quòd non ſicut delictum, ita & donum, quaſi dicat donum Chriſti non eſt ſicut delictum Adæ, quia plus potuit, quàm illud delictũ: quia bonum plus poteſt, quàm malũ. & quia ſic eſt, ſi vnius, ſcilicet Adę delicto, multi vt omnes poſteri mortui ſunt, multo magis gratia dei & donũ dei, in gratia. i. p gratiã vnius hominis Ieſu chriſti, abũdauit in plures idest abũdãter iuſtificauit vel iuſtificare potuit plures, quia oẽs ſic mortui p Adã, p chriſtum iuſtificari poſſunt. Notãdũ aũt quòd, vt gloſa ait, per gratiam chriſti intelligit perfectionem virtutum, quæ ſunt in chriſto homine, qui chriſtus, per ſuam bonitatem, de ſua plenitudine nobis omnibus tribuit. Notãdum etiam quod ait gloſa, & eſt Haymonis, quod cum ait apoſtolus, Gratia chriſti abundauit in plures, ibi (plures) non tenetur comparatiue: vt ſit ſenſus, quòd plures iuſtificantur per chriſtum, quàm inficiantur per Adam: ſed ly (plures) habet rationẽ poſitiui & abſoluti: & erit ſenſus, quia gratia abundauit in plures, idest in multos, quia in omnes nos. Notandum etiam, quòd gratia chriſti abundauit in multos idest in omnes: & ſi nõ efficienter quia non omnes de illa percipiunt, tamen abundauit in omnes ſufficienter quia ſuffecit ad redẽptionem omnium. Deinde cum dicit.

Et non ſicut per vnum peccatum ita & donum, nam iudicium ex vno in condemnationem: gratia autem ex multis delictis in iuſtificationem.

Adducit ſecundam rationem, quòd chriſtus potuit nos omnes iuſtificare, ſumptam ex parte effectus gratiæ, nam vnum fuit delictum adæ quod omnibus imputatur, & per quòd omnes naſcimur natura filii iræ: ſed gratia chriſti, nõ ſolum poteſt in remiſſionẽ vnius delicti, ſed etiam in remiſſionem omnium delictorũ. Formetur ergo ſic ratio, Quoſcunq; vnum delictum Adæ potuit iniuſtificare & inficere, multũ magis gratia chriſti, quę delet multa delicta, potuit iuſtificare & reficere; ſed vnum delictum adæ potuit nos omnes iniuſtificare & inficere: ergo multo magis gratia chriſti poteſt nos omnes iuſtificare & reficere. De hac autem ratione ponit virtutem medii, dicens, Quòd non ſicut per vnum peccatum, ita, ſupple, & donum, idest per donum, imo plus ſic per donum & per gratiam chriſti quàm per peccatum: nam iudicium in condemnationem eſt ex vno delicto adę: gratia autem chriſti eſt in iuſtificatiõem ex multis delictis, quia iuſtificat multa delicta: iuſtificat enim originale, & actuale, & poteſt

A multa actualia tollere; ex ipſo ergo effectu gratiæ, chriſti, videlicet quòd põt tollere multa delicta, patet quòd ſi ſummũ delictum adę multos potuit condemnare: multo magis gratia chriſti, quę multa poteſt delere delicta, poterit omnes nos iuſtificare. Deinde cum dicit.

Si enim vnius delicto, mors regnauit per vnum: multo magis abundantiam gratiæ & donationis & iuſtitiæ accipientes, in vita regnabunt per vnum Ieſum chriſtum.

Probat hoc ex parte plurificationis, diffuſionis, & abundantiæ ipſius Gratiæ chriſti. Nam cum malum ſit quid defectiuum, gratia & omne bonum ſit quid diffuſiuum & quid abundans, ex ipſa abundantia, & ex ipſa diffuſione gratiæ probare poſſumus, quòd

B quoſcũq; infecit delictum adę, qd fuit quid defectiuũ, poterit iuſtificare gratia chriſti, quæ eſt quid abundans & quid diffuſiuum. Formetur ergo ſic ratio. In quocunq; regnat mors per delictum vnius adæ, quod fuit quid defectiuum, poteſt regnare vita per gratiã chriſti, quæ eſt quid abundans & quid diffuſiuum: ſed in omne regnauit huiuſmodi mors, ergo in omne regnabit vita gratiæ Ieſu chriſti. De hac autem ratione ponit virtutem medii dicens, Quòd ſi enim in delicto vnius adę mors regnauit, idest eſt transfuſa in omnes homines per vnum idest per Adam: multo magis omnes accipientes abundantiam gratiæ, & abundantiam donationis, & iuſtitiæ chriſti, regnabunt per vnum Ieſum chriſtum in vita, & viuificabuntur, & iuſtificabuntur per ipſum. Deinde cum dicit.

Igitur ſicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem: ſic et

C **per vnius iuſtitiam, in omnes homines in iuſtificationem vitæ.**

Adducit quartam rationem ſumptam ex parte cauſæ: nam cauſa iniuſtificationis noſtræ fuit adam qui fuit primus homo: ſed cauſa iuſtificationis noſtræ fuit chriſtus qui eſt deus & homo: quia ſi delictum vnius, qui erat purus homo, potuit omnes nos condemnare, iuſtitia chriſti, qui eſt deus & homo, potuit nos iuſtificare. Formetur ergo ſic ratio, Quoſcunq; potuit condemnare delictum adę qui fuit purus homo, poteſt iuſtificare iuſtitia chriſti qui eſt deus & homo: ſed omnes homines potuit adę delictum condemnare: ergo omnes poterit iuſtitia chriſti iuſtificare. De hac autem ratione ponit virtutem medii, dicens, Igitur ſicut per delictum vnius, idest adę, qui, ſupple, fuit purus homo, in omnes homines, ſupple proceſſit dei ſententia in condemnationem; ſic & per iuſtitiã vnius

D idest chriſti, qui, ſupple, eſt deus & homo, in omnes homines, ſupple, procedet diuina diſpenſatio in vitę iuſtificationem. Deinde cum dicit.

Sicut enim per inobedientiam vnius hominis, peccatores conſtituti ſunt multi ita & per vnius obeditionem, iuſti conſtituentur multi.

Adducit quintam rationem ſumptam ex parte obiecti: nam inobedientia & iniuſtitia adę fuit reſpectu huiuſmodi obiecti, videlicet, reſpectu pomi vetiti: ſed iuſtitia & obedientia chriſti fuit reſpectu mortis, quia factus eſt obediens patri vſq; ad mortem, mortem autem crucis, vt dicitur ad philippenſes Cap. 2. Cõſtat autem quod mors eſt finis omnium terribilium, vt dicitur, tertio Ethicorum Cap. 4. & mors crucis erat valde ignominioſa: maior ergo fuit iuſtitia & obedientia chriſti, quæ fuit reſpectu tàm ignominioſæ mortis,

quàm fuerit iniuſtitia & inobediẽtia Adę, quæ fuit reſpectu pomi vetiti. Suppoſito, hanc obedientiam eſſe maiorem illa inobedientia, arguatur ſic. Quoſcunq; potuit inobedientia vnius hominis, ideſt adę, peccatores conſtituere, poteſt obediẽtia vnius hominis, ideſt chriſti, iuſtos facere: ſed omnes nos potuit illa inobedientia peccatores conſtituere: ergo & nos omnes poteſt chriſti obedientia iuſtos facere. De hac autem ratione ponit virtutem medii, dicens. Quod ſicut enim per inobedientiam vnius hominis, ideſt adę, multi peccatores conſtituti ſunt, quia omnes nos per illam inobedientiam peccatores ſumus facti: ita & per obedientiam vnius hominis, ideſt chriſti, iuſti conſtituuntur multi: quia omnes nos per huiuſmodi obedientiam poſſumus iuſti fieri. Deinde cum dicit.

Lex autẽ ſubintrauit, vt abundaret delictum. Vbi autem abundauit delictum, ſuperabundauit & gratia. vt ſicut regnauit peccatum in mortem: ita & gratia regnet per iuſtitiam in vitam æternam per Ieſum chriſtum dominum noſtrum.

Adducit ſeſtam rationem, ſumptam ex parte temporis, in quo eſt huiuſmodi iuſtitia facta & perpetrata: ſicut.n. videmus in morbo corporali, ſic & in ſpirituali arbitrari poſſumus. Videmus enĩ ꝙ tũc eſt tp̃s curãdi corporalẽ morbũ, qñ morbus cognoſcitur, & qñ infirmus humiliatur & medicorũ mãdatis ſubiicitur, & qñ infirmitas aggrauatur: quodcunq; iſtorum deficiat, videtur haberi rationabilis excuſatio, ne curetur morbus. Primo enim ſi morbus non cognoſcitur, non videtur cura fienda, quia non eſſet curatio artificialis, ſed caſualis & incognita. Secundo, ſi infirmus non humilietur & nolit obtemperare mandatis medici, fruſtra intenderetur curationi morbi. Tertio, ſi non eſſet morbus periculoſus, & non aggrauaretur infirmitas, fortè non expediret intendere curationi morbi. Sed cum omnia iſta concurrant tam circa morbum corporalem, quàm circa morbum ſpiritualem, expedit curationi intendere. Et quia lex moſaica faciebat vt peccatum cognoſceretur: ſecundo faciebat ꝙ homo humiliaretur, videns ſe nõ poſſe omnia adimplere, quæ lex imperabat: tertio, propter tranſgreſſionem legis, faciebat quòd peccatum aggrauaretur: dignum ergo erat quòd poſt tempus legis eſſet tẽpus plenitudinis, & intenderetur curationi morbi. Formetur ergo ſic ratio, in quocunq; tempore peccatum abundanter cognoſcitur, homo per peccatum abundanter humiliatur, & peccatum abundanter aggrauatur, dignum eſt quòd poſt illud tempus fiat curatio & iuſtificatio, & poſtquam ſic abundauit delictũ quòd poſtea ſuperabundauit & gratia: ſed tempore legis peccatum cognoſcebatur, homo per peccatum humiliabatur, & peccatum aggrauabatur, ergo congruum erat quod poſt tempus legis, ideſt tẽpore chriſti, fieret iuſtificatio: & poſtquam ſic per legem abundauit delictum, congruum erat vt per chriſtum abundaret et gratia. De hac autem ratione ponit virtutem medii dicens. Quòd lex ſubintrauit, ideſt latenter intrauit vt delictum abundaret, ideſt vt abundanter delictum cognoſceretur, & vt homo per delictum abundanter humiliaretur, & vt delictum abundãtius aggrauaretur: ſed vbi, ideſt poſtquam abundauit delictum, per legem, ſupple: per chriſtum abundauit & gratia: vel vbi, ideſt in nobis peccatoribus vbi per legem abundauit delictum, per chriſtum ſuperabundauit & gratia: & ſicut ante regnauit peccatum in mortem, ita per ieſum chriſtum dominum noſtrum regnet & gratia per iuſtitiam in vitam ęternam. Notandum autẽ, quod lex ſubintrauit, ideſt latenter intrauit dupliciter: primo quia non fuit data omni populo: ſecundo,

A quia non fuit data in loco publico, ſed fuit data in deſerto. Notandum etiam, vt tactum eſt, per legem abundauit delictum tripliciter, quorũ duo modi ſunt accipiendi cauſaliter, tertius verò modus eſt accipiendus concomitanter & conſequutiuè. primo lex intrauit vt delictum abundaret, ideſt vt abundantius cognoſceretur: ſic exponendo cauſaliter & finaliter, verum eſt, quod dicitur, quòd propter hoc fuit data lex vt peccatum abundaret, ideſt vt abundantius cognoſceretur. Secundo fuit data lex vt peccatum abundaret, ideſt vt homo per peccatum abundantius humiliaretur; ſic etiam exponendo cauſaliter & finaliter, verum eſt, quod dicitur quòd propter hoc fuit data lex vt homo non ſolum confiteretur ſuam ignorantiam, eo quod lex faceret hominem peccatum cognoſcere, ſed etiam fuit data lex vt homo humiliaretur, & cognoſceret ſuam impotentiam, videns ſe non poſſe perficere & implere. Tertio lex intrauit vt delictum abundaret, ideſt vt abundanter ageretur & creſceret: ſed hoc non eſt verum cauſaliter & finaliter: non enim fuit intentio legis latoris dare legem vt homines induceret ad peccatum: B quia tunc lex non eſſet ſancta & mandatum non eſſet ſanctum & bonum: tamen conſequutiue & concomitatiuè verum eſt, quia ex prohibitione legis incitati ſunt homines ad concupiſcentiam; & ita occaſionaliter per legem abundauit delictum, & augmentatum eſt peccatum. Notandum etiã, quod ſicut poſt diſpoſitionem materiæ congruè inducitur forma, ita poſtquàm nos diſpoſuit ad iuſtificationem, expediebat medicum quærere: congruum enim fuit, vt per chriſtum tempore plenitudinis fieret (per legem ſic nos diſponentem) iuſtificatio noſtra. Notandum etiam, vim rationis in hoc cõſiſtere, quòd poſt abundantiam delicti congruum eſt medicinam conferre: ergo vbi, ideſt poſtquàm per legem, illo triplici modo, vt expoſitum eſt, abundauit delictum, & C augmentatus eſt morbus, congruum fuit vt & per Ieſum ſuperabundaret & gratia & conferretur medicina: ergo ex ipſo tempore ex quo facto fuit per chriſtum noſtra iuſtificatio, arguere poſſumus, quòd ſic oportuit fieri, & ſic congruebat vt fieret iuſtificatio noſtra. Notãdum etiam, quòd hæc ratio ſexta, differt a quinq; præcedentibus ratiõibus: nam quinq; primæ rationes oſtendunt, quòd chriſtus potuit nos reconciliare: hæc autem ratio ſexta probat quòd fuit decens & congruum, chriſtum hæc facere: congruum enim erat non ex parte iniquitatis noſtrę, ſed ex parte pietatis diuinæ, quòd poſtquam per legem ſic abuudauit delictum, poſtea per chriſtum ſuperabundaret & gratia.

Dubitaret forte aliquis de eo quod ait apoſtolus circa principium lectionis, dicens: quòd ſi vnius delicto multi mortui ſunt, multo magis gratia dei, & donum in gratia vnius hominis Ieſu chriſti, abandauit D in plures. ex quo videtur ſequi, quòd in plures abundet gratia facta per chriſtum, quàm imperfectio facta per Adam: conſtat autem hoc eſſe falſum, quia omnes inficiuntur per Adam, & non omnes iuſtificantur per chriſtum. Dicendum, quod ad hoc poſſumus tripliciter reſpondere. Primo vt in legendo literam dicebatur, videlicet quòd li (plures) non ſe teneat comparatiue, ſed idem valeat, quod multi: conſuetudo enim loquendi eſt, quòd cum voluerimus dicere aliquos eſſe multos, dicimus illos eſſe plures. Secundum hoc itaq; erit ſenſus: quòd ſicut vnius delicto multi mortui ſunt, ita gratia chriſti multi iuſtificati ſunt, quia gratia chriſti abundauit in plures ideſt in multos. Secundo potuit ſolui, vt li (plures) teneatur comparatiue, ſed non dicat pluralitatem ſuppoſitorum, ſed manerietum, quia licet per chriſtum non ſint plura ſuppoſita humana iuſtificata, quàm per Adam infecta, tamen plures maneries hominum iuſticantur per chriſtum

ſtum, quam inſiciantur per Adam: nam pec Adam A non inſiciuntuc niſi paruuli per peccatum originale: ſed adulti vt adulti ſunt, non directe inſiciuntur per Adam, ſed ſi inſiciuntur, hoc eſt per peccatum proprium & actuale: peccatum verò adæ inſicit paruulos per originem, ſed peccatum proprium inſicit adultos per propriam voluntatem. Chriſtus ergo qui per ſuam gratiam, non ſolum iuſtificat paruulos, & tollit peccatum originale, ſed etiam iuſtificat adultos & tollit peccatum actuale, plures iuſtificat chriſtus, quàm inficiat Adam, vt dicebatur, non quantum ad pluralitatem ſuppoſitorum, ſed maneriorum. Tertio modo ſoluitur etiam pro vt li (plures) tenetur cõparatiue, vt dicamus, plures iuſtificari per chriſtum, quàm infici per Adam, non quãtum ad efficientiam, ſed quantum ad ſufficientiam, non enim plures efficiũtur iuſti per chriſtum, quàm inficiantur per Adam: tamen iuſtitia chriſti ſufficit ad plures iuſtificandos, quã peccatum Adæ ad inficiendos. Nam peccatum Adæ B non poteſt inficere niſi procedentes ex adam: ſed ſi eſſent multi alii mundi, in quibus eſſent homines non procedentes ex adam, ſufficeret paſſio chriſti ad redimẽdos & hos & illos: infinita enim erat pſona quę patiebatur. non ergo poſſent tot mundi, nec tot modis infici, ad quos redimendos non ſufficeret paſſio chriſti.

Vlterius forte dubitaret aliquis de eo quod in littera dicitur, videlicet quòd iuditium eſt ex vno delicto in condemnationem. Conſtat autem quòd quia Adam peccauit, ideo condemnamur: ſed ipſe non peccauit vno peccato, ſed multis, ergo non propter vnũ peccatum tm̃ ſed pp multa condemnamur. Dicẽdũ ꝙ ex hoc, peccatum Adæ nobis damnum intulit, & nos condemnat, quia propter peccatum eius priuamur iuſtitia originali, quam teneremur habere niſi ab hoc †peccato in baptiſmo abſolueremur. Acceperat enĩ C Adam, vt dicebatur, illam originalem iuſtitiam, non vt erat quædam ſingularis perſona, ſed vt erat totius humanæ generationis principium, & vt debebat eam in omnes transfundere: & quia nemo dat, quod non habet, perdente Adam illam iuſtitiam per peccatũ, oportuit & nos illã perdere. Per primũ ergo peccatum perdidit Adam illam iuſtitiam, qui ſi poſtea alia peccata cõmiſit, illa peccata ſequentia, originalẽ iuſtitiam ſubtrahere non potuerunt, quia Adam iam illam perdiderat. Primum ergo peccatum Adæ tollens originalem iuſtitiam ab Adam, nobis imputatur, & nos damnificauit: alia autem peccata poſtea, ſi qua cõmiſit, nobis non directe nocuerunt: & ideo dicitur per vnum delictum in condemnationem, quia per vnum peccatum fuit ſublata originalis iuſtitia, qua ſublata, in iniquitatibus concipimuc, & iniuſti naſcimuc.

† debito

Vlterius forte dubitaret aliquis de eo quod in lite D ra ſequitur, quòd gratia ex multis delictis eſt in iuſtificationem. Sed contra: dicebatur ſupra quòd iuſtificamur ex fide, ergo falſum eſt quòd iuſtificemuc per gratiam. Dicendum quod non eſt inconueniens idem attribui diuerſis, aliter & aliter. Iuſtificatio ergo noſtra eſt per fidem & gratiam, ſed non eodem modo. Nam ſicut in eſſe naturę, per eſſentiam ſumus, & per potentiam agimus: ſic & ſpiritualiter oportet dare aliquid, quod det nobis ſpirituale eſſe: & aliquid quod informet potentias, vt poſſimus ſpiritualia opera agere: Gratia ergo dat nobis ſpirituale eſſe, iuxta illud prime ad Corint. Cap. 15. Gratia dei ſum id quod ſum. Ipſum enim eſſe ſpirituale per gratiam habemus. Sed virtutes informant & perficiunt potentias animæ, vt ſpiritualiter agamus, & maxime loquendo de fide formata. Iuſtificamur ergo & ſpirituales ſumus, tam per gratiam, quàm per fidem: ſed aliter & alitec.

LECTIO XIX.

QVid ergo dicemus? permanebimus in peccato, vt gratia abundet? abſit. Qui enim mortui ſumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo? CAP. VI.

Vt dicebatuc non ſufficic homines ad pacem inducere, niſi in illa pace permaneant & perſiſtant: ideo poſtquam apoſtolus oſtendit ſupra. 5. Cap. quòd dimiſſis litigiis deberemus ad dominum pacem habere: B in parte iſta oſtendit quomodo poſſumus in pace iſta durare & perſiſtere. Ad cuius euidentiam ſciendum, quod peccatum, huiuſmodi pacem tollit. Lex moſayca quæ fuit lex timoris, occaſionaliter ad huiuſmodi pacem tollendam inducit: ſed lex chriſti quæ eſt lex amoris, huiuſmodi pacẽ cauſat & effici. Quare ſi amotis litigiis, pacem ad dominum babere volumus, debemus primo a peccato eſſe liberati, cum peccatum hanc patem tollat. Secundo decens eſt, quod ſimus à lege Moyſi abſoluti, cum huiuſmodi lex ad hanc pacẽ tollendã inclinet & inducat. Tertio expedit quòd ſimus ſub lege amoris, & gratiæ collocati, cum lex gratiæ, huiuſmodi pacem cauſet & efficiat. Ideo tria facit. Nam primo oſtendit in hoc. 6. cap. quomodo ſumus à peccato liberati. In. 7. vero Cap. quomodo ſumus à lege abſoluti. In. 8. Cap. narrat quomodo ſumus ſub lege gratiæ & amoris collocati. Secunda ibi. C An ignoratis fratres ſcientibus enim legem loquor.) Tertia ibi, Nihil ergo nunc damnationis) Vel poſſumus aliter dicere & melius quòd in primis quatuor cap. remouit apoſtolus à Romanis litigii materiam. In quinto vero cap. induxit eos ad pacem & concordiam. Ab hoc vero capite ſexto vſq; ad duodecimum inducit eos ad pacis & concordiæ perſeuerantiam.

Ad cuius euidentiam ſciendum, quòd, quantum ad præſens ſpectat, quatuor ſunt, ꝑ quę potuiſſent romani à concordia recedere, & in ea non perſeuerare. Primum eſt quod ſibi inuicem peccata imponebant. ſecũdo verò quia Iudęi ſe de lege iactabant. tertio quidem quia litigando vtriq; a lege ſpiritus & à charitate recedebant. quarto autem quia ex ipſis meritis, & proprijs operibus ſe ſaluatos exiſtimabant. Ideo quatuor facit, quia primo, ne à pace recedant, ſibi inuicem peccata in ponendo: oſtendit in hoc ſexto cap. quod ſunt à peccato liberati. ſecũdo, ne à pace recedant, ſe de lege D iactãdo, oſtẽdit in ſeptimo Cap. ꝙ ſunt à lege abſoluti. tertio ne recedãt a pace, lege ſpiritus & charitatẽ dimittendo: oſtẽdit in octauo Cap. ꝙ ſunt in charitate dei & ſub lege ſpiritus collocati. quarto ne à pace deuient, de prærogatiua generis, aut de proprijs meritis, vel de proprijs operibus ſe iactando, & per hoc ſaluatos ſe eſſe credendo: oſtendit nono Cap vſq; ad duodecimum: quòd non propter generis prærogatiuam, nec propter propria merita: ſed per dei prædeſtinationem, & per dei electionem, & per diuinũ propoſitum ſunt ſaluati. ſecunda pars incipit ibi: in Principio ſeptimi capitis, An ignoratis fratres.) tertia ibi, in principio octaui capitis. Nihil ergo.) quarta ibi in principio noni Cap. Veritatem dico.)

Intentio ergo in hac cap. eſt quod non debeamus à pace recedere, nobis peccata imponendo: quia ſumus à peccato liberati.

Propter quod notandum, quòd ſi oſtendendo qualiter ſumus a peccato liberati, & quod non debemus

ad peccatum redire, nec in peccato permanere, tria facit: quia primo mouet quæſtionem, & ſoluit, vtrum debeamus in peccato permanere: ſecundo per multas rationes declarat, quòd à peccato liberati, nõ debemus in peccato perſiſtere nec ad peccatum redire: tertio narrat quomodo poſſimus peccata vitare. Secunda ibi, ſtatim poſtq enim mortui ſumus). Tertia ibi, in principio lectionis futuræ, Non ergo regnat peccatum.) Continuetur ergo ſic, dicebatur in fine præcedentis capituli, vbi abundauit delictum ſuperabundauit & gratia: & quia ſic eſt: quid ergo dicemus; permanebimus in peccato vt gratia abundet? abſit, ſupple, vt hoc dicamus. Notandũ autem, vt Auguſtinus in libro de ſpiritu & littera notat, & adducitur hic in gloſa: non enim peccantis merito, ſed ſubuenientis auxilio ſuperabundauit gratia, vbi abundauit delictũ; quia ſi eſſet ex merito peccati abundantia gratiæ, eſſet in peccato permanendum vt gratia abundaret, ſed cum hoc non ſit ex peccati merito, ſed ex diuino auxilio, ſi volumus quod gratia abundet, nõ eſt in peccato permanendum, ſed ad diuinum auxilium recurrendum. Notandum autem quòd, ſicut dictum eſt, textus apoſtoli ſic continuatur ad præcedentia, quia cauſa vt plurimum, eſt ibi ratio ad propoſitum principale. propter quod, hic textus ſic continuatur ad textum immediate præcendentem, quia non eſt permanendum in peccato vt abundet gratia, quod cauſa eſt ibi ratio ad propoſitum principale, quia ſi nos Romani nõ pmanebimus in peccato, habebimus pacem adinuicem, & ad dominum: de quo in hac epiſtola principaliter agitur.

Cap. 6.

Deinde cum dicit: Qui enim mortui ſumus) Adducit multiplicem rationem, quòd non debeamus ad peccatum redire, nec in peccato permanere, intendens quòd cum ſimus per chriſtum à peccato liberati, nullatenus fas eſt rurſus ad peccatum redire: propter quod ſciendum, quòd circa chriſtum quantum ad præſens ſpectat ſex ſunt notabiliter attendenda. Nã primo ipſe mortuus fuit, ſecũdo ſepultus fuit, tertio reſurrexit, q̃rto poſt reſurectionẽ, crucis vulnera in proprio corpore portauit & ea Thomę & aliis apoſtolis oſtendit, quinto ad cælos aſcendit, ſexto immortaliter viuit, quod mors ei vltra dominari nõ poteſt. Sic nos quantum ad præſens ſpectat, ſex per chriſtum hęreditamus ſiue habere poſſumus. Nã primo p chriſtum à peccato liberati, habemus vitę veteris deſertionem, peccatorum plenam abſolutionem, vitę nouę inchoationem, fomitis debilitationem, cœleſtis glorię expectationem, & perſeuerantem iuſtificationem. Sex autem hæc, illa ſex notant & repręſentant, & ſunt ad illa ſex referenda. Nam veteris vitę deſertio, referenda eſt ad chriſtum morientem, quia cum vitam veterẽ deſerimus, chriſtum morientem, qui hanc mortalem vitam deſeruit, imitamur: plena autem abſolutio peccatorum, tam à pœna quam a culpa, referenda eſt ad chriſtum in ſepulchro iacentem, vt ſicut ille in ſepulchro iacens quieſcebat: ſic nos per plenam abſolutionem, reddimur quieſcentes, vt dicamus ex hoc, ſumus conſepulti cum chriſto in morte, id eſt in peccatorum abſolutionem, vt gloſa exponit. Tertio nouæ vitę inchoatio referenda eſt ad chriſtum reſurgentem: vt ſicut ille reſurgendo nouã vitam inchoauit, ſic nos deſerentes veterem vitam peccati, nouo modo viuamus iuſtitiæ. Quarto fomitis debilitatio referenda eſt ad chriſtum iam reſurgentem, & vulnera in proprio corpore portantem: nam nos poſtquam cum chriſto reſurgimus, & poſtquàm nouam vitam inchoamus, debemus cruci eſſe affixi per fomitis debilitationem; nam licet ille fomes non totaliter per baptiſmum extirpetur, tamen debilitatur & crucifigitur. Quinto cæleſtis gloriæ expectatio, referenda eſt ad chriſti aſcenſionem, vt ſicut ille ad cęlum aſcẽdit, ſic nos per ſpem & expectationem, ad cęleſtem patriam, & ad cęleſtem vitam tendamus. Sexto perſeuerans iuſtificatio referenda eſt ad chriſtum immortaliter viuentem: vt ſicut chriſtus non vlterius morietur, ſed quòd viuit, viuit deo; ſic nos mortui peccato non vlterius ad peccatũ redeamus, ſed pſeueremus in iuſtitia, & viuamus deo. Secundum ergo hæc ſex, quæ ſunt in nobis, referenda ad illa ſex, quæ ſunt in chriſto: poſſunt in littera accipi ſex rationes, quod non debemus in peccato perſiſtere, nec ad peccatum redire. Prima ergo ratio ſumitur ex vitæ veteris deſertione, quæ referenda eſt ad chriſtum morientem: ſecunda ex plena peccatorum abſolutione, quæ referenda eſt ad chriſtum in ſepulchro iacentem: tertia ex vitæ nouæ inchoatione, quæ referenda eſt ad chriſtum reſurgentem: quarta ex fomitis debilitatione, quæ refereda eſt ad chriſtum poſt reſurrectionem, crucis vulnera in corpore portantem o oſtendentem: quinta, ex cæleſtis vitæ expectatione, quæ referenda eſt ad chriſtum in cælos aſcendentem: ſexta autem & vltima ratio, quòd non debemus ad peccatum redire nec in peccato perſiſtere, ſumenda eſt ex perſeueranti iuſtificatione, quæ referenda eſt ad chriſtum immortaliter viuentem. Secunda ratio incipit ibi: An ignoratis fratres.) Tertia ibi: vt quomodo chriſtus reſurrexit,) Quarta ibi: Hoc ſciẽtes.) Quinta, ibi, qui enim mortuus eſt,) Sexta ibi: ſcientes quòd chriſtus.

In prima parte intendit talem rationem, quicunq; mortui ſunt in peccato, non debent vlterius viuere in peccato, nec debent vlterius redire ad peccatum: ſed nos per chriſtum in baptiſmo ſumus mortui peccato: & iam deſeruimus veterem vitam: non ergo debemus viuere vlterius in peccato, nec debemus vlterius redire ad veterem vitam. De hac autem ratione ponit virtutem medii, dicens, Qui enim mortui ſumus peccato, ſupple dimittendo veterem vitam, quomodo adhuc viuemus in illo, id eſt in peccato: id eſt quomodo redibimus ad veterem vitã? quaſi diceret, non vlterius in peccato viuere debemus. Notandum autem, quod mori peccato hic, eſt vitam veterem dimittere, in quo imitamur chriſtum morientem. Intentio ergo apoſtoli eſt, quòd ſicut chriſtus nunquam redijt ad vitam illam mortalem, quam dimiſit per mortem, ſed reſurrexit & incepit viuere immortaliter & impaſſibiliter: ſic nos, qui moriendo peccato imitamur chriſtum morientem, nunquam debemus ad illam vitam veterem redire vlterius, quam vitam veterem dimittimus moriendo peccato. Deinde cum dicit.

An ignoratis fratres, quia quicũq; baptizati ſumus in chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus? conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortem.

Ponit ſecundam rationem ſumptam ex peccatorũ abſolutione: in quo cõſepelimur Chriſto, & imitamur chriſtum in ſepulchro iacentem. Formetur autẽm ſic ratio, quicunq; ſunt baptizati, id eſt quicunq; ſunt a peccato liberati in morte chriſti, & quicũq; ſunt conſepulti cum chriſto per baptiſmum in morte, id eſt in abſolutionem peccatorum, ſupple non debet ſolum vlterius peccato viuere, ſed nec debet vlterius ad peccata redire: nos ſumus huiuſmodi, ergo non debemus in peccato viuere, nec ad peccatum vlterius redire. De hac autem ratione ponit virtutem medii, dicens: quòd nos ſumus baptizati in morte chriſti, & quòd conſepulti ſumus in chriſto, in abſolutionem peccatorum. Ideo ait, An ignoratis fratres, quia quicunq; ſumus baptizati, id eſt a peccatis liberati in chriſto Ieſu, baptizati ſumus in morte illius, id eſt in ſimilitudinem mortis eius: & verè in ſimilitudinem mortis chriſti baptizamus

ſti baptizamur, quia per baptiſmum commorimur cum chriſto, & ſumus conſepulti cum chriſto in mortem, ideſt in abſolutionem peccatorum, vt exponit gloſa. Notandum autem, quod cum ſepultura nó fiat niſi mortuis, qui ſepelitur cum aliquo, oportet quòd commoriatur cum illo: quia ſi per baptiſmum conſepelimur cum chriſto, oportet quòd per baptiſmum commoriamur cum eo. Volens ergo apoſtolus probare, quòd ſumus baptizati in morte chriſti. i. quod per baptiſmum commorimur cum chriſto, & aſſimilamur chriſto morienti, probat ex hoc quia per baptiſmum conſepelimur cum chriſto, & aſſimilamur chriſto in ſepulchro iacenti. Notandum etiam quòd nos ſumus baptizati in chriſto Ieſu, ideſt in inſtitutione chriſti Ieſu, vt gloſa exponit: cum enim chriſtus inſtituerit baptiſmum, iuxta illud Matthæi vltimo Cap. euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos, in nomine patris, & filii, et ſpiritus ſancti: nullus recte baptizatur, niſi baptizetur in chriſto Ieſu, ideſt niſi baptizetur in baptiſmo, quem inſtituit chriſtus Ieſus. Vel ſumus baptizati in chriſto Ieſu, ideſt in operatione chriſti Ieſu, quia chriſtus operatur baptiſmum noſtrum, & baptizat nos interius, ſacerdos autem baptizat nos exterius. Notandum etiam, quòd nos ſumus baptizati in morte chriſti dupliciter: vel vt exponebatur, quia in baptiſmo commorimur cũ chriſto, & aſſimilamur chriſto morienti: Vel ſumus baptizati i morte chriſti, quia baptiſmus in morte Chriſti efficaciam habet. ſumus ergo baptizati, ideſt à peccato purificati in morte, ideſt per mortem Chriſti, quia chriſtus moriendo lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Notandum autem quòd in baptiſmo conſepelimur cum chriſto, quia vetus homo noſter & peccatum noſtrũ totaliter conſepelitur, ideſt totaliter à nobis tollitur, & totaliter abſoluimur à peccato, tam à culpa, quàm à pena: ita quòd baptizatus niſi accederet ſtatus, quatũcunq; peccata haberet, ſi tunc moreretur, ſtatim euolaret ad cœlum. Ideo per baptiſmum dicimur ſepeliri in mortem, ideſt in peccatorum abſolutionem, quia ibi totaliter peccatũ moritur, ideſt totaliter à peccato abſoluimur. Notandum etiam duas rationes eſſe factas: quarum prima vim habet à morte chriſti, vt quia mortui ſumus peccato, & quia mortui ſumus cum Chriſto vitam veterem dimittendo, non debemus vlterius ad peccatum redire. Alia ratio vim habet à ſepultura eius, vt quia nó ſolum mortui ſumus cum chriſto per baptiſmum, & ſumus à vita veteri liberati, ſed quia per baptiſmum ſumus conſepulti cum eo, quia ſumus à peccatis penitus abſoluti; non ergo debemus vlterius ad peccata redire. Notandum etiam, quòd cum baptiſmus fiat in aqua, & ex latere corporis chriſti mortui non ſolum fluxerit ſanguis, ſed etiam aqua, in baptiſmo repræſentatur mors chriſti, & baptiſmus aſſimilat nos chriſto morienti. rurſus quia in baptiſmo puer immergitur, & quod in aqua ſepelitur, aſſimilimur per baptiſmum chriſto in ſepulchro iacenti. Vnde communiter ponitur, quòd conuenientius fit baptiſmus per immerſionem, quàm per aſperſionem: quamuis cauſa neceſſitatis, quando multi ſunt baptizandi, poſſit per aſperſionem fieri. Deinde cum dicit.

Vt quomodo chriſtus reſurrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitę ambulemus.

Ponit tertiam rationem ſumptam ex nouæ vitæ inchoatione, in qua imitamur chriſtum reſurgẽtem. circa quod duo facit, quia primo ponit huiuſmodi rationem: ſecundo ſubiungit rationis declarationem: ibi: ſi enim complantati.) Formetur autem ſic ratio, Quicunq; imitãtur chriſtum reſurgentem & ambulã in nouitate vitæ, non debent ad peccata redire: nos

A per baptiſmum imitamur chriſtum reſurgentem, & & ambulamus in nouitate vitę, ergo non debemus ad peccata redire. De hac ratione ponit virtutem medii. Continuetur ſic litera. Benè dico quod nos ſumus peccato mortui, & non debemus vlterius peccato viuere, vt hoc faciendo, quomodo chriſtus reſurrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos, ſupple, reſurgamus à mortuis, ideſt à malis operibus, & a vitiis, & ambulemus in nouitate vitę per iuſtitiam fidei. Notandũ etiam, quod chriſtus reſurrexit à mortuis per gloriã patris, ideſt per Verbum patris carni vnitum, nam pater omnia operatur per Verbum: igitur per gloriam patris, ideſt per verbũ patris, per qd facta ſunt oĩa, facta fuit reſurrectio. & quia ſic eſt; benè dictũ eſt, chriſtũ reſurrexiſſe à mortuis per gloriã patris, ideſt per Verbũ patris, vt exponit gloſa. Dicitur aũt Verbũ patris, gloria patris: qa ſi gloria patris eſt filius ſapiẽs, verbũ patris, quod eſt ipſa ſapientia patris, gloria dici debet. Vel poſſumus dicere, chriſtum reſurrexiſſe à mor-
B tuis per gloriam patris, ideſt per gloriam & laudem patris manifeſtandam, & oſtendendam. Deinde cum dicit.

Si enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius: ſimul & reſurrectionis erimus.

Declarat quod dixerat, oſtendens quòd per baptiſmum aſſimilamur chriſto reſurgenti: ita quòd ſicut ipſe reſurrexit à mortuis, & ſicut ipſe depoſita vetuſtate, reſurrexit nouus: ita & nos per baptiſmum, depoſita veteri vita, ambulamus in nouitate vitę. Ratio autem, perquam probat apoſtolus, quare p̃ baptiſmũ aſſimilamur chriſto reſurgenti, eſt ex eo quòd per baptiſmum aſſimilamur chriſto morienti. Formetur ergo ſic huiuſmodi ratio, quicũq; per baptiſmum ſunt complantati ſimilitudini mortis chriſti, & aſſimilatur chriſto morienti, illi per baptiſmum erunt com-
C plantati ſimilitudini reſurrectionis chriſti, & aſſimilabuntur chriſto reſurgenti: nos ſumus huiuſmodi, ergo p̃ baptiſmũ aſſimilamur chriſto reſurgenti. De hoc autem ratione ponit virtutem medii, dicens. Si enim ſumus complatanti, ſupple, per baptiſmum ſimilitudini mortis eius, ideſt chriſti, quiá per baptiſmum aſſimilamur chriſto morienti; ſimul & reſurrectionis erimus, ideſt ſimul erimus complantati ſimilitudini reſurrectionis, quia per baptiſmum aſſimilamur chriſto reſurgenti. Notandum autem, quod planta propter radices, quas mittit in terra, firmiter adhæret vbi eſt plantata: nos ergo per baptiſmum complantamur ſimilitudini mortis & reſurrectionis eius, quia debemus firmiter adhærere iſti ſimilitudini, videlicet, quòd commorientes cum chriſto, & dimiſſa vitæ vetuſtate, conſurgamus cum chriſto, & ambulemus in vitæ
D nouitate. Notãdum etiam, quòd baptiſmus aſſimilat nos chriſto morienti, chriſto in ſepulchro iacenti, & etiam reſurgenti. Nam in baptiſmo primò aqua præparatur: ſecundo ter in aqua immergitur: tertio ab aqua eleuatur. Aquæ ergo præparatio, vt dicebatur repræſentat chriſti mortem & paſſionem, ex cuius latere aqua fluxit: pueri in aqua ĩmerſio, ſignificat chriſti ſepulturam: ſed pueri ab aqua eleuatio, repræſentat chriſti reſurrectionem. Deinde cum dicit.

Hoc ſcientes quia vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, vt deſtruatur corpus peccati, vt vltra non ſeruiamus peccato.

Adducit quartam rationem ſumptam ex fomitis debilitatione. Formetur autem ſic, quicunq; habent veterem hominem crucifixum, & fomitem peccati debilitatum, totaliter debent peccatum deſtruere, & nó debent vlterius ſeruire peccato: ſed nos per baptiſmũ habemus ſic veterem hominem crucifixum, ſic fomi-

tem peccati debilitatum:ergo totaliter debemus peccatum deſtruere & non debemus vlterius peccato ſeruire. In hac autẽ ratione ſic procedit,quia primò ponitur virtus medii,in qua ſtat virtualiter omnis ratio, cum dicit, Hoc ſcientes,quia vetus homo noſter, ideſt veteres actus vel vetus conſuetudo:iſte ergo homo vetus eſt ſimul cum Chriſto crucifixus, ideſt ſimul cum chriſto in baptiſmo per crucifixionem debilitatus: hic ergo eſt virtus medii,& hic eſt virtualiter ratio, videlicet ꝙ debemus cauere à peccatis, quia vetus hõ noſter eſt per crucifixionem chriſti debilitatus.quod vero ſubditur, Vt deſtruatur corpus peccati,ideſt vt deſtruatur tota congeries peccatorum,vt vltra non ſeruiamus peccato)eſt huiuſmodi rationis cõcluſio: hoc enim intendit apoſtolus concludere,vt deſtruatur peccatum & non ſeruiamus peccato,cum fomes peccati noſtri cum Chriſto ſit crucifixus. Notandum autem, quòd omnis multitudo,eſt quaſi quoddam corpus:ſicut enim dicitur eſſe alicubi totum corpus, vbi ſunt omnia membra, ſic vbi eſt tota multitudo & omnes partes multitudinis,totum corpus illius multitudinis eſſe dicitur:ſic etiam qui habet omnes libros iuris, dicitur habere totum corpus iuris. Eodem modo & in propoſito,cum deſtruuntur omnia peccata, dicitur deſtrui totum corpus peccati. Notandum etiã, quòd ſicut chriſtus poſt reſurrectionem, vulnera crucis in proprio corpore portauit,& oſtendit:ſic nos reſurgẽtes per baptiſmum,vetus homo noſter ſimul cũ chriſto crucifigitur: quia per crucifixionem chriſti,fomes peccati in nobis licet non totaliter ligetur & extirpetur,tamen aliqualiter ligatur & debilitatur. ratio ergo iſta ſumpta eſt ex fomitis crucifixione ſiue debilitatione;quæ referenda eſt ad chriſtum,crucis vulnera in proprio corpore portantem. Deinde cum dicit.

Si autem mortui ſumus cum chriſto: credĩmus quia ſimul cum chriſto viuemus.

Ponit quintam rationem ſumptam ex cęleſtis vitæ expectatione, quæ referenda eſt ad chriſtum in cælos aſcendentem. Formetur autem ſic, Quicunq; ſunt mortui peccato & ſunt iuſtificati,& ſunt mortui cum chriſto,& credunt,ideſt firmiter ſperant ſimul cum chriſto viuere,propter hoc habentes huiuſmodi cæleſtis vitę expectationem firmam, non debent ad peccata redire:nos ſumus huiuſmodi,ergo et cætera. De hac autem ratione ponit virtutem medii, dicens, Quod qui mortuus eſt peccato,iuſtificatus eſt à peccato: ſi ergo nos ſumus mortui cum chriſto, ideſt ſi ſumus mortui peccato,ſicut chriſtus ſemel mortuus eſt, & ex hoc ſumus iuſtificati, credimus, ideſt, firmiter ſperamus,quia ſimul viuemus cum eo, ideſt aſcendemus ad ipſum, & habebimus vitam ęternam cum chriſto. & tunc eſt ſupplenda ratio,quòd ſi nos ſic mortificati,& ſic iuſtificati credimus,ideſt firmiter ſperamus cũ chriſto viuere, propter hanc firmam expectationem, ne ſpes noſtra fruſtretur, non debemus ad peccata redire. Notandum autem, quod hæc ratio quinta, loquens de vita, quam habemus cum chriſto, differt à ratione tertia, vbi ſit mentio de nouitate vitæ,in qua habemus ambulare:quia ibi loquitur apoſtolus de vita gratiæ, hic autem de vita gloriæ. Deinde cum dicit.

Scientes quod chriſtus reſurgens a mortuis iam non moritur: mors illi vltra nõ dominabitur. Quòd enim mortuus eſt peccato,mortuus eſt ſemel: quòd aũt viuit viuit deo. Ita & vos exiſtimate, vos mortuos quidem eſſe peccato: viuentes autem

A deo in chriſto Ieſu.

Adducit ſextam & vltimam rationem ſumptam ex perſeueranti iuſtificatione,quæ referenda eſt ad chriſtum immortaliter viuentem. Formetur autem ſic. Quicunq; debent imitari chriſtum immortaliter viuentem,debent in iuſtitia perſeuerare, & non debent vlterius ad peccata redire:nos ſumus huiuſmodi,ergo debemus perſeuerare in iuſtitia,& non ad peccata redire. eſt autem uis rationis huiuſmodi quòd ſicut mortuus eſt chriſtus & immortaliter viuit deo: ſic nos ſemel mortui peccato, perſeueremur in iuſtificatione, & immortaliter viuamus iuſtitiæ. In hac autem ratione ſic procedit:quia primo oſtendit quòd Chriſtus ſemel mortuus,immortaliter viuit: ſecundo ſubdit,quòd nos in hoc debemus imitari chriſtum, videlicet,quòd morientes peccato, viuamus deo. Secunda ibi.Ita & vos)dicit ergo,ſcientes,ideſt conſiderantes & aduertentes ꝙ chriſtus reſurgens à mortuis,iam non moritur,quia non patietur vlterius carnis diſſo-
B lutionẽ,& mors illi vltra nõ dominabitur: ꝙ enĩ mortuus eſt peccato, mortuus eſt ſemel, ꝙ aũt viuit, viuit deo. Notãdũ aũt chriſtus dicitur ſemel mortuus, quia non eſt mortuus morte culpę,ſed eſt mortuus morte pœnę, ideſt morte pænoſa:ſua tamen vita & ſimplex mors duplicem noſtram mortem deleuit, liberando nos à morte culpæ,& à morte pœne gehennalis. Notandum etiam, quòd chriſtus dicitur mortuus peccato dupliciter: primo enim mortuus eſt peccato; ideſt pro peccato noſtro tollendo: Secundo mortuus eſt peccato, ideſt carni, in qua erat ſimilitudo peccati; nam mortuus eſt peccato, quia mortuus eſt ſecundum carnem ſimilem carni peccatrici, vt gloſa exponit: quòd autem nunc viuit, viuit deo,ideſt viuit ęternaliter & feliciter, ad ſimilitu-
C dinem dei patris.

Deinde cum dicit. Ita & vos). Oſtendit quòd in hoc debemus imitari chriſtum, videlicet quòd morientes peccato, viuamus deo, dicens, Ita & vos Romani exiſtimate vos mortuos quidem peccato eſſe viuentes autem deo,ideſt ad honorem & laudem dei; & hoc,in chriſto Ieſu domino noſtro,ideſt ad ſimilitudinem domini noſtri Ieſu chriſti:Vel in chriſto domino noſtro, ideſt per Ieſum chriſtum dominum noſtrum, & per operationem eius. Notandum autem, quòd nos debemus mori peccato in Ieſu chriſto domino noſtro,ideſt ad ſimilitudinem Ieſu chriſti domini noſtri:quia ſicut ipſe ſemel mortuus eſt, & ſemper viuit:ita in nobis peccatum moriatur, quia non debemus peccatum iterare, vt oporteat iterum peccatum mori & tolli: ſed ſemel peccato mortui, ſemper viuamus iuſtitiæ.

Dubitaret fortè aliquis de eo quod in litera dicitur. Quia quicunq; baptizati ſumus in chriſto Ieſu
D in morte ipſius baptizati ſumus.quod exponens gloſa ait, Nos baptizatos eſſe in chriſto Ieſu, ideſt in inſtitutione chriſti Ieſu. Sed conſtat, vt dicebatur exponendo litteram,chriſtus Ieſus inſtituit baptiſmum fieri in nomine Trinitatis: ſi ergo omnes baptizati ſunt ſecundum hãc inſtitutionem,ſequitur quod omnes baptizati ſint nomine Trinitatis: ſed hoc eſt falſum, quia antiquitus fiebat baptiſmus in nomine chriſti,iuxta illud Actorum.2.pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſq; veſtrum,in nomine Ieſu chriſti, in remiſſionem peccatorum veſtrorum, & accipietis donum Spiritus ſancti. Dicendum quod aliud eſt, quod eſt de lege cõi: & aliud quòd ſit ex dei diſpenſatione ſpeciali. Quantum eſt enim de lege communi, forma baptiſmi eſt illa, quam chriſtus tradidit, videlicet in nomine Trinitatis: tamen ex dei diſpenſatione ſpeciali, vt nomen chriſti haberetur in reuerentia, in primitiua eccleſia fiebat in nomine Chriſti, in quo nomine implicitè dabatur intelligi

intelligi Trinitas. Nam chriſtus idem eſt, quod vnctus latine, in quo datur intelligi pater vngens, filius vnctus, & ſpiritus ſanctus, q erat vnctio, qua vngebatur.

Vlterius forte dubitaret aliquis de eo, quod in litera dicitur, quod Complantati ſumus ſimilitudini mortis chriſti: Vbi gloſa loquens de morte eius, ait chriſtum vixiſſe tanquam vetus homo in vetuſtate, à primo homine contracta, non ſecundum culpam, ſed ſecundum poenam: hoc ergo modo chriſtus mortuus eſt, quia accepit corpus paſſibile, corpus penalitati ſubiectum. De hac ergo pęnalitate quæritur, quomodo in eo fuerit: & videtur, quòd fuerit contracta per verba gloſç. Sed contra chriſtus huiuſmodi penalitates non contraxit, ſed voluntarie accepit, iuxta illud Iſaie cap. 18. oblatus eſt, quia ipſe voluit. Dicendum quod chriſtus has penalitates non ex neceſſitate contraxit, ſed voluntarie aſſumpſit. quod ergo ait gloſa, chriſtum vixiſſe in vetuſtate ſecundum pœnam à primo homine contractam, dici debet quod pena contracta eſt a primo homine in nos, qui naſcimur natura filii irç: non eſt autem contracta huiuſmodi pœna in chriſtum, tamen chriſtum vixiſſe in vetuſtate ſecundum penam contractam dicitur, quia voluntarie aſſumpſit penalitatem ſimilem penalitati, quam nos ex neceſſitate contrahimus.

Vlterius forte dubitaret aliquis de eo, quod in litera dicitur, quod Mortuus eſt peccato, ideſt pro peccato tollendo: ſuſtinuit enim, vt in gloſa dicitur, peccata noſtra præſentia, præterita, et futura. Sed contra: nihil tollitur, quod non eſt, ſed præteritum & futurum non ſunt: ergo non ſunt ablata per chriſtum præterita & futura peccata. Dicendum quòd licet præterita peccata non ſint actu, quia cum quis deſiit peccare ceſſat actus peccandi, ſicut cum ceſſat mouens ceſſat motus: remanent tamen peccata quantum ad infectionem, ideſt quantum ad habitum vitioſum, quia licet actus tranſeāt, habitus tamen remanent. Manent etiam peccata quantum ad reatum, ideſt quantum ad obligationem ad pœnam. Mors ergo chriſti, & maxime prout operatur in ſacramento baptiſmi, tollit præterita peccata & quantum ad culpam, ideſt quantum ad diuinam offenſam: & quantum ad habitum vitioſum: & etiam quantum ad reatum, vt quantum ad obligationem ad penam; quia ſicut dicebatur, ſi baptizatus tunc decederet, ſtatim euolaret. De peccatis autem futuris dicere poſſumus, quod mors chriſti, illa tollit dupliciter: primo quantum ad ſufficientiam; quia tanta fuit vis paſſionis Chriſti, quia non ſolum ſuffecit ad tollenda peccata præteritā, & præterita: ſed etiam & futura; quia nunquam poterunt in futurum tot peccata fieri, quod poſſint euacuare virtutem paſſionis chriſti, ſed ſemper ſufficiens erit paſſio chriſti ad omnia peccata tollenda. Vel dicere poſſumus, quòd licet peccata futura nō ſint in ſe, tñ quantum ad ſuam radicem, & quantum ad fomitem iam erant: paſſio ergo chriſti aliquo mō tollit peccata futura, in quantū per paſſionē illam crucifigitur & debilitatur fomes peccati.

LECTIO. XX.

Non ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore, vt obediatis concupiſcentiis eius.

A Poſtquam apoſtolus oſtendit, quòd non debemus in peccato permanere; in parte iſta declarat quomodo poſſumus peccatum vitare. Circa quod tria facit: primo docet nos peccata vitare: ſecundo oſtendit quod non debemus peccato obedire: tertio narrat quòd debemus iuſtitiæ ſeruire. Secunda, ibi: Quid ergo peccabimus.) Tertia ibi. Humanum dico.) Circa primum quatuor facit, ſecundū quod quadrupliciter nos docet peccata vitare. Nam primo docet hoc non obediendo cōcupiſcentiis: ſecundo non exhibendo membra noſtra operibus malis: tertio obediendo iuſſionibus diuinis: quarto exiſtendo ſub gratia, & non ſub operibus legis. Secunda ibi: ſed neq; exhibeatis.) Tertia ibi. ſed exhibete vos.) Quarta ibi; Peccatum enim in vobis.

In prima parte intendit talem rationem, Quicunque vult vitare peccata, non debet obedire concupiſcentiis: vos debetis vitare pctā ergo &c. De hac aūt rōne
B ponit virtutē medii, dicēs, Nō ergo regnet peccatū in veſtro mortali corpore, vt obediatis concupiſcentiis eius, quaſi dicat, ꝙ ſi vultis peccatū non regnare in vobis, nō obediatis cōcupiſcentiis peccati. Notandū aūt quod hæc eſt maxima cautela, quam hic docet nos apoſtolus, ad vitandum peccata, videlicet quòd ſtatim reſiſtamus, & in ipſo initio cum incipimus cōcupiſcere, vt priuſquam perpetretur opus, concupiſcentiis non obediamus. Notandum etiam, quòd, vt Magiſter in gloſa ait, Concupiſcentia, quantum ad præſens ſpectat, quadrupliciter accipitur. eſt enim hic ordo in nobis, quòd primo eſt in nobis fomes peccati, qui eſt quædam habilitas ad concupiſcendum: ſecundo inſurgunt in nobis primi motus ad concupiſcendum: tertio ex illis primis motibus, aliquando oriuntur delectationes cōcupiſcibiles: quarto aliqñ ex ipſis delectationibus gñatur cōſenſus, quia multotiens cōſentimus cōcupiſcētiis illis. Cōcupiſcentia igitur primo
C pōt nōiare ipſum fomitē, vel ipſam habilitatē ad concupiſcēdū, ſecūdo noiare pōt ipſos impetus, & ipſos motus omnino primos, q ingerunt, vt cōcupiſcamus: tertio poteſt dicere ipſas delectationes concupiſcibiles: quarto & vltimo nomine concupiſcentiæ intelligere poſſumus ipſum conſenſum, ſecundum quem, concupiſcentiis aſſentimus. Notandum etiam, quòd fomitem & habilitatem concupiſcendi, non totaliter poſſumus à nobis expellere: motus verò concupiſcibiles omnino primos, vt gloſa tangit, non eſt in poteſtate noſtra vitare: ſed illis motibus ſic ſe ingerentibus poſſumus non delectari, & repellere eos, & poſſumus non conſentire eis, & abominari illos. Hoc ergo documentum apoſtoli, quòd ſi volumus peccatum non regnare in nobis debemus non obedire concupiſcentiis: intelligendū eſt, quantum ad tertiam & quartam acceptionem
D concupiſcentiæ, quia debemus non delectari, & non conſentire concupiſcentiis prauis: quantum autem ad motus omnino primos, qui non ſunt in poteſtate noſtra, non eſt hoc documentum referendum, vt in gloſa innuitur. Notandum autem quod non ait apoſtolus, Nulli motus concupiſcibiles inſurgant in vobis, ſed ait, Non obediatis concupiſcentiis, & non regnet peccatum in veſtro mortali corpore: quia tunc incipimus obedire concupiſcentiis, & tunc peccatum incipit regnare, & dominari in nobis, quando incipimus delectari in huiuſmodi concupiſcibilibus, vel quando (quod peius eſt) conſentimus eis. Notandum etiam, quod ait: In veſtro mortali corpore: quia huiuſmodi concupiſcentiæ maxime inſurgunt ex parte ſenſualitatis, quæ eſt virtus organica, & tenet ſe ex parte corporis mortalis: ergo vno modo, quod dixit Apoſtolus, poteſt exponi quod ſit dictum ad cauſam oſtendendam: alio mō pōt exponi, vt ſit dictum nō ad cauſam

oſtendendam, ſed ad nos alliciendos in bono: vt ſit ſenſus, non regnet peccatum in veſtro mortali corpore, ideſt in veſtro corpore, quod nunc eſt mortale ſed in futuro fiet immortale, vt gloſa exponit: tertió modo poteſt exponi, vt ſit hoc dictum, ad nos refrenandum & retrahendum à malo: & tunc erit ſenſus, vt gloſa exponit, & non regnet peccatum in veſtro mortali corpore, ideſt non regnet & non dominetur peccatum, per cuius regnum & dominium, erit veſtrum corpus mortale in æternum, quia ęternis ignibus exponetur: ſicut ergo, cum audiuimus corpus veſtrum, quod nunc eſt mortale, fiet poſtea immortale, allicimus in bono: ſic cum audiuimus quòd regnando peccatum in nobis, corpus noſtrum exponetur ęternæ morti, retrahimur à malo. Deinde cum dicit.

Sed neq; exhibeatis membra veſtra arma iniquitatis peccato.

Ponit ſecundum documentum ad vitandum peccatum, ex quo formetur ſic ratio. Quicunq; volunt vitare peccatum, non debent membra ſua facere arma iniquitatis & exhibere ea peccato: ſed vos debetis velle vitare peccatum; ergo non debetis membra veſtra facere arma iniquitatis, & exhibere ea peccato. Continuetur autem ſic. Si vultis, quòd peccatum non regnet in corpore veſtro, & vultis vitare peccatum, non ſolum non obediatis concupiſcentiis, ſed etiam nec membra veſtra tanquam arma iniquitatis exhibeatis, ideſt habilia faciatis peccato, ideſt cõcupiſcentiæ. Notandum autem duo documenta data eſſe ad vitanda peccata, vnum vt non obediamus concupiſcẽtiæ, aliud vt membra noſtra tanquam arma iniquitatis nõ exhibeamus, ideſt nõ habilia faciamus peccato concupiſcentiæ. Hæc autem duo documenta diſtingui poſſunt: primo vt referatur primum documentũ ad ſenſus: aliud ad delectationem. Si ergo nec cõſentiamus concupiſcentiis, vt dixit documentum primum: nec delectemur in eis, nec babiles nos faciamus ad eas, vt dixit hoc documentum ſecundum, poterimus vitare peccata. Notandum etiam, illa duo documenta poſſe aliter diſtingui, vt vnum referatnt ad actum interiorem, aliud ad exteriorem: vt ſit ſenſus, ſi vultis vitare peccata, & quòd peccatum non regnet in vobis, non obediatis concupiſcentiis quantum ad actũ interiorem; nec membra veſtra tanquam arma iniquitatis exhibeatis, ideſt habilia faciatis peccato concupiſcentię, ideſt ad peccatum concupiſcentiæ perpetrandum, quantum ad actum exteriorem. Notandum etiam, quòd poſſunt hæc duo documenta tertio modo diſtingui: vt vnum referatur ad appetitum; reliquum ad intellectum. Nam per appetitum, cuius eſt imperare motum, obedimus illecebris; per intellectũ verò, cuius eſt dirigire & inuenire vias & motus ad perpetrandum mala, membra noſtra tanquam arma iniquitatis exhibemus ideſt habilia præbemus peccato concupiſcentiæ. Vnde Philoſophus. 1. Politicorũ dicit, Hominẽ malum proptee intellectum habere ſęuiſſima arma ad nocendum: quot enim vias & quot verſutias adinuenit intellectus ad faciendum mala, tot arma iniquitatis fabricat. Secundum hoc ergo exponetur littera, ſi vultis peccatum non regnare in vobis, non obediatis concupiſcentiis obtemperando eis per appetitum, nec membra veſtra tanquam arma iniquitatis exhibeatis peccato, ideſt ad faciẽdum peccatum, adinueniendo ad peccatum perpetrandum diuerſas vias, & diuerſas verſutias per intellectum. Deinde cum dicit.

Cap. 2.

Sed exhibete vos deo: tanquam ex mortuis viuentes: & membra veſtra, arma iuſtitiæ deo.

A Dat tertium documentum ad vitãdum peccatum, videlicet quòd debemus obtemperare diuinis motibus, & diuinis iuſſionibus. Poſſet autem ſic formari ratio. Quicunq; volunt vitare peccatum, debent ſe ipſos exhibere deo, & debent membra ſua exhibere deo tanquam arma iuſtitię: ſed vos debetis velle vitare peccatum, ergo debetis hoc agere. Continuetur ergo, ſi vultis peccatum non regnare in vobis, non ſolum non obediatis concupiſcentiis, & membra veſtra tanquam arma iniquitatis exhibeatis peccato: ſed exhibete vos deo, tanquam illos, quos fecit viuentes ex mortuis, & ſupple, ſi nõ poteſtis opere implere quod bonum eſt, membra veſtra, ideſt ſaltem membra veſtra & vires veſtras exhibete deo, vt ſit arma iuſtitiæ, ideſt vt per ea impleatur iuſtitia. Notandum autem quòd non eſt hominis via eius: quod omnino verum eſt in operibus diuinis, & in actibus meritoriis: in his enim non eſt hominis via eius, quia non eſt in poteſtate B hominis ſe dirigere per hanc viam: in talibus enim magis agimur & ducimur à diuino ſpiritu, quàm agamus & ducamus nos ipſos: ſed qui aguntur à dei ſpiritu, hi inter dei filios computantur, iuxta illud infra ad Rom. 8. Quicunq; ſpiritu dei agũtur, filii ſunt dei. Magnum ergo documentum eſt illud vt poſſimus peccata vitare, vt cognoſcamus quòd per nos ipſos nõ poſſumus repellere concupiſcentias omnes, & non poſſumus membra noſtra per nos ipſos ulli exhibere peccato. ſed hoc faciemus, ſi exhibeamus nos ipſos deo, à quo debemus agi, duci, & dirigi: & mẽbra non à nobis principaliter, nec per nos, ſed à deo & per deum exhibeamus vt ſint arma iuſtitię, & per ea iuſtitia impleatur. Notandum etiam, ſi aliquis reduceret aliquẽ de morte ad vitam, & viuificaret eum, ille ſic viuificatus non eſſet ſui ipſius, ſed eſſet eius qui viuificaſſet eum: & non deberet viuere ſibi ipſi, ſed deberet viuere ei, qui viuificauit eum: totũ ergo deberet exhi- C bere illi & nihil retinere ſibi. Apoſtolus itaq; oſtẽdẽs ꝙ nos totaliter debemus exhibere deo, ait. Quòd ſumus viuẽtes ex mortuis. quaſi diceret, exhibete vos deo, qui fecit vos de mortuis viuentes. Notãdum etiã, quòd mortuus non poteſt ſe alicui exhibere, quia nõ eſt ei ſenſus nec motus. Cum ergo eramus mortui, nõ poteramus nos exhibere deo, quia non poteramus agere opera diuina, nec opera deo grata: nunc autem viuificati per ipſum, poſſumus nos exhibere deo, quia iam ſumus viui, & debemus nos exhibere ſibi, quia ipſe nos viuificauit. Deinde cum dicit.

Peccatum enim in vobis non dominabitur: non enim ſub lege eſtis, ſed ſub gratia.

Dat quartum documentum, quomodo poſſumus vitare peccatum, quia ſumus ſub gratia, non ſub ope- D ribus legis. Formetur ſic ratio. Quicunq; eſt ſub gratia & non ſub cęremoniis legis, non dominatur ei peccatum, & poteſt vitare peccatum: vos eſtis huiuſmodi. ergo poteſtis vitare peccatum. De hac autem ratione ponit virtutem medii, dicens, Peccatum non dominabitur in vobis, poteſtis vitare omne peccatũ, quia non eſtis ſub lege, ſed ſub gratia. Notandũ etiã, quòd vt ſæpe ſæpius dictum eſt, quia lex peccatum oſtendebat, & ad vitandum peccatum auxilium non præbebat, ex lege non erat iuſtitia, & per legem non poterant peccata vitari, ſed per gratiam quę eſt auxilium ad vitandum peccatum, & quæ nos iuſtificat. Vt ergo apoſtolus doceat nos, quomodo poſſumus peccata vitare, ait, quòd non ſumus ſub lege, ſed ſub gratia. Notandum etiam, quòd qui vult peccata vitare, nihil debet ſibi attribuere, ſed totum debet imputare gratiæ: quia ſi aliquid vellet ſibi attribuere, cum nihil à ſe habeat, ſtatim ſuperbiret, & à gratia caderet. Ex omnibus his quatuor documẽtis poteſt formari vna ratio talis

ratio talis ſufficiens. Quicunq; non ſub propriis meritis, nec per propriam virtutem, ſed ſub gratia & per gratiam exhibentes ſe ipſos deo, et non exhibent mébra ſua peccato, & non obediunt concupiſcentiis, faciliter poſſunt vitare peccata: ſed verè credétes & cõuerſi ad chriſtum, ſunt huiuſmodi: ergo tales faciliter poſſunt vitare peccata. Deinde cum dicit.

Quid ergo? Peccabimus: quoniam non ſumus ſub lege, ſed ſub gratia? Abſit.

Poſtquam oſtendit, quomodo debemus peccata vitare: declarat quod non debemus peccato obedire. Circa quod duo facit: quia primo prænuttitur intenta concluſio: ſecundo ad illam concluſioné probandam ſubiungitur multiplex ratio, ibi: An neſcitis.) Dicit ergo peccabimus quoniam ſub lege non ſumus, ſed ſub gratia? abſit. quaſi diceret, non debemus propter hoc peccato obedire, nec obtéperare. hæc eſt ergo intenta concluſio, quòd peccato non obedimus, nec eſt peccato obediendum. Notandum B autem hanc litteram dupliciter poſſe continuari ad præcedentia, vt gloſa innuit: primo, vt gratia nobis daret peccandi fiduciam: videmus enim aliquos, quando multum ſunt in amore alicuius, ex quadam confidentia non curant facere aliquid, quod diſpliceat illi. Secundum hæc ergo ſic cõtinuabitur littera, Quid ergo quoniam nos nó ſumus ſub lege ſed ſub gratia, propter hanc confidentiam quia iam ſumus à deo dilecti, & deo grati, peccabimus? abſit. Secundo modo poteſt cótinuari, vt dimiſſio legis imputaretur nobis ad peccatum & ad noxam: nam cum lex fuerit quoddam opus diuinum, videtur quòd dimittere legem, non potuerit eſſe ſine peccato: ideo ait. Quid ergo, quoniam nó ſumus ſub lege ſed ſub gratia, ideſt, quia iam dimiſimus legem, & tranſlati ſumus ad gratiam, peccabimus? ideſt imputabitur nobis ad peccatum, q ſic legem dimiſimus? abſit. Notandum etiam, quòd C lex erat remedium imperfectum, quale congruebat illi tempori: ſed gratia eſt remedium perfectum, quale congruit tempori iſti. Quod vtrunq; factum eſt ſecundum diuinam diſpenſationem. Nam ſicut bonus medicus, alia & alia, alio & alio tempore exhibet infirmo: ſic deus tanquàm bonus medicus prout noſtri infirmitati competebat, ſecundum alium & alium ſtatum, alia & alia voluit præbere medicamenta. Quare cum dimittere imperfectum & ire ad perfectum, non debeat imputari ad peccatum: non eſſe ſub lege & ire ad gratiam non peccabimus, nec imputabitur nobis ad peccatum. Deinde cum dicit.

An neſcitis, quoniam cui exhibetis vos ſeruos ad obediendum: ſerui eſtis eius cui obeditis, ſiue peccati ad mortem, ſiue obeditionis ad iuſtitiam.

D Poſtquam propoſita eſt concluſio quòd exiſtentes ſub gratia non peccamus, ideſt non obedimus peccato, & non debemus peccato obedire propter ſeruitutem, quam incurrimus: ſecundo probat hoc propter libertatem quam acquirimus ibi. Gratias autem deo.) In prima parte intendit talem rationem Quicunq; obedit peccato, efficitur ſeruus peccati: ſed nullus debet velle eſſe peccati ſeruus, ergo nullus debet obedire peccato. De hac autem ratione ponit virtutem medii dicés, quòd homo ſeruus eſt illi cui obedit vt ſi obedit peccato eſt ſeruus peccati; ſi obedit iuſtitiæ, eſt ſeruus iuſtitiæ, ideo ait, An neſcitis quoniam cui exhibetis, ideſt affectatis vos eſſe ſeruos ad obediendum conſentiendo vel operando, ſerui eſtis eius, cui obeditis ideſt congruum eſt eſſe ſerui eius cui obeditis, ideſt congruum eſt eſſe ſerui eius cui ſic obedire affectatis: & hoc ſiue peccati ducentis ad mortem, ſiue obeditionis, ideſt obedientiæ ducentis ad iu-

A ſtitiam: quaſi diceret quod ſi obtemperatis diuinę obedientiæ quæ ducit ad iuſtitiam, eritis ſerui iuſtitiæ: ſi vero obtemperatis peccato quod ducit ad mortem, eritis ſerui peccati. tunc ergo eſt ſupplenda ratio: q vt non incurratis hanc ſeruitutem, non debetis obedire peccato. Notandum autem, quòd peccatum ducit ad mortem dupliciter, vel quia ducit ad mortem ęternam, eo quòd peccati ſtipendia mors ſit: vel quia ducit ad peccatum mortale, quia vnum peccatũ mortale cum per pœnitentiam nó diluitur, mox ſuo pondere ad aliud trahit. Notandum etiam, quòd diuina obedientia ducit ad iuſtitiã, quia ipſum obedire deo, quædam iuſtitia eſt: eſt enim obedientia pars iuſtitiæ: obediendo ergo ducimur ad iuſtitiam, quia augmentatur in nobis iuſtitia: vel ducimur ad iuſtitiam, ideſt ad vitam ęternam, quam poſſumus mereri per gratiã obediendo deo: & quia quodam modo iuſtum eſt dare alteri quod meruit, ipſa vita ęterna quæ non niſi iuſtis dabitur, quædam iuſtitia dici poteſt. Deinde B cum dicit.

Gratias autem deo, quòd fuiſtis ſerui peccati, obediſtis autem ex corde, in eam formam doctrinæ, in quam traditi eſtis. Liberati autem à peccato, ſerui facti eſtis iuſtitiæ.

Oſtendit quòd non debemus obedire peccato, propter libertatem, quam acquirimus. Formetur autem ſic ratio, Quicunq; liberatus eſt à peccato, & factus eſt ſeruus iuſtitiæ, non debet vlterius peccato obedire: ſed gratias ago deo meo, q vos fuiſti ſerui peccati, nunc autem ſecundum formam & doctrinam vobis traditam iuſtitiæ obedientes, eſtis liberati à peccato, & facti ſerui iuſtitiæ: ergo non debetis vlterius peccato obedire. De hac autem ratione ponit virtutem C medii, dicens, Gratias autem ago deo, quòd fuiſtis, ſupple, aliquãdo ſerui peccati, Sed nunc, ſupple, obediſtis ex corde in eam formam doctrinę, vt ſecundum doctrinam euangelicam, ſecundum quam doctrinam euangelicam, & in quam doctrinam euangelicam traditi eſtis, ſupple, à gratia; & quia liberati autem à peccato, ſerui facti eſtis, ſupple, iuſtitiæ. quaſi diceret, q quia ſic obediuimus ex corde ſecundum doctrinam euangelicam, ideo liberati eſtis à peccato: quia peccatum, niſi velitis, non dominabitur in vobis: & ſerui facti eſtis iuſtitię, conſentiendo, & operando ſecundum illam: tunc ergo eſt ſupplenda ratio, quod cum ſitis ſerui facti iuſtitiæ, & liberati à peccato, non debetis vlterius obedire peccato. Notandum autem quod deus non diligit coacta ſeruitia; ideo ait obediuiſtis ex corde, ideſt non coacte, non ex timore, ſed ex corde, ex voluntate, & dilectione. Notãdum etiam, quod vt dicetur infra. 12. cap. rationale ſit obſequium D veſtrum: non ergo ſufficit obedire ex corde, niſi obediamus rationabiliter: obedimus autem rationabiliter, quando obedimus ſecundum formam doctrinæ nobis traditam, vt ſecundum doctrinam euangelicã, in quam doctrinam traditi ſumus per diuinam gratiam. Notandum etiam quod gratia dei, ſe habet ad nos, ſicut ſeſſor ad equum, & ſicut pędagogus tradit puerum ad ſcholas ſibi competentes: ſic per gratiam inclinamur ad bonam viam, & traditi ſumus ad debitam formam doctrinæ, vt ad doctrinam euangelicam, cui doctrinæ ſeruiendo ex corde, liberamur à peccato, & ſumus ſerui iuſtitiæ. Notandum etiam, q quilibet tenetur ſeruire illi domino, cui ſeruus factus eſt, & non ei à cuius dominio liberatus eſt; quia ſi nos obediendo ex corde doctrinæ euangelicæ, in quam traditi ſumus per diuinam gratiam, & liberati ſumus à peccato & ſumus ſerui iuſtitiæ: tenemur obedire iuſtitiæ, cuius ſerui facti ſumus, & non peccato, à cuius

dominio liberati ſumus. Deinde cum dicit.

A

Humanum dico, propter infirmitatem carnis veſtræ.

Poſtquam oſtendit, quomodo debemus peccata vitare, & quòd non debemus peccata obedire: hic, vt dicebatur, oſtendit quòd debemus iuſtitiæ ſeruire. Circa quod quatuor facit, ſecũdum quòd quatuor rationibus probat intentum: nam primo probat hoc ex præcepti facilitate. Secundo, ex ſeruiendi ſimilitudine. Tertio probat hoc ea peccati damnatione. Quarto ex iuſtitiæ vtilitate. Secunda ibi, (Sicut enim exhibuiſtis.) 3. ibi. (cum enim ſerui eſſetis.) 4. ibi (nũc autem liberati.) In prima parte intendit talem rationẽ, Quæcunque præcepta ſunt humana, & non continent magnam difficultatem, ſecundum illa præcepta debetis ſeruire: ſed præcepta iuſtitiæ, quæ ego trado vobis, ſunt huiuſmodi: ergo ſecundum illa præcepta iuſtitiæ debetis ſeruire. De hac autem ratione ponit virtute medii, dicens, Humanum, ideſt aliquid leue & ſecundum modum humanum dico, ideſt præcipio vobis propter infirmitatem carnis veſtrę, ideſt quia caro veſtra infirma eſt, & non poteſt portare oneroſa, ideo præcipio vobis aliquid leue & humanum. tunc ergo eſt ſupplenda ratio, quòd cum præceptis humanis & leuibus ſit obediendum, præceptis meis iuſtitiæ, quæ ſunt huiuſmodi, ſeruire & obedire debetis. Deinde cum dicit.

B

Sicut enim exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immundiciæ & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ, in ſanctificationem.

Adducit ſecundam rationem, quòd debeamus ſeruire iuſtitiæ, ſumptam ex ſeruiendi ſimilitudine. formetur autem ſic ratio, Quicunque prius fuit ſeruus iniquitatis, & poſtea eſt factus ſeruus iuſtitiæ, ſicut prius exhibuit membra ſua ſeruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem: ita poſtea debet exhibere membra ſua ſeruire in iuſtificationẽ: vos fuiſtis huiuſmodi: ergo debetis exhibere membra veſtra ſeruire iuſtitiæ.

C

De hac autem ratione ponit hoc ſimile, in quo fundatur intentio apoſtoli, videlicet quòd ſicut romani prius ſeruierunt iniquitati & immunditiæ, ita nunc ſeruiant iuſtitiæ. ideo ait, ſicut enim exhibuiſtis prius, ideſt voluptate duce præparaſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ quantum ad peccata carnalia, & iniquitati quantum ad peccata ſpiritualia: vel ſeruire immunditię quantum ad turpitudines exterius perpetratas, & iniquitati quantum ad nequitias interius cogitatas, ad iniquitatem, ſupple, conſummandã & perficiendam, quia ita, ideſt ſimiliter nunc ſitis liberati à peccato, exhibete, ideſt præparate membra veſtra ſeruire iuſtitiæ ducenti in ſanctificationem. quaſi dicat, quòd ſicut prius nullus timor vos coegit ad peccandum, ſed voluntas libido vos induxit: ſic modo ad iuſtitiæ viuendum non metus ſupplicii vos vrgeat, ſed dilectio & charitas vos inducat. Notandum etiam, ꝙ hęc ſecunda ratio, eſt expoſitiua rationis præcedentis. Dixerat enim apoſtolus, quòd propter infirmitatẽ carnis dicere volebat, ideſt præcipere aliquid humanum, ideſt aliquid leue, & aliquid proportionatum humanæ infirmitati. ideo ait quod ſicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ & iniquitati, ita exhibete ad ſeruiendum iuſtitiæ, quaſi diceret plus deberetis ſeruire iuſtitiæ quã iniquitati: & ego deberem præcipere vobis, quòd plus deberetis ſeruire huic quàm illi, ſed ego propter infirmitatem carnis, & volens condeſcẽdere infirmitati veſtrę, volo quòd ſicut exhibuiſtis, ideſt (& ſi non plus) ſaltem, quantum exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ, exhibeatis ea ſeruire iuſtitię. Deinde cum dicit.

A

Cum enim ſerui eſſetis peccati, liberi fuiſtis iuſtitiæ. Quem ergo fructum habuiſtis tunc in illis, in quibus nunc erubeſcitis? Nam finis illorum, mors eſt.

Adducit tertiam rationem, quod debemus ſeruire iuſtitiæ non peccato, ſumptam ex damnoſitate peccati. Infert enim nobis peccatum tria damna. Nam primo nos in ſeruitutem redigit. Secundo nos deturpat et inficit. Tertio nos ad mortẽ perducit. poſſet autem ex quolibet iſtorum formari vna ratio: ſed propter breuitatem ex omnibus his tribus mediis, cõficietur vna talis ratio. Quicquid nos in ſeruitutem redigit, inficit & ad mortem perducit, non eſt ſeruiendũ ei, ſed eius oppoſito: peccatũ autem eſt huiuſmodi, ergo non eſt ſeruiendum peccato ſed iuſtitiæ eius oppoſita. De hac autem ratione ponit virtutem horum trium mediorum, videlicet ꝙ peccatũ nos in ſeruitutẽ redigit, nos deturpat & inficit, & ad mortem perducit: oſtendit ergo primo quod peccatum nos in ſeruitutẽ redigit, dicens, Cum enim ſerui eſſetis peccati, ideſt cum peccatum dominaretur vobis, & redigeret vos in ſeruitutem, fuiſtis liberi iuſtitiæ, ideſt fuiſtis liberati à dominio iuſtitiæ quia non ſeruiebatis iuſtitiæ. peccatum ergo nos in ſeruitutem redigebat, quia liberati à dominio iuſtitiæ, peccato ſeruiebamus. Secundo peccatum nos deturpabat & inficiebat. ideo ſubdit, quem ergo fructũ habuiſtis tunc in illis, in quibus nunc erubeſcitis: quaſi diceret quòd nihil habetis de peccato niſi erubeſcẽtiam, ideſt niſi turpitudinem, infectionẽ, & immunditiam, quia de talibus quiſque erubeſcit. Tertio peccatum nos ad mortẽ perducit. ideo ait, nam finis illorum, ideſt finis peccatorum, eſt mors ęterna. tunc ſupplenda eſt ratio, quòd cum peccatum vos in ſeruitutem redigat, quia fuiſtis ſerui peccati: cum etiam vos immundet & inficiat, quia nullum fructum inde habetis, niſi erubeſcentiam, ideſt niſi infectionem & immunditiam: cum etiam tertio vos ad mortem perducat, quia finis illorum mors eſt: nullo modo debetis ſeruire peccato, cum vobis tot damna inferat: ſed debetis ſeruire iuſtitiæ tanquam eius oppoſito. Notandum autem, quòd cum hoc ſit eſſe ſeruum, carere ratione & ſeipſum neſcire dirigere: peccatum per quod à ratione deuiamus & neſcimus nos ipſos dirigere, nos in ſeruitutem redigit. ille enim eſt naturaliter ſeruus, qui neſciens ſeipſum dirigere, expedit ei, vt ab alio dirigatur. Quicquid enim rationem obcæcat, impedit intellectũ noſtrum, ne clare videat qualiter dirigendi ſimus: & quia peccatum obnubilat intellectum, redigit nos in ſeruitutem; quia non ſinit nos videre qualiter nos ipſos dirigere valeamus. Deinde cum dicit.

D

Nunc verò liberati à peccato, ſerui autem facti deo, habetis fructum veſtrum in ſanctificationem, finem vero vitá æterna. Stipendia enim peccati, mors: gratia autẽ dei, vita ęterna in Chriſto Ieſu domino noſtro.

Adducit quartam & vltimam rationem ſumptam ex iuſtitiæ vtilitate. Nam ſicut peccatum tripliciter nos damnificat, quia nos in ſeruitutem redigit, nos inficit, & nos ad mortem perducit: ſic è contrario iuſtitia, quãtum ad pręſens ſpectat, in nobis triplicem vtilitatem affert: quia primo, nos à peccati ſeruitute liberat: ſecundo, nos purificat & ſanctificat: & tertio, nos ad vitam ęternam ordinat. Cauſa ergo breuitatis, ex omnibus his tribus mediis, conficietur vna talis ratio ad propoſitum. Quicquid nos à peccato liberat, nos ſanctificat, & nos ad vitam ęternam ordinat, illi debemus

mus nos ſeruire: iuſtitia eſt huiuſmodi, ergo iuſtitię debemus nos ſeruire. De hac autem ratione ponit virtutē medii, oſtendens quòd omnia iſta faciat in nobis iuſtitia. ideo ait, Nunc autem per iuſtitiam, ſupple, liberati à peccato, ſerui facti eſtis deo. quaſi diceret, quòd iuſtitia faciens vos ſeruos dei, à peccati ſeruitute vos liberat. & ſubdit, Habetis in hac præſenti vita fructum veſtrum in ſanctificationem, ideſt virtutum conſumationem. quaſi diceret quòd iuſtitia non ſolū vos à peccato liberat, ſed etiam ſanctificat. & ſubdit, finem, ſupple, habetis, vitam ęternam, quia iuſtitia vos ad vitam ęternam ordinat. ſequitur autem ad confirmationem dictorum, Stipendia enim peccati, mors: quia illud, quod meremur habere pro peccato, mors eſt: eſt enim mors finis malorum: ſed vita æterna, eſt finis bonorum. ideo ſubdit Gratia autem dei, ideſt per gratiam dei iuſte viuendo, vita ęterna, ſupple, dabitur vobis, & hoc in chriſto Ieſu domino noſtro, ideſt per Chriſtum Ieſum dominum noſtrum. tunc ergo eſt ſupplenda ratio, vt cum iuſtitia ſic nos à peccato liberet, ſic nos ſanctificet, ſic nos ad vitam ęternam ordinet, et debemus ſeruire. Notandum autem, quod ait ſtipendia peccati, mors: nam ſtipēdium eſt illud quod debito redditur: dicitur enim ſtipendium, vt gloſa innuit, quaſi ad ſtipitem pendens. ſunt enim ſtipendia ea quæ dabantur militibus, de publico ęrario: & quia pecunia illa militibus ſic tradita non numerabatur, ſed ponderabatur, ideo dicebatur ſtipendium, quaſi in ſtipite ponderatum, & ad ſtipitem pendens. Cum ergo ſtipendium ſit id quod debito redditur, mors quæ debitē redditur pro peccato, ſtipendia peccati dicitur. Sed vita ęterna, quæ nobis per dei gratiam tribuitur, à gratia nobis conferri dicitur.

Dubitaret forte aliquis de eo quod in litera dicitur, quòd non debemus obedire concupiſcentiis, quod magiſter exponens, ait, quòd per hoc non prohibet primos motus, quia illi non ſunt in poteſtate noſtra: ſed prohibet delectationem & cōſenſum, quia non debemus delectari, nec conſentire concupiſcentiis. Tunc ergo arguo, Aut hic inhibetur peccatum mortale, aut veniale: ſi veniale, tunc ergo inhibentur primi motus, cum et ibi poſſit eſſe veniale peccatum: ſi mortale, ergo delectari eſt peccatū mortale. Sed cōtra delectari pertinet ad rationem inferiorem, cōſentire ad ſuperiorem vt ſatis innuit Aug. 12. de Trinitate, cap. 12. cum ergo non ſit peccatum mortale, niſi ratio ſuperior comedat, non erit ibi peccatum mortale, niſi ſit ibi conſenſus. Dicendum quòd, vt ſupra tetigimus, & ſumptum eſt ab Aug. 12. de Trinitate, Cap. 12. ſicut in peccato primorū parentum fuit ſerpens, mulier, & vir: ſic in nobis eſt ſenſualitas, quæ ſe habet vt ſerpens: ratio inferior, quæ ſe habet vt mulier: & ratio ſuperior, quæ ſe habet vt vir. ſuggerere igitur pertinet ad ſenſualitatem: delectari ad rationem inferiorem: conſentire & conſumare opus, pertinet ad rationem ſuperiorem. nam ibi ſerpens ſuggeſſit: mulier delectata dedit pomum viro: vir iniquitatem conſumauit. In primis ergo motibus, & poteſt imputari ſenſualitati, mortale peccatum eſſe non poteſt: in delectatione etiam, quæ ſolum imputatur rationi inferiori & non ſuperiori, non eſt mortale peccatum, quia tunc damnaretur ratio inferior ſine ſuperiori: quod eſſe non poteſt. Ideo meritò dubitatur, quomodo in delectatione, in qua dubitatur non ſolum peccare ratio inferior ſine ſuperiori, poteſt eſſe peccatum mortale. Sciendum, quòd non quæcunq; delectatio eſt peccatū mortale, ſed delectatio ſi ſit moroſa, & ſi huiuſmodi ſine fręno delectetur in cogitando turpia (dato quod non cōſentiat in opus, vt plane magiſter determinat) pōt eſſe peccatum mortale, & ibi non ſolum dicitur peccare mulier, ideſt ratio inferior, ſed vir ideſt ratio ſuperior: nam cum viri ſit cohibere vxorem ad

A rationem partium ſuperiorum, pertinet cohibere inferiorem ne effrænate delectetur cogitando turpia: ipſa ergo effręnis delectatio imputatur viro & rationi ſuperiori, inquantum non cohibet inferiorem. Secundo imputatur ei, quia cum conſentire, ad rationē ſuperiorem pertineat, licet effrænis delectatio poſſit eſſe ſine conſenſu in opus, non tamen poteſt eſſe ſine conſenſu in delectatione: & quia hoc imputatur rationi ſuperiori, poteſt ibi eſſe peccatum mortale.

Vlterius forte dubitaret aliquis de eo quod in littere dicitur, videlicet quòd ſerui eſtis eius, cui obeditis quod gloſa exponens ait. Quòd ei quadam neceſſitate ſeruire cogimur. Sed contra nullus cogitur ad peccandum, ergo &c. Dicendum, quod, vt innuit philoſophus in. 2. Perihermenias, duplex eſt neceſſitas: eſt enim quædam neceſſitas ſimpliciter, & eſt quędam neceſſitas conditionata: ſicut omne quod eſt, quādo eſt, neceſſe eſt eſſe. Sic ergo cum quis currit, dum currit, neceſſe eſt vt currat. Sic cum quis obedit peccato, dū ei obedit, neceſſe eſt vt ei ſeruiat. Vnde Magiſter non ait, ꝙ cogamur ad ſic ſeruiendum ex neceſſitate ſimpliciter,
B ſed ex neceſſitate quadam, ideſt ex neceſſitate conditionata. Vel poteſt aliter diſtingui, quòd duplex eſt neceſſitas, videlicet conſequentis, & conſequentiæ: vt ſolem oriri, eſt neceſſarium neceſſitate conſequentis: quia hoc conſequens videlicet, oriri de neceſſitate, cōcomitatur ſolem: ſed hominem currentem neceſſe eſt moueri, non eſt de neceſſitate conſequentis: quia motus non de neceſſitate conuenit homini: ſed eſt ibi neceſſitas conſequentiæ, quia eſt iſta conſequentia neceſſaria, Si currit, mouetur. Sic & in propoſito, eſt ibi neceſſitas conſequentiæ: nam licet non de neceſſitate ſeruiamus peccato, & non ſit ibi neceſſitas conſequentis; eſt tamen ibi neceſſitas conſequentiæ, quia ſi obedimus, neceſſe eſt ſeruire. Poteſt & tertio modo diſtingui: cum SAEPE propinquum ſit ei, quod eſt ſemper: propter propinquitatem ergo, quam habet conſuetudo ad neceſſitatem, multotiens ipſa conſuetudo
C eſt appellata neceſſitas. de hac autē neceſſitate loquitur magiſter. Vnde ait, ſerui eius eſtis, ideſt ex quadam neceſſitate cogimini ſeruire, quam neceſſitatem inportat conſuetudo. Tunc non habet dubium quod dicitur, quia licet non ſimpliciter, tamen ex quadam conſuetudine, aliqualiter neceſſitamur ad ſeruiendum peccato.

Vlterius forte dubitaret aliquis de eo quod in littera dicitur, Humanum dico, ideſt aliquid leue præcipio, vt gloſa exponit. Sed contra: Anguſta eſt via, quæ Matt. 7.
ducit ad vitam. Rurſum ſicut dicitur in Ethicis, Virtus eſt circa bonum & difficile. Cum ergo præcipit eis Li. 2. cap. 3.
opera virtuoſa, difficile aliquid præcipiebat, & non leue. Dicendum, quod duplex eſt facile: ſimpliciter, & in reſpectu: & duplex eſt iuſtitia, indulta, & conſumata. Quantum ad iuſtitiam conſumatam, pertinet plus ſeruire iuſtitiæ poſt conuerſionem, quàm ſeruierimus iniquitati ante conuerſionem. tamen Apoſtolus volens
D condeſcendere infirmitati eorum indulgebat eis, & ad minus ſic, ideſt tantum quantum exhibuerunt membra ſua ad ſeruiendum iniquitati, exhibeant ea ad ſeruiendum iuſtitiæ. Hoc ergo non fuit de iuſtitia conſumata, ſed de indulta. Cum ergo hoc onus ſit leue reſpectu iuſtitiæ conſumatę, dicebat apoſtolus ſe dicere. i. ſe pręcipere aliquid leue & humanū. i. aliqd humanę infirmitati indultum.

LECTIO. XXI.

CAP. VII.

AN ignoratis fratres (ſcientibus enim legem, loquor) quia lex in homine dominatur quanto tempore viuit? Nã quæ ſub viro eſt mulier, viuente viro alligata eſt legi: ſi autem mortuus fuerit vir eius, ſoluta eſt à lege viri.

Vt dicebatur, intentio eſt apoſtoli inducere Romanos, vt ad ſe inuicem, & ad deum pacem habere debeant: & quia peccatum hanc pacem euacuat, lex autem moſayca ad peccandum inducit & per conſequens ad hanc pacem euacuandam inducit & inclinat: ſi ergo volumus in huiuſmodi pace perſiſtere, debemus eſſe à peccato liberati, & debemus eſſe à lege abſoluti. Igitur poſtquam apoſtolus oſtendit, quod non debemus ad peccatum redire, & quòd ſumus à peccato liberati: in parte iſta declarat, quomodo non debemus ad peccatum redire, quia ſumus à lege abſoluti. Poſſet autem hæc pars aliter introduci, quòd cũ inter Romanos eſſent conuerſi aliqui ex Iudęis, & alij qui ex gentibus, ad inuicem pacem non habebãt, ſed ad inuicem litigabant, tum quia ſibi inuicem peccata imponebant tũ quia de lege Iudęi gloriabãtur. Ne ergo propter legem, de qua Iudæi ſe extollebant, non haberent ad inuicem pacem: oſtendit apoſtolus quòd ſumus à peccato per legem gratię liberati: quod factum fuit in præcedenti cap. & quòd per eandem legem ſumus à lege moſayca abſoluti: quod fiet in hoc capitulo, quod pręmanibus habemus. Ad cuius euidentiam ſciendum, quòd aliqua ſunt mala, & illa ſunt incuſanda: aliqua indifferentia, & illa ſunt excuſanda: aliqua ſunt bona, & illa ſunt commendanda. Vel aliter poſſumus diſtinguere, quod mala aliqua ſunt incuſanda: aliqua videntur mala & non ſunt, & illa ſunt excuſanda: aliqua vero videntur mala, & non ſolum non ſunt mala, ſed etiam ſunt bona; & illa non ſolum ſunt excuſanda, ſed ſunt commendanda: huiuſmodi autem erat lex, quia cum occaſionaliter inclinaret ad peccandum, aliquam apparentiam habebat vt eſſet mala. Verum quia lex non ſolum erat non mala, ſed etiam erat bona, non ſolum erat excuſanda, ſed etiam commendanda. Ideo tria facit: nam primò, quomodo ſumus à lege abſoluti, declarat. Secundo, ne credatur lex eſſe mala, legem excuſat. Tertio, vt oſtendat legem eſſe bonam, eam laudat & commendat. Secunda ibi. Quid ergo dicemus?) Tertia ibi: lex itaq; ſancta.) Circa primum tria facit, ſecundum quod oſtẽdit tripl'r legẽ euacuatã eſſe. Nã primo oſtendit hoc per quandam ſimilitudinem. Secundo oſtendit per veteris ſtatus damnificationem. Tertio, per noui ſtatus fructificationem. Secunda ibi, Cum enim eſſemus.) Tertia ibi, Nunc autem ſoluti ſumus.) Ad euidentiam primæ partis ſciendum, quod intentio apoſtoli eſt probare per ſimile, quòd ſumus à lege Moſayca abſoluti, & quòd ſumus ſub lege alterius, ideſt ſub lege chriſti collocati. Ideo tria facit, quia primò probat p ſimile quomodo ſumus à lege Moſayca liberati. Secundò probat per ſimile, quomodo ſumus ſub lege altera collocati. Tertio huiuſmodi ſimilitudines adaptat ad propoſitum. Secũda ibi, Igitur viuente viro) Tertia ibi, Itaq; fratres.)

A Circa primum duo facit, ſecundum quòd duplex ſimile adducit ad oſtendendum nos eſſe à lege abſolutos. Nam primo probat hoc per legem Ciuilem: ſecũdo per legem maritalem ibi, Namq; ſub viro.) In prima parte intendit talem rationem, ſicut ſe habent ciues ad legem ciuilem ſub qua ſunt, ſic ſe habebant habentes legem Moſaycam ad illam legem ſub qua erãt: ſed lex ciuilis dominatur in homine quanto tempore viuit, ideſt quanto tempore habet vigorem & auctoritatem: ergo & lex moſayca tamdiu dominata fuit, quamdiu viuit lex illa, ideſt quamdiu habuit vigorem & auctoritatem. Tunc ergo ſupplendum eſt, cum ceſſauerit vigor & auctoritas legis per aduentum legis euangelicę, ſicut ceſſat figura per aduentum veritatis, non dominatur vobis vlterius lex, ſed ſumus à lege abſoluti. De hac autem ratione ponit virtutẽ medij, dicens, vobis Romanis ſcientibus legem loquor, quia vos eſtis conditores legum ciuilium: An ignoratis fra-

B tres, ideſt non debetis ignorare, ſed debetis ſcire, cum ſitis conditores legum: debetis enim ſcire, quia lex dominatur in homine, & tenetur homo obſeruare legẽ, quanto tempore illa lex viuit, ideſt quanto tempore habet vigorem & auctoritatem. tunc ergo eſt ſupplẽda ratio, quòd cum quantum ad hoc ſit ſimile de lege Moſayca & alijs legibus, ſicut ceſſante vigore illarum legum ſumus ab ipſis legibus abſoluti: ſic quia iam per euangelium ceſſauit vigor & auctoritas legis moſaycę, ſumus à lege huiuſmodi abſoluti. Notandum autem, quod cum Principum ſit leges condere, Romani, qui tunc dominabantur toti mundo, conditores legum dici merebantur: eorum ergo erat ſcire leges. Ideo apoſtolus loquitur eis tanquam ſcientibus legem, oſtendens per ſimile in alijs legibus, legem Moſaycam euacuatam eſſe. Notandum autem, quod ſecundum hunc modum exponendi quod dictum eſt, exponitur de lege ciuili: poteſt tamen exponi, vt gloſa

C tangit, de lege Moſayca, vt loquatur apoſtolus Iudęis ſcientibus legem illam, dicens, Vobis enim Iudęis ſciẽtibus legem loquor, An ignoratis fratres, ideſt non debetis ignorare, quia lex illa Moſayca dominatur in homine, & homo tenetur ad obſeruationem illius legis, quanto tempore lex illa viuit, ideſt quanto tempore habet vigorem & auctoritatem: ſed quia nunc ceſſauit, ſupple, vigor ille propter aduentum Euangelij, ſumus à lege huiuſmodi abſoluti.

Deinde cum dicit, Namque ſub viro) oſtendit quòd ſumus à lege Moſayca abſoluti per ſimile, quod videmus in lege maritali. formetur autem ſic ratio, Sicut ſe habet mulier exiſtens ſub viro ad legem viri, ita ſe habebant exiſtentes ſub lege Moſayca ad legem illam ſed mortuo viro ſoluta eſt mulier à lege viri: ergo à ſimili nõ vlterius viuẽte lege, & nõ habẽte vigorem & ſtatũ, quod factũ eſt nũc tpe euangelij, abſoluti ſumus ab illa lege. Ideo ait. Nã mulier, quæ eſt ſub viro, viuẽ-

D te viro, alligata eſt legi viri: ſi autem mortuus fuerit vir eius, ſoluta ẽ à lege viri. Sic in propoſito, ſupple, lege Moſayca viuẽte & habẽte vigorẽ & ſtatũ, alligabatur populus iudaicus illi legi; ſed illa lege ceſſante & non habente vigorẽ & ſtatũ, quod nunc factũ eſt, non vlterius ad lege huiuſmodi alligamur. Deinde cum dicit.

Igitur viuente viro, vocabitur adultera ſi fuerit cum alio viro: ſi autem fuerit mortuus vir eius, liberata eſt à lege viri, vt non ſit adultera ſi fuerit cum alio viro. Itaq; fratres mei, & vos mortificati eſtis legi per corpus chriſti, vt ſitis alterius qui ex mortuis reſurrexit, vt fructificetis Deo. Cum enim eſſemus in carne, paſſiones peccatorum, quæ per legem erant, operabantur

in mem

in membris noſtris, vt fructificarẽt morti.

oſtendit, quòd non ſolum ſumus à lege Moſaica abſoluti ſed etiam poſſumus collocari ſub lege altera, & ſumus ſub lege altera collocati: quod probat per ſimile quod videmus in lege maritali, dicens, Igitur viuente viro, vocabitur mulier adultera ſi fuerit cum viro altero: ſed ſi mortuus fuerit vir eius, liberata eſt à lege viri, vt mulier non ſit adultera ſi fuerit cum altero viro, quia poteſt alium virum accipere, iuxta illud. 1. ad Corinth. Cap. 7. Quod ſi dormierit vir eius, liberata eſt à lege, vt cui voluerit, nubat tantum in domino. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, Quod ſicut mortuo viro, poteſt mulier alium virum accipere: ſic lege Moſayca non habente vlterius ſtatum, nõ ſolum ſumus abſoluti ab illa lege, ſed etiã poſſumus ſub alia lege collocari, & ſumus ſub lege alia collocati, quia ſub lege chriſti.

B Deinde cum dicit. Itaq; fratres.) adaptat hoc ad propoſitum, dicens, Itaq; ſupple, iuxta hanc ſimilitudinem, fratres mei, & vos mortificati eſtis legi, quia nõ vlterius tenemini ad figuras & ad ceremonias illas: & hoc per corpus chriſti, ideſt per myſterium incarnationis: vel per corpus chriſti, ideſt per completionem veritatis: habuit enim ſe lex illa, ſicut vmbra: quia ſicut adueniente corpore, ceſſat vmbra: ita per corpus chriſti, & per miſterium incarnationis, & per aduentum chriſti ceſſauit lex. Et ſubdit, Vt ſitis & vos alterius, ideſt vt ſitis chriſti. quaſi diceret non ſolum eſtis à lege abſoluti, ſed etiam eſtis ſub altera lege collocati, quia collocati eſtis ſub lege chriſti, qui reſurrexit à mortuis; & hoc vt fructificetis deo, qui prius fructificabatis morti, faciẽdo mortis opera. Notandum aũt, quod ait, Itaq; fratres mei) quia licet conuerſi eſſent ad chriſtum fratres eius, ſpecialiter tamen Iudęi propter cognationem carnis fratres eius erant: & quia Iudæi ſpe-

C cialiter tenebantur ad obſeruationem legis, ideo ſpecialiter eis loquitur, dicens, Itaq; fratres mei). Notandum etiam, quod duo ſunt quę trahunt vt velimus viuere ſub lege alicuius domini, vel alicuius principis: primum eſt dominantis vel principantis dignitas ſiue autoritas: quia quãto maioris dignitatis & autoritatis eſt princeps ille, tanto minus dedignamur ſub eo eſſe. Secundum eſt, noſter fructus & vtilitas: quia quanto magis fructificamur ſub aliquo domino, & maiorem vtilitatem inde conſequimur, tanto magis trahimur vt velimus eſſe ſub illo. Apoſtolus ergo volens nos trahere vt velimus eſſe ſub chriſto, & velimus militare ſub lege eius, duo facit: nam primò tangit chriſti dignitatem & auctoritatem, cum ait, Qui ex mortuis reſurrexit: hoc enim fuit magnę dignitatis, & auctoritatis, poſſe à mortuis reſurgere. Secundo tangit noſtrum fructum & vtilitatem, cum ſubiungit, Vt

D fructificetis deo. quaſi diceret, bene debetis eſſe alterius, ideſt chriſti, tum quia ipſe eſt tantę auctoritatis, quod ex mortuis reſurrexit, tum etiam quia inde habebitis fructum & vtilitatem, quia deo fructificabitis.

Deinde cum dicit, Cum enim eſſemus.) poſtquàm probauit legem ceſſaſſe & euacuatam eſſe per ſimilitudinem, oſtendit hoc idem per illius fructus damnificationem. formetur autem ſic ratio, Per quemcunq; ſtatum augebantur paſſiones peccatorum in membris noſtris, & fructificabamus morti, ſtatus ille per aduentum gratiæ, & per aduentum chriſti, debet eſſe euacuatus: ſed huiuſmodi erat ſtatus legis: ergo erat per legem gratiæ euacuandus. De hac autem ratione ponit virtutem medii, dicens, Cum enim eſſemus in carne, ideſt cum tempore legis faceremus opera carnis, & viueremus carnaliter, paſſiones peccatorum, ideſt concupiſcentiæ & conſenſus peccatorum, quę per legem, ſupple, erant cognitæ & augmentatę, illæ paſſiones ſic augmentatæ per legem operabantur in membris

A noſtris, ideſt ducebant membra noſtra ad mala opera vt fructificarent morti, ideſt facerẽt opera digna morte ęterna. tunc ergo eſt ſupplenda ratio quod ſi per legem paſſiones peccatorum ſic operabantur, & ducebant membra noſtra, vt huiuſmodi membra fructificarent morti, dignum erat quod huiuſmodi lex ſic damnificans, ſic nos mortificans, ceſſaret adueniente vita, & adueniente gratia. Notandum autem quòd voluntas & appetitus mouent omnia membra ad actus ſuos ſecundum ergo concupiſcentias, & ſecundum paſſiones animæ, quas habemus, mouentur membra ad agẽdum: & quia per legem augmentabantur in nobis paſſiones peccatorum & concupiſcentiæ peruerſæ, conſequens erat, quod concupiſcentiæ illæ, & paſſiones illę operarentur in membris noſtris, mouendo & ducendo ea taliter, vt membra ſic fructificarent mortẽ, ideſt agerent opera digna morte. Deinde cum dicit.

Nunc autem ſoluti ſumus à lege mortis
B in qua detinebamur: ita vt ſeruiamus in nouitate ſpiritus, & non in vetuſtate litteræ.

Adducit tertiam rationẽ, quòd lex ceſſauerit, ſumptam ex nouitate ſtatus, & ex fructificatione huius ſtatus, in quo ſumus. formetur autem ſic, Quicunq; ſeruiunt & fructificant in nouitate ſpiritus, & non in vetuſtate literę, illi ſunt à lege abſoluti, nos ſumus huiuſmodi: ergo ſumus à lege abſoluti. Ideo ait, nunc ſoluti ſumus à lege mortis, ideſt à lege Moſaica, quæ eſt cauſa mortis, & quę eſt cauſa peccati, in qua lege detinebamur prius: ita vt ſeruiamus in nouitate ſpiritus, non in vetuſtate litterę. quaſi diceret, quòd cauſa, quare ſic ſumus abſoluti à lege illa, eſt quia ſeruimus in nouitate ſpiritus. Quòd ergo ſumus a lege abſoluti) hoc ſe habet vt concluſio. Secundum quod ſeruimus in nouitate ſpiritus) hoc ſe habet quaſi illius concluſionis cauſa & ratio. Formetur autem ratio iſta, ſi-

C cut antea formabatur. Notandum autem quod ait, ſoluti ſumus à lege mortis, in qua detinebamur; quia ſicut proprium eſt captiuorum detineri; ita populus ille, viuens ſub lege Moſaica, quaſi captiuus tenebatur, quia per legem illam, non poterat vitare ſeruitutem peccati. Notandum autem, quòd ſeruire in nouitate ſpiritus non in vetuſtate litteræ, dupliciter poteſt exponi. Primò ſic, vt ſeruiamus in nouitate ſpiritus, ideſt in operibus noui hominis, & hoc ſecundum ſpiritum, quia ſpiritualiter debemus ſeruire in operibus chriſti, qui dicitur nouus homo: non autem ſeruire debemus in vetuſtate litterę, ideſt in operibus veteris legis. Secundo poteſt exponi, & quaſi in idem redit. debemus ſeruire in nouitate ſpiritus, ideſt in nouitate ſpiritualis intelligentiæ, non in vetuſtate litteræ, ideſt vetuſtate literalis obſeruantiæ. Notandum etiam, quod lex Moſaica ceſſauit, & non ceſſauit: &

D eſt vetuſta, & noua. Nam quantum ad cęremonias, ſecundum litteralem obſeruantiam, vt quòd deberent ſic offerre agnum, & quod deberent agnum ſic comedere, & quantum ad talia, lex Moſayca eſt vetuſta, & ceſſauit: ſed quantum ad ſpiritualem intelligentiam, vt quantum ad illud, quod intelligebatur per illum agnũ, quia ex hoc dabatur intelligi Chriſtus: & quantum ad intellectum ſecundum alias cæremonias, ex quibus ſpiritualiter figurabatur in lege Moſaica lex noua, non ceſſauit, immo hoc modo dicitur ſemper noua, quia dabat intelligere nouã legem. Bene ergo dico quod dictum eſt, quod debemus ſeruire in nouitate ſpiritus, ideſt in nouitate ſpiritualis intelligẽtię: non autem in vetuſtate literæ, ideſt in vetuſtate cæremonialis & litteralis obſeruantiæ, iuxta illud ad Corinth. 3. littera enim occidit, ſpiritus autem viuificat.

LECTIO. XXII.

QVid ergo dicemus? lex peccatum eſt? abſit. ſed peccatum non cognoui, niſi per legem: nam cõcupiſcentiam neſciebam niſi lex diceret, Non concupiſces. Occaſione autem accepta, peccatũ per mãdatum operatum eſt in me omnem concupiſcentiam. Sine lege enim peccatum mortuum erat. Ego autem viuebam ſine lege aliquando: Sed cum veniſſet mandatum, peccatum reuixit. Ego autem mortuus ſum: & inuentum eſt, mihi mandatum, quod erat ad vitam, hoc eſſe ad mortem. Nam peccatum, occaſione accepta per mandatum, ſeduxit me: & per illud occidit.

Exo.20. Deus.5.

Oſtenſo legem euacuatam eſſe, quia ex hoc videtur lex eſſe mala: ne forte ex hoc crederetur mala eſſe, ideo, vt dicebatur, hic legem excuſat, oſtendens eam non eſſe peccatum, nec eſſe malam. Ad cuius euidentiam, ſciendum, quod non excuſatur rationabiliter, niſi quod forte poteſt videri & reddi malum eſſe, non tamen eſt malum. Sunt autem ſex, quæ gloſa diffuſè & C intricatè tangit, propter quæ lex videtur eſſe mala, quia per accidens propter illa lex videtur quòd peccatum inducat: non tamen eſt mala, quia propter illa per ſe peccatum non inducit, ſed magis peccata refrenat. Primo enim, lex videtur inducere ad peccatum propter peccati oſtenſionem. Nam eo ipſo quod lex oſtendit tibi quid eſt peccatum ante conſpectum tuum, & facit tibi imaginationem, & memoriam de peccato, qua facta, propter corruptionem appetitus noſtri, facilius ad peccandum inclinamur. Nam ſicut ex oſtenſione mulieris, vel ex oſtenſione alicuius concupiſcibilis, facilius inclinamur ad concupiſcẽdum: ſic ex oſtenſione peccati, & facta imaginatione de peccato, propter corruptionem noſtram incitamur ad peccandum. Sed lex oſtendendo peccatum licet faceret malum per accidens, faciebat tamen bonum per ſe, quia docebat peccatum vitare, cum malum non D poſſit vitari niſi cognitum. Secundo lex videbatur cauſare peccatum, propter peccatorum debilẽ refrænationem, nam ipſę cõcupiſcentiæ peccatorum ſunt quaſi quidam impetus, & quidam motus animi. Videmus enim in impetu & in motu aquę, quod ſi aqua habeat liberum curſum, non ita abundat, ſicut ſi habet aliquod frænum, & aliquod retinaculum: nam cum aliqua aqua retinetur, ſi id retinaculum ſit debile, abundat aqua, & inflatur, & frãgit retinaculum illud, & efficit maius damnũ quàm ſi liberum curſum haberet. Sic, vt gloſa tãgit, homo ante legem liberè peccabat, & motus & impetus & concupiſcentiæ animi quaſi habebant liberum curſum; ſed veniente lege, quaſi poſito obice, inceperunt abundare concupiſcẽtiæ: & quia obex ille & frænum illud, quod lex dabat, non erat perfectę efficatię, quia lex gratiam non præbebat: volendo ſe homo reſtringere, inceperunt concupiſcentiæ abundare, & fracto freno & retinaculo, maiorem læſuram inferebant quàm ante: ſed hoc licet eſſet ma-

A lum per accidens propter corruptionem noſtrã, erat tamen bonum per ſe, quia ponere obicem contra cõcupiſcentias, bonum eſt. Tertio videtur lex inducere peccatum propter pręuaricationis additionem: nam ante legem homo ſimpliciter peccabat, ſed poſt legẽ homo malum faciendo, non ſolum peccauit, ſed etiã peccato pręuaricationem addidit, quia fecit contra legem quæ peccatum prohibuit: ſed hoc licet ſit malum per accidens, eſt tamen bonum per ſe, quia bonũ eſt prohibere peccata. Quartò lex videtur cauſare peccatum propter conatum noſtrum propter legis inhibitionem: quia, vt Aug. ait & habetur in gloſa, talis eſt carnalitas noſtra, vt ardentius deſideret prohibita. Quod forte duplici de cauſa contingit: primo quia homo habet animum generoſum, & naturaliter intendit in aliquid excellens & arduum: & quia aliquid eo ipſo quod eſt prohibitum, videtur aliquo modo arduum & excellens, ardentius contra prohibi- B ta agitatur. Vel forte hoc cõtingit, quia, vt dicitur ſecundo Rhetoricorum, Concupiſcentia eſt eius quòd abeſt. Et quia eo ipſo quòd aliquid prohibetur, videtur abeſſe & elongari à nobis, ideo magis concupiſcitur. Sed hoc licet ſit malum ſecundum accidens, quia propter corruptionem noſtram, ex ipſa inhibitione incitamur ad peccandum: eſt tamen bonum per ſe, quia bonum eſt inhibere peccatum. Quintò lex videtur cauſare peccatum, propter peccati reputationẽ: quia homines ante legem & ſi peccatum cognoſcebant, tamen parum aut nihil peccatum appræciebantur vel reputabant, quia nõ credebant peccatum puniendũ eſſe: ſed adueniẽte lege, & prohibẽte peccatũ, hõ magis peccare timuit & magis reputauit peccatum. Secundum hoc ergo poſſet dici lex cauſare peccata, quia cauſauit & fecit, quod homo appræciaretur & reputaret peccatum: ſed hoc non eſt malum, C immo eſt bonũ, quod homo peccare timeat, & quod credat & reputet quòd peccare ſit magnum malum. Sextò lex videbatur inducere peccatum, propter diaboli inſidiationem: nam, vt ait Ambroſius & habetur in gloſa, Diabolus videns legem in hominis auxilium datam eſſe, magis inſtitit, & magis inſidiatus eſt ei. Lex ergo bona erat, licet per accidens ex inſidiatione Diaboli poſſet inducere hominem ad peccandum. Cum ergo omnibus his cauſis ſex, lex videatur mala, & non ſit mala: quantum ad omnia iſta indiget excuſatione. Verùm quia aliquam iſtarum cauſarum Apoſtolus videtur ſimul cõnectere, diuidemus hanc partem, vbi legem excuſat, in partes quatuor: quia primò excuſat legem quantum ad peccati oſtenſionem: ſecundò excuſat eam, quantum ad peccatorum refrænationem, & quantum ad præuaricationis additionem: tertio quantum ad conatum noſtrum contra legis inhibitionem: quartò & vltimo quantum ad diaboli inſidiatio- D nem. Secunda ibi, occaſione autem accepta.) Tertia ibi, Sine lege enim.) Quarta ibi, Et inuẽtum eſt mihi.) In prima parte intendit talem rationem, quicquid facit cognoſcere peccatum, & oſtendit peccatum, licet forte faciat malum per accidens, illud tamen non eſt malum, nec eſt peccatum, imo eſt bonum, quia docet vitare peccatum: lex eſt huiuſmodi, ergo lex non eſt mala. De hac autem ratione ponit virtutem medii, videlicet quòd lex non eſt peccatum: ſed docet cognoſcere, & oſtendit peccatum. Ideo ait, quid ergo dicimus: lex peccatum eſt? abſit. ſed peccatum non cognoſcitur, niſi per legem. Lex ergo non eſt peccatum, ſed oſtendit & facit cognoſcere peccatum. Quòd autem lex faciat cognoſcere peccatum, patet. Nam concupiſcentiam neſciebam eſſe peccatum; & non credebã eſſe peccatum tam graue, niſi lex diceret, Non concupiſces. Notandum autem, quod, vt dicitur in gloſa, ad probãdum per legem cognoſci peccatum, elegit apoſtolus quod eſt generale peccatum. ſ. Concupiſcentiã,

vnde omnia

A Vnde omnia mala veniunt. Bona ergo eſt lex ſecundũ Aug. quę dum concupiſcentiam prohibet, omnia mala prohibet. Notandum autem, quod cum ait concupiſcentiam neſciebam: hoc non ait in perſona ſua, & pro ſe: ſed quia agit generalem cauſam, loquitur enim in perſona cuiuſcunq;, vt in gloſa innuitur.

Deinde cum dicit. Occaſione autem accepta.) excuſat legem quantum ad peccatorum refręnationem, & quantum ad præuaricationis additionem: ideo dupliciter legitur hæc litera. Quantum ergo ad primum modum formabitur ſic ratio, Per cuiuſcunq; mandatum, ſiue per cuiuſcunq; refręnationem, peccatum, accepta occaſione, operatur omnẽ concupiſcentiã, illud ẽ bonũ: ergo lex licet faciat malũ per accidens, tamen eſt bona per ſe, quia inhibet & refrenat peccata. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Repetatur ergo quæſtio prius facta, & legatur ſic littera, Quid ergo dicemus? lex eſt peccatum? Abſit. ſed per mandatũ, ſupple, legis, quòd ſcilicet inhibet & refrenat peccata,
B occaſione accepta, ideſt occaſionaliter & per accidẽs, peccatum operatum eſt in me omnem concupiſcentiam, ideſt multitudinem & cumulationem omnium concupiſcentiarum. Lex ergo bona eſt, quia mandat cauere peccata; ſed occaſionaliter & per accidens malum facit, quia ex hoc multiplicantur concupiſcentię. Notandum autem ſecundum hanc expoſitionem per omnem concupiſcentiam intelligimus multitudinem concupiſcentiarum, vt dicamus ſicut ſuperius dicebamus: quòd ſicut aqua propter oppoſitum obicem, non habens liberum curſum, magis inflatur, & multiplicatur: ſic propter mandatum legis, quaſi propter quendam obicem oppoſitum, volens ſe homo reſtringere à concupiſcentiis, magis ſunt concupiſcẽtiæ multiplicatæ: ergo peccatum, ideſt fomes peccati, & inclinatio ad peccandum, vt gloſa exponit, occaſione accepta propter mandatum legis, quaſi propter
C quendam obicem, & quaſi propter quoddam fręnum oppoſitum, operatum eſt in omnem concupiſcentiã, ideſt multitudinem concupiſcentiarum. tunc eſt ſupplenda ratio: quia mandat & docet cauendas, & refrenandas eſſe concupiſcentias, per accidens tamen facit malum, quia ex hoc occaſionaliter concupiſcentiæ augmentantur. Secundo modo poteſt legi hæc littera quantum ad præuaricationis additionem, vt etiã gloſa tangit, quia ante legem non erat omnis concupiſcentia, ideſt non erat omne peccatum quia non erat peccatum quantum ad præuaricationem legis: ergo propter hoc factum eſt, quod propter mandatum legis, operabantur homines omnem concupiſcẽtiam, ideſt, omne peccatum: quia non ſolum operabãtur in ſe peccata, ſed etiam operabantur peccata pręuaricationis, quia legem præuaricabant. Secundum hoc ergo formabitur ſic ratio, Per cuiuſcunq; mandatum, fomes peccati, vel inclinatio ad peccan-
D dum operatur præuaricationem, & per conſequens videtur operari omnem concupiſcentiam, illud licet faciat malum occaſionaliter & per accidens, per ſe tamen eſt bonum, quia peccata prohibet: ſed mandatũ legis, & per prohibitionem eius, peccatum, occaſione accepta, operatur præuaricationem, & videtur operari omnem concupiſcentiam: ergo lex licet videatur operari malum occaſionaliter & per accidens, per ſe tamen eſt bona, quia peccata prohibet. De hac autem ratione ponit virtutẽ medii. littera legatur vt prius. Notandum autem, quòd iuſtitia legalis, vt vult Philo-

Cap. 2. ſophus. 5. ethicorum, quodammodo eſt omnis virtus, quia lex præcipit omnem virtutem. Præuaricari ergo legem eſt quaſi committere omne peccatum, & operari omnem concupiſcentiam. Lex ergo bona eſt, quia prohibet omne peccatum; ſed occaſionaliter facit malum, in quantum per mandatum eius, peccatũ, ideſt, fomes peccati operatur, ideſt diſponit & inclinat ad operandum omnem præuaricationem, & per conſequens omnem concupiſcentiam.

Deinde cum dicit, ſine lege enim.) excuſat legem quantum ad conatum noſtrum contra legis inhibitionem, & etiam quantum ad peccati reputationem. Secundum hoc autem dupliciter legetur littera. ſecundum ergo primum modũ ſic formabitur ratio, Illud, quod prohibendo facit reuiuiſcere peccatum, & occidit, licet faciat malum per accidens, eſt tamen quid bonum per ſe, quia peccata prohibet: lex eſt huiuſmodi, ergo eſt bona ſecundum ſe. De hac autem ratione ponit virtutem medii, videlicet quod homo ante legem non ita peccabat, ſicut poſt legem: ſed lege adueniente, & peccatum prohibente, peccatum reuixit, & homo mortuus eſt. lex ergo bona erat, quia peccatum inhibebat: ſed per accidens faciebat malum, in quantum per inhibitionem legis homo incitabatur ad peccandum, & moriebatur, ideſt peccabat mortaliter. Repetatur quæſtio ſuperius poſita, & legatur ſic
B littera, Quid ergo dicemus? lex eſt peccatum? Abſit. immo ſine lege enim peccatum mortuum erat, ideſt non ita viuebat peccatum ſine lege, ideſt ante legem, ſicut poſt legem. & ſequitur, Ego aũt aliquã ſine lege, vt ante legem viuebã, ideſt non eram ita mortuus nec ita peccabam mortaliter, ſicut poſt legem: ſed cum veniſſet mandatum legis, quod, ſupple, peccata prohibebat, peccatum reuixit, ideſt augmẽtatum eſt: ego autem mortuus ſum, ideſt magis mortaliter peccaui. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, quòd cum mandatum legis veniens, peccata prohibeat: lex eſt bona per ſe, licet faciat malum per accidens, quia conamur contra legis inhibitionem: & peccatum reuiuiſcit & augmentatur: & mortui ſumus magis quàm eſſemus tempore ante legem. Secundo modo poteſt exponi hæc littera, quantum ad peccati reputationem. Tunc forme-
C tur ſic ratio, Quicquid facit reputare peccatum, illud eſt bonum per ſe, licet videatur facere malum per accidens: ſed lex facit reputare peccatum, ergo lex eſt bona per ſe, licet videatur facere malum per accidens. De hac autem ratione ponit virtutem medii, videlicet quòd ante legem non reputabatur peccatum, & homines non credebant nec appræciabantur peccatum eſſe tantam offenſam, quanta erat: ideo ait quòd ſine lege enim peccatum mortuum erat, ideſt non reputabatur: ego aũt aliquã ſine lege, ideſt aliquo tẽpore: ante legem viuebam, ideſt credebam me viuere, quia non reputabam peccatum: ſed cum veniſſet mandatũ legis peccatum reuixit, ideſt cœpit peccatum apparere, & cœpit peccatum reputari: ego autem mortuus ſum, ideſt cognoui me mortuum eſſe. Et tunc eſt ſupplenda ratio, Illud quod facit reputari peccatum licet videatur malum, tamẽ per ſe bonum eſt, quia prohibet peccata cauere: lex eſt huiuſmodi, ergo licet ma-
D la videatur, ſecundum ſe bona eſt.

Deinde cum dicit, Et inuentum eſt mihi.) excuſat legem quantum ad diaboli inſidiationẽ, propter quod ſciendum, quòd lex fuit quidam gladius datus nobis, p quẽ debebamus bellare cõtra diabolũ: ſed diabolus per illum eundem gladium bellauit contra nos, & occidit nos. formetur autem ſic ratio, Quicquid nobis datur ad defendendam vitam noſtram, dato quod illo male vtamur, & illud fit nobis ad mortem, licet illud ſit malum per accidens eſt tamen bonum per ſe: lex eſt huiuſmodi, ergo lex per ſe eſt bona. De hac autem ratione ponit virtutem medii: repetatur ergo quæſtio ſuperius poſita & legatur ſic littera, Quid ergo dicemus? lex peccatum eſt? Abſit. ſed & mandatum legis, quod erat mihi ad vitam, inuentum eſt hoc eſſe ad mortem. Nam peccatum, ideſt Diabolus, vt gloſa exponit, occaſione accepta, ſeduxit me, & per illud mandatum occidit me. quaſi diceret, quòd mandatum legis fuit mihi datum ad vitam tuendam & defenden-

A dam,& fuit mihi datum quaſi quidam gladius, cum
quo debebam pugnare cum diabolo: ſed diabolus ac-
cepit mihi illum eundem gladium, per quem debebã
me tueri, occidit me: & inuentum eſt mihi eſſe datum
ad mortem,quod erat mihi datum ad vitam. Notan-
dum autem quòd per peccatum poſſumus intelligere
illam malam operationem, quam agimus: & illud,
quod inducit nos ad peccandum. Rurſus illud, quod
inducit nos ad peccandum, eſt tam fomes peccati
quàm diabolus. Vnde, quod ſuperius dicebatur, pec-
catum operatum eſt in me omnem concupiſcentiam;
& quod hic dicitur, peccatum, occaſione accepta, oc-
cidit me: poſſumus intelligere tam de fomite, quàm
de diabolo, vt exponit gloſa: nam vtrunque operatur
in nobis concupiſcentias, & vtrunque occidit nos. Ta-
men ſi volumus diſtinguere inter hoc dictum, & illud,
competentius fieri videtur, vt illud (per peccatum,
quod operatur in nobis omnem concupiſcentiam) B
intelligamus fomitem: & hoc quòd (per peccatum oc-
cidit nos) intelligamus diabolum. Notandum quòd
hoc quod vltimo dicitur, Et per illud ſeduxit me) po-
teſt dupliciter exponi: primo vt hoc qd dico (illud)
referatur ad mandatum, vt dicebatur in exponendo
literam: vt ſit ſenſus, per illud idem mandatum, per
quod debebã me tueri, diabolus occidit me. Vel hoc
quod dico (illud) poteſt referri ad ſeductionem: vt ſit
ſenſus, peccatum, ideſt, diabolus ſeduxit me, & per il-
lud, ideſt per illam eandem ſeductionem, occidit me.
Notandum etiam, quòd hoc (per peccatum) recte vi-
detur intelligere diabolum, quia ſeducere, propriè eſt
rei inſidiãtis, & intelligentis: Vnde diabolus nos ſedu-
xit, quia intelligens vias noſtras, inſidiatur nobis. Sed
fomes peccati operatur in nobis concupiſcentiam,
quia à fomite omnis concupiſcentia ortum ſumit.
C Benè ergo dictum eſt, quòd ſuperius, vbi fit mentio de
peccato quod operatur concupiſcentias, debemus in-
telligere fomitem: hic autem, vbi loquitur de pecca-
to quod nos ſeduxit, congruè diabolus deſignari
poteſt.

Dubitaret forte aliquis de eo quod in littera præ-
cedentis lectionis dicebatur. Lex dominatur in homi-
ne quanto tempore viuit, ideſt quanto tempore ha-
bet ſtatum) quod gloſa exponit de lege naturæ. Sed
lex naturæ eſt ſemper et vbique, & ſemper habet ſtatum
ſuum: ergo non ſumus à lege per chriſtum liberati.
Dicendum, quòd ad legem naturæ pertinere poſſunt
prima principia agibiliũ, quæ ſemper ſunt in ſuo ro-
bore, & ſemper in ſuo ſtatu, ſicut eſt hoc principium,
Quod tibi non vis, alii ne feceris: iſtud enim prin-
cipiũ in agibilibus, eſt illud, ad quod omnia alia redu-
cuntur. Videtur ergo ſe hoc habere in agibilibus, ſi-
cut in ſpeculabilibus ſe habet, De quolibet affirmatio
vel negatio, vera eſt. Quæ ergo ſunt ſic principia agi-
bilium, nunquam mutantur, & ſunt ſemper & vbique: ſed D
concluſiones, quæ eliciuntur ex his principiis, licet
pro maiori parte veritatem habeant, in caſu tamen
mutari poſſunt. Vnde ad legem naturalem pertinet,
vt depoſitum ſit reddendum: & tamen in caſu, vt puta
ſi furioſus depoſuiſſet gladium, non deberet ſibi reddi
gladius ille, tempore furiæ. Dicemus ergo quòd ad le-
gem naturalem pertinẽt principia agibilium, & con-
cluſiones deriuatę ab illis principiis: & licet principia
maneant in ſuo rigore, concluſiones tamen in caſu
mutari poſſunt. Vnde quod hic dicitur de lege natu-
rali, quod durat quandiu habet ſtatum, intelligendũ
eſt non de principiis agibilium, ſed de cõcluſionibus,
quæ eliciuntur ex his principiis: vt hoc principium,
Quod tibi non vis, alii ne feceris) non mutatur. Sed
ſi ex hoc principio eliceretur hæc concluſio, Quòd
debet depoſitum reddi, quia velles tu, quòd tibi tuum
depoſitum redderetur, poteſt hoc mutari, quia in ca-
ſu, non ſemper eſt reddendum.

A Vlterius forte dubitaret aliquis, quòd gloſa loquẽs
de lege naturali, ait quod non per omnes ſui partes
ab omnibus recipitur & obſeruatur. Sed contra: ſi na-
turale eſt, quod eſt ſemper & vbique, oportet quòd ab
omnibus obſeruetur, vel ab omnibus iudicetur obſer-
uandum: nam ſicut ignis ſemper comburit & vbique: ita
& quod eſt de lege naturali eſt ſemper & vbique, vt in- Cap. 11.
nuit philoſophus. 5. ethicorum. Dicendum, quod, vt
innuit philoſophus in eodem libro, licet ſit naturale
homini eſſe dextrum, ſunt tamen aliqui homines ab-
deſtri: vnde poſſumus dicere, quòd non omnia ſunt
naturaliter vniformia, quia aliter eſt naturale homi-
ni habere cor, & aliter eſt naturale eſſe dextrum: nam
nullus reperitur homo ſine corde: reperiuntur tamen
plures homines abdeſtri. Quod ergo eſt naturale,
vel eſt ſemper & vbique ſimpliciter & abſolutè, quia ſem-
per & vbique ignis comburit: vel naturale eſt non ſim-
pliciter abſolutè, ſed per relationem ad cauſam, vt
B plantam pullulare, hominem eſſe dextrum, eſt natura-
le, non tamen ſemper & vbique ſimpliciter & abſolutè,
ſed per relationem ad alias cauſas: nam cauſa pullula-
tionis niſi impediatur, planta pullulat: & niſi ſit ali-
quod impedimentum in homine, ſemper eſt dexter.
Sicut ergo diſtinguimus de aliis rebus naturalibus,
quòd aliqua ſunt naturalia ſemper & vbique ſimplici-
ter & abſolutè, aliqua verò ſemper & vbique, ſed nõ ſim-
pliciter & abſolute, ſed per relationem ad alias cau-
ſas: & quæ ſunt ſic naturalia poſſunt impediri; ſic le-
ges aliquę ſunt de iure naturali, & ſunt ſemp & vbique
ſimpliciter & abſolute, vt illę quæ immediate fundan-
tur in principiis agibilium: vt ſi lex diceret deum eſ-
ſe colendum, vel ſi tibi diceret, quod tibi non vis, alii
ne feceris: hoc eſſet tenendum ſemper & vbique ſimpli-
citer & abſolutè, quia hæc ſunt principia noſtrarum
C actionũ, & ex his regulari debent omnes actiones no-
ſtræ. Sed aliquę leges ſunt de iure naturali, & ſunt ſem-
per & vbique, non ſimpliciter & abſolute, ſed p relatio-
nem ad cauſam: ſicut ſunt leges, quæ non immediate
fundatur in principiis agibilium, ſed fundantur in
concluſionibus, quæ ex illis principiis habent ortum:
talia enim ſunt ſemper & vbique, non ſimpliciter & ab-
ſolutè, ſed per relationem ad cauſam. Vnde pro-
pter rationale impedimentum cauſæ, poteſt derogari
legibus huiuſmodi, & in caſu tales leges tenendæ non
ſunt: immo propter aliã & aliã in diſpoſitionẽ patriæ,
poſſunt in aliis & aliis partibus, leges contrariæ pro-
mulgari. Ideo ait Magiſter in gloſa, & ſumpta eſt ab
Ambroſio, quòd licet lex generalis ſit, non tamen per
omnes ſui partes ab omnibus recipitur, & obſeruatur.
Secundum hoc ergo eſt intentio apoſtoli, quòd ſicut
lex naturalis poteſt aliquando non habere ſtatum &
vigorẽ, & tũc ſoluti ſunt homines à lege illa; ſic lex mo-
ſaica dominabatur homini, & potiſſimum populo iu-
D daico quãdiu fuit in ſuo vigore & in ſuo ſtatu: ſed ad-
ueniente lege euangelica, ceſſauit lex illa habere ſtatũ
& vigorem: propter quod rationabiliter fuit ſolutus
populus, à lege illa.

Vlterius forte dubitaret aliquis, de eo quod in litte-
ra dicitur, quòd Paſſiones peccatorum erant augmen-
tatæ, vt gloſa ſupplet. Sed contra vnum contrariorũ
non augmẽtat aliud: ſed lex contrariatur peccato,
quia lex eſt ſancta, & mandatum legis eſt ſanctum, & iu-
ſtum, & bonum, vt in ſequenti lectione dicetur: ergo
lex non auget peccatum. Dicendum quod vnum con-
trariorum non augmentat aliud per ſe, ſed per acci-
dens: videmus enim quòd aqua calefacta citius conge-
latur: ſed hoc nõ eſt per ſe, ſed per accidens, in quãtũ p
calefactionẽ aqua rareſit, qua calefacta, citius ſubitrat
frigus ibi, & citius congelatur: ſicut etiam & in hyeme
ſunt calidiores ventres, quàm ęſtate, quia reſtrictis po-
ris propter frigus extrinſecus, calor naturalis interius
fortius congregatur: & apertis poris in æſtate pro-
pter calorem

A pter calorem extrinſecum, naturalis calor exalat, vt non ſit ita potens ad digerẽdum cibum. Per accidens ergo vnum contrariorum operatur aliud, ſicut frigus comburit vineas, & calor facit ad congelationẽ aquę. Sic & lex per accidens concupiſcentias augmentabat: ſed per ſe eas inhibebat, vt patet ex illis ſex cauſis ſuperius aſſignatis.

Circa præſentem lectionem contingit dubitare, & primò de eo quod in littera dicitur, Concupiſcẽtiam neſciebam eſſe peccatum, niſi lex diceret, Non concupiſces. Sed cõtra: Philos. in. 2. Politicorum vult, quòd refrenandæ ſunt concupiſcentiæ vitiorum: & in tertio Ethicorum vituperans concupiſcentiam, ait. Inſatiabilis eſt concupiſcentiæ appetitus. Cum ergo ipſe fuerit gentilis, & non vixerit ſub lege Moſayca: abſq; lege cognouit concupiſcentiam eſſe peccatum. Dicendum quòd ante legem cognoſcebatur, concupiſcentiam eſſe peccatum. B Vnde Philos. 2. polit. reprehendit politiam Socratis ordinantis ciuitatem, vt omnes mulieres communes eſſent: dicebat enim quòd ſi mulieres communes eſſent, eſſent & communes filii: omnes ergo iuniores diligerẽt antiquiores vt patres: & antiquiores ſi vniores vt filios, & eſſet maxima vnitas & maximus amor in ciuitate. Verum quia ſi quilibet accedebat ad quamlibet, accidebat quod filius accedebat ad matrem ſuam, quod erat valde turpe & verè horribile; ordinauit Socrates, quòd Rector ciuitatis diligentem curam haberet, ne filii ad matres accederent: non tamen indicando eis quòd ille eſſent matres eorum, ne ſpeciali amore diligerent illas pluſquam alias; ſed ſolum inhiberet eis, ne ad illas accederent: quod Ariſt. repræhendit, dicens quòd in talibus non ſolum eſt repræhendendus actus talis, ſed etiam mala concupiſcentia. Cum ergo nõ indicaretur filiis quòd illorum matres eſſent, licet impediretur, ne cum illis male agerent, non tamen impediebatur, ne eas concupiſcerent. Quare cogimur ad dicendum, ipſam concupiſcentiam malam cognitam fuiſſe, eſſe peccatum abſq; lege: propter quod poſſumus hanc quæſtionem C ſoluere, ſicut ſoluebamus ſuperius quæſtionem de peccato: nam ſicut lex fecit cognoſcere peccatum, non quòd nullum peccatum cognoſceretur ante legem, ſed quia lex multa peccata fecit cognita, quæ antea erant incognita: vel fecit ea grauiora reputari, quàm antea reputabantur: ſic & plures concupiſcentiæ reputatæ ſunt per legem eſſe peccata: & reputata ſunt eſſe grauiora peccata, quàm ante reputarentur.

Cap. 1. & 10. Plato de leg. Dialo. 5. & de Rep. Dialo. 5.

Vlterius forte dubitaret aliquis, quomodo peccatum, occaſione accepta per mandatum, operatum eſt omnem concupiſcentiam. Dicendum q; vt in expoſitione litteræ tangebatur, quemadmodũ iuſtitia legalis poteſt dici omnis virtus, quia lex præcipit omnem virtutẽ: ſic tranſgreſſio legis põt dici omne vitiũ, q̃a omne vitiũ legi cõtrariatur. cũ ergo per mãdatũ legis, eo D quòd prohibitio concupiſcentiam augeat, & eo quòd ſemper nitamur in vetitum, & incitamur per huiuſmodi mandatum ad quamlibet tranſgreſſionem legis, & per conſequens occaſionaliter ad quodlibet peccatũ, & ad quamlibet concupiſcentiam, inde dictum eſt, q; peccatum idest fomes peccati, occaſione accepta per mandatum legis, operatum eſt in me omnem concupiſcentiam.

Vlterius forte dubitaret aliquis de eo quod in littera dicitur, quòd ſine lege, ideſt ante legem mortuum erat peccatum. Sed contra eſt quod dicebatur ſupra. 5. Vſq; ad legem enim erat peccatum in mundo. Dicendum quod ante legem peccatum viuebat, & erat mortuum; aliter tamen & aliter. Viuebat enim tunc peccatum, quia homines tunc liberius peccabãt; ſed erat mortuum, quia homines tunc non reputabãt peccatũ: viuebat ergo peccatũ in ſe, ſed erat mortuum quantum ad reputationem hominum. Vel aliter, ante legem peccatum viuebat ſimpliciter, ſed erat mortuum in reſpectu; quia cum lex augmentaſſet concupiſcentiam, & augmentaſſet occaſionaliter peccatum, videbatur peccatum magis regnare poſt legem quàm ante legem.

LECTIO. XXIIII.

ITaq; lex quidem ſancta, & mandatum ſanctum et iuſtum & bonum. Quod ergo bonum eſt, mihi factum eſt mors? Abſit.

Poſtquam apoſtolus excuſauit ſuperius legem quòd non eſt mala, in parte iſta cõmendat eam quod eſt bona. Circa quod tria facit: quia primò præmittit legis commendationem: ſecundo circa bonitatem legis mouet quandam quæſtionem: tertiò ad oſtendendum legem bonam eſſe, adducit multiplicem rationem. Secunda ibi, Quod ergo bonum.) Tertiã ibi, Sed peccatum vt appareat.) Continuetur ſic, vt patet per habita, lex eſt ad vitam ordinata, bona iubet, mala prohibet, fecit peccatum agnoſcere. itaq; quia ſic eſt lex, eſt quidem ſancta, ideſt ſancta & honeſta docens: vel eſt ſancta, ideſt ſanam doctrinam exhibens: & mandatum legis eſt ſanctum iuſtum & bonum. Notandum autem quòd mandatum legis eſt ſanctum in ſe; eſt iuſtũ, ideſt iuſtificans, in comparatione ad nos: eſt bonum, ideſt vtile ad vitam ęternam in comparatione ad finem, quem intendimus. Vel poſſumus dicere, quòd in lege C quædam erant præcepta cæremonialia, ſicut de eſu agni, de immolatione turturum & columbarum: quędam erant iudicialia, vt oculum pro oculo, dentem pro dente: quædam erant præcepta moralia, vt non occides, non moechaberis Mandata ergo legis erant ſancta quantum ad cęremonias, quę ſancta ſignificabant: erant iuſta quantum ad iudicialia, quæ iuſtitiam & vigorẽ iuris prætendebant: erant bona quantum ad moralia, quia nos in bonis moribus inſtruebant. Vel quia ſanctitas ſumitur ex parte ſui: iuſtitia in reſpectu ad aliud: bonitas in ordine ad deum, a quo omnis bonitas procedit. Mandatum legis erat ſanctum, prout ordinabat hominem in ſe; erat iuſtum, prout ordinabat hominem ad proximum: ſed erat bonum prout ordinabat hominem ad deum.

D Deinde cum dicit. Quod ergo bonum eſt.) Circa bonitatem legis mouet quandam quæſtionem, dicens, quod ergo bonum, ideſt lex quæ eſt quoddam bonũ, factum eſt mihi mors? Abſit. quaſi dicat, hoc bonum, quod eſt lex, non operatur mihi mortem. Notandum autem quod lex per ſe docet cognoſcere peccatum, & prohibere peccatum: ſed peccatum, ideſt fomes peccati, ex hac inhibitione occaſione accepta, inclinat nos ad peccandum: ergo fomes peccati operatur in nobis mortem: lex non operatur eam niſi occaſionaliter & per accidens. Ex hoc poteſt ſolui controuerſia, quæ apparet in textu: quia videtur aliquando velle operari in nobis mortem; hic autem videtur hoc negare: quod vtrunq; verum eſt, nam cauſaliter & per ſe non operatur mortem, immo operatur ad vitam: occaſionaliter autem & per accidens videtur operari ad mortem. Notandum etiam, quod vtrunq; dici poteſt, videlicet, legem operari ad mortem, & nõ operari. Si quę

ſatur quid horũ verius ſit:plana eſt reſponſio. Nam cũ lex per ſe operetur ad vitam & non ad mortem, per accidens vero & occaſionaliter operetur ad mortem: tanto verius eſt legem non operari ad mortem ꝙ operari, quia quod eſt per ſe, eſt potius eo quod eſt per accidens:immo abſolutè & ſimpliciter dici poteſt legem nõ operari ad mortẽ:qđ aũt operetur ad mortẽ,no eſt ſic ſimpliciter cõcedendum. Deinde cũ dicit.

Sed peccatum vt appareat peccatum, per bonũ operatum eſt mihi mortẽ, vt fiat ſupra modum peccans peccatum per mandatum.

Præmiſſa legis commendatione,& circa bonitatem legis mota quæſtione quadã, in parte iſta, ad probãdũ legẽ eſſe bonã, adducit multiplicẽ rationẽ. Circa qđ duo facit, quia primo facit quod dictum eſt: ſecundo, quia mentionem fecerat de lege carnis,& de lege mentis, oſtendit quomodo illę duæ leges ſe ad inuicem habeant, ibi, Video autem aliam legem.) Circa primum ſex facit, ſecundum quòd ſex rationes adducit ad oſtendendum legem eſſe bonam,& cõmendandã. Nam primo probat legem eſſe bonam, ex eo quod peccatum cognoſcere doceat, & oſtendat. Secundò ex eo quòd eſt à ſpiritu ſancto, & nos ſpiritualiter nutrit. Tertiò oſtendit legem eſſe bonam, quia cum lege rationis concordat. Quartò, ex eo quod à lege ſenſualitatis diſcordat. Quintò, quod nos volentes benefacere, iuuat. Sexto et vltimo, ex eo quòd ſpiritualiter nos delectat. Secunda ibi,(ſcimus enim quod lex) Tertia ibi;Quod enim operor.) Quarta ibi, hunc aõtiam non ego.) Quinta ibi. Inuenio ergo.) Sexta ibi, Condelector enim). In prima parte intendit talem rationem, Quicquid facit nobis peccatum apparere, & docet nos peccatũ cognoſcere, illud eſt bonũ, & qcquid operatur in nobis mortẽ, illud eſt malũ: ſed lex facit nobis apparere bonũ,& facit nos peccatũ cognoſcere;fomes aũt peccati ex illa notitia operatur in nobis mortem; ergo lex eſt bona, ſed fomes peccati eſt quid malũ. De hac aũt ratione ponit virtute medii. Continuetur aũt ſic littera. Abſit, quòd lex faciat in nobis mortẽ(ſed per bonũ)ideſt per legem, quę eſt quid bonũ:ſupple, quę lex data eſt(vt appareat) ideſt cognoſcatur(peccatum):ſic ergo per legẽ,& ex hac ergo notitia, quam dabat lex(per mãdatũ), ideſt per legem ſic mãdantẽ & ſic præcipientẽ,(peccatũ)ideſt fomes peccati(fiat ſupra modum peccans)ideſt faciens nos peccare. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, quòd lex bona eſt, quę facit nobis peccatũ apparere; ſed fomes peccati, eſt quid malum;qui ex mandato legis, occaſione accepta, facit nos ſupra modum peccare, ideſt augmẽtat peccatum noſtrum,& operatur in nobis mortem. Notandum aũt, ꝙ id quod dicitur in litera(Vt appareat)poteſt referri ad legem, quę fecit apparere peccatum, vt tangebatur in expoſitione litterę:vel poteſt referri ad fomitem peccati:vt ſit ſenſus, quòd lex non operatur mortem;(ſed peccatum)ideſt fomes peccati, vt appareat peccatum), ideſt vt appareat cauſa peccati;(per bonum), ideſt per legem (operatum eſt mihi mortem), & hoc (vt per mandatum) ideſt per legem mandantem & præcipientem,(peccatum), ideſt fomes peccati (fiat ſupra modum peccans), ideſt faciat ſupra modum peccare. Quocunq; modo exponatur littera, patet quòd lex non eſt mala, cum ipſa non operetur mortem: ſed fomes peccati eſt malus, qui occaſione accepta per legem, mortem operatur. Deinde cum dicit.

Scimus enim quia lex ſpiritualis eſt, ego autem carnalis ſum, vænundatus

A **peccato.**

Adducit ſecundam rationem quod lex ſit bona, ſumptam ex eo quod ſit à ſpiritu ſancto, & nos ſpiritualiter nutriat. Formetur autem ſic, Quicquid eſt ſpirituale, ideſt quicquid eſt à ſpiritu ſancto, & nos ſpiritualitee nutrit, illud eſt bonum, & ab illo non procedit peccatum, quod autem eſt carnale, ab eo peccatum procedit: ſed lex eſt ſpiritualis, ideſt à ſpiritu ſancto eſt, & nos ſpiritualiter nutrit, ego autem carnalis ſum & peccato vęnundatus: ergo lex eſt bona,& à lege non procedit peccatum, ſed à me, qui carnalis ſum, peccatum procedere dicitur. De hac autem ratione ponit virtutẽ medii, dicens, Scimus, quòd lex ſpiritualis eſt,) ideſt à ſpiritu ſancto data eſt: vel eſt ſpiritualis, quia nos ſpiritualiter nutrit;(ego autem ſum carnalis) ideſt habeo fomitem & concupiſcentiam ex carne contractam, propter quam ſum impotens reſiſtere diabolo, propter quod(ſum vænundatus pec-
B cato. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, quod cum lex ſic ſit ſpiritualis, ego autem carnalis & peccato vęnundatus, non procedit peccatum à lege, quæ ſpiritualis eſt, ſed à me, quis ſum carnalis. Notandum autem quòd, vt gloſa ait, ex culpa primi hominis, qui pro delectatione cibi vetiti ſe & omnes alios vendidit, omnes ſumus peccato venditi, vt non poſſimus peccato reſiſtere. Notandum etiam, quòd poſſumus diſtinguere triplicem ſtatum, videlicet, ſtatum Innocentię: ſtatum Naturæ corruptæ: & ſtatum Naturę per gratiam reparatę. In ſtatu innocentiæ, homo non erat venditus peccato, quia poterat omnia peccata vitare. In ſtatu naturę corruptę, donec reparatus per gratiam chriſti, dicitur homo peccato vęnõdatus, qa vniuerſaliter omnia peccata vitare nõ poteſt. Quis ergo liberabit nos de corpore mortis huius, vt nos ſimus à peccato redempti, vt poſſimus
C omnia peccata vitare, & etiam vt poſſimus in bonum perſiſtere: gratia dei per dominum noſtrum Ieſum chriſtum, vt circa finem lectionis habebitur. Notandum etiam, quòd magiſter totam hanc lectionem legit dupliciter, videlicet, de homine peccatore, & de homine iuſto: vt quod dicit apoſtolus, Ego autem carnalis ſum) poſſit intelligi de homine peccatore & iuſto, ita quòd apoſtolus in verbis illius, huius vel illius perſonam induat. Sed quid interſit inter hanc lectionem & illam, in diſputationibus dicetur: ſufficiat autem nunc litteram exponere. Deinde cum dicit.

Quod enim operor, non intelligo: non enim quod volo bonum hoc ago, ſed quod odi malum, illud facio. Si autem quod
D nolo, illud facio: conſentio legi quoniam bona eſt.

Adducit tertiam rationẽ quòd lex ſit bona, ſumptam ex eo quòd legi rationis concordat, vel ex eo quòd à lege rationis cõmendatur. formetur autem ſic, Quicquid non approbat opera contraria legis, illud legi concordat & legem cõmendat: ſed ratio vel lex rationis non approbat opera contraria legi; ergo ratio legi concordat, & legem cõmendat, & dicit legem eſſe bonam. De hac autem ratione ponit virtutem medii: (quod enim operor) ſecundum hominem ſupple exteriorem. Vel (quod operor) ſupple contrarium legi, (non intelligo,) ideſt non approbo ſupple ſecundum hominem interiorem. Non enim quod volo hoc ago, ſed malum quod od o illud facio. quaſi dicat quòd agendo contra legem,& operando ſecundum hominem exteriorem

riorem, non ago quod volo ſecundum rationem, ſed ago quod nolo & quod diſplicet rationi: & ſubdit, ſi autem quod nolo illud facio, conſentio legi quoniã bona eſt. hęc eſt autẽ tota virtus medii videlicet quod ſi ratio nõ vult opus quod eſt legi contrariũ, & qđ eſt ſecundum hominem exteriorem, eo ipſo approbat legem & conſentit ꝙ bona ſit lex. Notãdũ aũt quod in hole ſunt duo, videlicet ſenſualitas & ratio, vel eſt ibi duplex velle, velle rationis & velle ſenſualitatis: ſenſualitas dicitur hõ exterior, ratio homo interior: homo exterior cuius velle dicitur velle ſenſualitatis pronum eſt quãtũ eſt de ſe vt inclinetur ad vitium: homo interior cuius velle dicitur velle rationis, vel velle naturę quantũ eſt de ſe videtur velle bonũ, ſed impotens eſt vt bonũ faciat, vel in bono proficiat, niſi per gratiam adiuuetur. Ergo apoſtolus volens cõmendare legẽ, & oſtendere legem eſſe bonam, aliqñ induit perſonã hominis carnalis & hominis exterioris dicens lex quidẽ ſpiritualis eſt, ego aũt carnalis ſum: Aliquando vero induit perſonam rationis, vel hominis interioris dicens, quod enim operor ſupple contra legem non intelligo: id eſt nõ approbo ſecundum rationem & ſecũdum hominem interiorem. Notandum etiam quod eo ipſo quod ratio nõ intelligit & non approbat opera contraria legi, & non vult ea ſed odit illa, ex hoc ipſo concordat cum lege, et commendat eam & conſentit legi quoniam bona eſt. Deinde cum dicit,

Nunc autem iam non ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum.

Ponit quartam rationem quod lex ſit bona, ſumptam ex eo quod diſcordat à peccato id eſt à fomite peccati, & à lege vitii. Circa quod duo facit, quia primò facit quod dictum eſt: ſecundo quod ſuppoſuerat, probat, ibi. Scio. n.) In prima parte intendit talem rationem, Quodcunq; operatur contra peccatum & legem vitii, illud eſt bonum; ſed lex operatur contra peccatum & legem vitii: ergo eſt quid bonum. De hac autem ratione ponit virtutem medii, dicens, Nunc autem iam non operor illud, ſupple quod eſt, contra legem, ſed peccatum, id eſt fomes peccati, vel lex carnis, vel lex vitii, quod habitat in me, ſupple, operatur illud. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, quod cum peccatum operetur contra legem, illud quod operatur contra peccatum, eſt quid bonum, ſequitur ergo ꝙ lex ſit quid bonum. Deinde cum dicit,

Scio enim quia non habitat in me peccatum, hoc eſt, in carne mea, bonum. Nam velle adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio.

Quoddam, quod ſuppoſuerat, probat: dixerat enim quod non agit bonum quod vult ſecundum velle rationis, vel ſecũdum velle naturæ: ſed magis agit quod odit ſecundum tale velle. Ideo probat, quomodo poſſit hoc contingere, quòd ipſe velit bonum, & tamen non poſſit illud bonum perficere. Circa quod tria facit: quia primò oſtendit quòd velle naturæ vel velle rationis, non poſſit perficere opus bonum. Secundò declarat quòd huiuſmodi velle, trahitur à velle vitii in opus malum. Tertio manifeſtat quòd opus malum, in quod trahitur, non eſt propriè à velle naturæ; ſed magis eſt à velle vitii & à peccato. Secunda ibi, Non enim quod volo.) Tertia ibi, ſi autem quod nolo.) Continuetur autem ſic: benè dico quòd non ago quod volo: & quia per velle meum, non pòſſum perficere opus bonum, (quia ego ſcio ꝙ nõ habitat in me, hoc eſt, in carne mea) id eſt in meo homine ſenſibili, vel in mea ſenſualitate (bonum) id eſt bonus habitus, per quẽ inclinetur ad bonum: (nam velle mihi adiacet, perficere autem bonum non inuenio.)

A quaſi dicat, quòd propter id quòd habitat in carne id eſt, propter fomitem peccati & corruptionem vitii, velle naturæ eſt impotens, quod non poteſt perficere bonum opus. Notandum autem ſecundum Ambroſium, & habetur in gloſa, quòd bona ſunt quæ iubet lex adeò vt vere quilibet amet, & velit facere illa: ſed deeſt virtus perficiendi. Notandum ſecundum eundem, quod homo ideo eſt preſſus dominatione peccati, vt non poſſit ire quò velit, nec audeat poteſtati eius reſiſtere. Notandum etiam ſecundum gloſam, & ſumpta é ad Ambroſ. Triplex eſt velle: velle vitii, quod poteſt dici velle ſenſualitatis: velle rationis, quod poteſt dici velle naturæ; & velle gratiæ. Velle autem naturæ ſiue velle rationis per ſe impotens eſt, nec palmam meretur, immo vincitur, atq; trahitur à velle vitii, niſi velle gratiæ ſubueniat, quæ velle vitii fugat, & velle naturæ liberat. Intentio ergo eſt apoſtoli, quod licet ſecundum naturam & rationem bonum velit, non tamen operatur illud, quia huiuſmodi velle ei adiacet, id eſt iuxta carnem iacet, & quieſcit, & impotens eſt per ſe ſurgere ad bene operandum: & quia illud velle ſic ſuperatur à carne, & ſic eſt impotens, ideo ſubdit, Perficere autem bonum non inuenio: quaſi dicat per iſtud velle non inuenio quod poſſim in bonum proficere, niſi ſim à gratia adiuuatus. Deinde cum dicit,

Non enim quod volo bonum hoc facio: ſed quod nolo malum, hoc ago. Si autem quod nolo, illud facio: iam non ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum.

Oſtendit quod velle naturę trahitur à velle vitii in
C opus malum, dicens, Non enim facio hoc bonum, quod volo, ſupple, ſecundum velle naturæ, ſed, ſupple, ſuperatus à velle vitii, vel ſuperatus à concupiſcentia & à fomite, ago hoc malum, quod nolo.

Deinde cum dicit, Si autem quod nolo) oſtendit quod huiuſmodi malum in quod trahitur, non eſt propriè à velle naturę: ſed magis eſt à velle vitii & à peccato, dicens, Si autem quod nolo, illud facio; iam non ego operor illud, ſupple, ſed velle naturæ ſecundum quod habitat in me peccatum, id eſt fomes peccati; vel carnalis concupiſcentia operatur ſcilicet illud. Notandum quòd; vt dicitur in tertio de Anima, In nobis ſunt appetitus contrarii, & ſunt in nobis motores contrarii ſenſus & ratio, & vnum mouet alium ſicut ſphera ſpheram, vel ſicut rota rotam: eſt enim animæ motus ſecundum Platonem, vt recitatur in primo de anima, quaſi cæli motus. Sicut ergo in coelo vna ſphera reuoluit aliã: ſic in anima vnus appetitus trahit alium, & vnum velle trahit aliud velle: vel velle concupiſcentiæ trahit velle na-
D turę vel rationis; nam niſi iuuemur à gratia, oportet nos ſuperari à vitio. Notandum etiam quòd quando in aliquo toto plura concurrunt, ſemper totum congruentius denominatur à ſuperiori parte, & congruẽtius dicitur quòd totum ſit pars ſuperior ꝙ̃ inferior: vt quia Papa eſt ſuperior in eccleſia, quod facit Papa dicitur tota eccleſia facere: & quia in homine ſuperior pars eſt intellectus, homo magis dicitur intellectus quàm ſenſus: & quia ratio eſt ſuperior ſenſualitate, magis dicitur homo ratio, quàm ſenſualitas. Secundum hoc ergo poteſt exponi dictum apoſtoli quòd magis ſe nominat intellectum ꝙ̃ ſenſum. Ideo cum bonum placeat rationi, quia ſemper ad optima deprecatur ratio, vt dicitur. 3. ethi. & cum malum rationi diſpliceat, apoſtolus induens perſonam rationis conquerens de eo quod ſuperatur à velle vitii, ait, Non enim quod volo bonum, hoc facio; ſed malum

quod nolo, hoc ago. Notandum etiam, quòd hoc poteſt legi de homine iuſto & iniuſto, quòd ipſe non operatur bonum, quod vult; ſed malum, quòd non vult; & quòd huiuſmodi malum iam non ipſe operatur illud, ſed quod habitat in eo peccatũ, ideſt fomes peccati. Sed quomodo hoc ſit, & quomodo hoc tam de iuſto quàm de iniuſto intelligi poſſit, in diſputationibus apparebit. Deinde cum dicit.

Inuenio igitur legem volenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adiacet.

Adducit quintam rationem quòd lex ſit bona, ſumptam ex eo quòd iuuat volenté facere bonum. Formetur autem ſic, Quicquid adiuuat, fauet, & aſſiſtit volenti facere bonum, illud eſt quid bonum: lex eſt huiuſmodi, ergo eſt quid bonum. De hac autem ratione ponit virtutem medii, dicens. Inuenio igitur legem vtilem & adiutricem, vt gloſa ſupplet, volens mihi facere bonum, quoniam mihi malum adiacet. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, quòd ſi lex eſt vtilis & adiutrix volenti facere bonum, ergo ipſa eſt quid bonum. Notandum autem, quòd, vt patet pec habita, licet velimus ſecundum velle naturę, non tamen poſſumus illud bonum perficere, immo adiacet ideſt circa nos iacet, & nobis eſt propinquum malum, à quo trahimur; ideo ait, Mihi volenti facere bonum; ſed ſupple non potenti: ſupple eſt vtilis, & lex parata eſt me iuuare: propter quod concluditur, legem bonam eſſe. Notandũ etiam, q̀ ſicut fures, & illi, qui inſidiantur nobis, dicuntur adiacere, ideſt iuxta nos iacere, & latenter nobis inſidiari: ſic malum iuxta nos iacet, & latẽter nobis inſidiatur; vnde Ambr. ait, & habetur in gloſa, Malũ eſt propè, inſidians rationi, & adiacet in carne, quaſi ad ianuas animæ: ideo cogit aliud facere, quàm velit homo, & lex. Deinde cum dicit.

Condelector enim legi Dei ſecundum interiorem hominem.

Adducit ſextam et vltimã rationé quòd ſit lex bona: ſumptam ex eo quod nos ſecundum interiorem hominem, & ſpiritualiter nos condelectat. Formetur autem ſic, Cuiuſcunq; condelector ſecundum interiorem hominem illud eſt bonum, ſed legi condelector ſecundum interiorem hominem, ergo eſt quid bonũ. De hac autem ratione ponit virtutem medii, dicens, Condelector enim legi dei ſecundum interiorem hominem. Notandum etiam quòd interior homo, vt in gloſa tangitur, eſt ratio vel animus, quem apoſtolus condelectari dicit his, quæ à lege traduntur: ex quo ſequitur legem eſſe bonam quæ interiorem hominem condelectat. Deinde cum dicit.

Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantẽ me in lege peccati, quæ eſt in membris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Ieſum chriſtum dominum noſtrũ. Igitur ego ipſe mente ſeruio legi Dei: carne autem legi peccati.

Quia mentionem fecerat de homine carnali, per quem datur intelligi lex membrorum vel lex carnis: & etiam quia mentionem fecerat de homine interiori, per quem datur intelligi lex rationis vel lex mentis: oſtendit quomodo hæ duæ leges ſe ad inuicem habeant. Circa quod duo facit: quia primo oſtendit quòd lex membrorum repugnat legi mentis, & quòd captiuat nos in legem peccati: ſecundo oſtendit, quòd per gratiam chriſti poſſumus ab huiuſmodi captiuitate liberari: tertio epilogat circa determinata. Secũda

A ibi, Infelix ego homo.) Tertia ibi, Igitur ego ipſe.) Continuetur ſic. Ego ſecũdum interiorem hominem, ideſt ſecundum legem mentis, condelector legi dei: ſed video in membris meis aliam legem repugnare legi mentis meæ: & ſecundum hanc repugnantiam, video me captiuantem, vel me captiuum ducentem, vt habet alia littera, in lege peccati, quæ eſt in membris meis. Notandum autem, quòd cum lex membrorum & lex vitii, niſi adiuuemur per gratiam, ſuperet & trahat legem mentis, & velle naturæ: per hanc pugnam, quæ eſt inter legem membrorum & legem mentis, captiuamur, vt ſeruiamus legi peccati: quæ lex peccati eſt in membris nr̃is, ideſt in carne nr̃a. Notandũ etiã, quòd in membris noſtris eſt lex peccati, vt gloſa dicit, quia in oculo eſt fomes peccati ad concupiſcendum, in manu ad operandum. Vel aliter, cum ſenſualitas vel appetitus ſit virtus organica, oportet quòd fundetur in carne: & quia ex hoc potiſſimum ſumit originẽ

B lex peccati, dicitur huiuſmodi lex eſſe in membris noſtris, quia eſt in carne noſtra. Notandum etiam, quòd iſte fomes peccati, per quem repugnatur menti, dicitur lex, vt vult Aug. in de verbis apoſtoli, & habetur in gloſa: quia omne, quod ad iuſtitiam pertinet, lex dici poteſt. Cùm ergo in ſtatu innocentiæ mens hominis noluiſſet ſubeſſe ſuperiori vt Deo, iuxta legem ſancitum eſt vt vires inferiores & ſenſualitas repugnẽt ſuo ſuperiori vt menti; & quia ſic iuſtè ſancitum eſt, iſtud quod repugnat legi mentis, lex dici poteſt. Vnde vocata eſt lex membrorum, cui legi conſentiendo, & ſecundum quam operando, & conſuetudinem operandi habendo, captiuamur à lege peccati, quæ eſt in membris, ideſt in carne: quia dominatur in nobis huiuſmodi lex, quę tanto periculoſior nobiſcum certat, quanto vicinior nobis eſt, & quanto familiarior: quia nulla peior peſtis, quàm familiaris inimicus. Adagium.

C Deinde cum dicit. Infelix ego.) Oſtendit quòd ab hac captiuitate & ab hoc dominio poteſt per gratiã liberari. Continuetur ergo ſic, Ego ſic captiuus ducor, ſic lex carnis mihi dominatur; infelix ego homo, ſupple, ſum. Et quia ſum infelix, quis me liberabit à corpore mortis huius; ideſt de dominio carnis, in qua eſt mors. Gratia autem dei me poteſt liberare, per Ieſum chriſtum dominum noſtrum, per quem remiſſionem peccatorum accepimus. Non ergo lex Moſayca, non vires proprię, nos liberant ab hoc dominio; ſed gratia dei per Ieſum chriſtum. Notãdum autem, quòd cum non noſtris meritis, ſed per dei gratiam, & per dei miſericordiam, chriſtus incarnatus ſit, per quem redimimur à peccato, ideo dictum eſt, quòd gratia dei per Ieſum chriſtum à lege peccati vel à peccati dominio liberamur. Notandũ autẽ, quòd, vt in gloſa tangitur, apoſtolus in verbis ſupraſcriptis innuit quadruplicem legem: videlicet legẽ membrorũ, legem mentis, legem Moſaycã, & legem fidei vel gratiæ. Lex ergo

D membrorum repugnat legi mentis, & captiuos nos ducit in lege peccati, à qua captiuitate non poteſt nos liberare lex Moſayca, ſed lex gratiæ.

Vltimo cũ dicit Igitur ego ipſe.) Epilogat circa determinata. Cõtinuetur ergo ſic, Dictũ eſt, q̀ ſecũdũ interiorẽ hominẽ cõdelector legi dei: ſed ſecundũ legẽ mẽbrorũ .i. ſecundũ carnem captiuor in lege peccati, quia hęc lex carnis me captiuat, & facit me ſeruire peccato: igitur quia ſic eſt, ego ipſe mente ſeruio legi dei, carne autem ſeruio legi peccati: mente namq; conſentio & approbo, carne autem concupiſco, & peccato ſeruio, vt gloſa tangit.

Dubitaret forte aliquis, Vtrum lex mentis ſemper approbet legem dei; & Vtrum homo ſecundũ legem mentis velit bona. Et videtur quòd non. Nam lex mentis videtur lex naturalis, vel videtur cognitio nobis naturaliter inſerta: ſed ſecundum cognitionem nobis nãliter inſitam, non omnia peccata cognoſcimus; nam

per legem

per legem ſcriptam eſt cognitio peccati, vt dicebatur ſuperius. Si ergo lex ſcripta facit nos cognoſcere peccatum, & faciebat nos vitare mala: lex mentis vel lex rationis nō videbatur ad hoc eſſe ſufficiens. Præterea aliqui colunt Idola, & credūt ex hoc ſecūdū mētē ſuā ſe obſequiū præſtare deo: ergo non ſemper legi Dei concordat lex mentis. Præterea nunquam eſt conſummatū peccatum per ſolam ſuggeſtionem ſenſualitatis: imo oportet quod ratio inferior delectetur, ratio ſuperior conſentiat: quare ſi contingit ipſam cōſentire rebus illecebris, non ſemper lex mentis eſt bona, nec ſemper ſecundum legem mentis approbamus diuinā legem. In contrarium eſt Apoſtolus. Dicendum quod ſicut in ſpeculabilibus quædā ſe habent vt principia, quędam ſe habent vt cōcluſiones; ſic in intellectu practico & in operabilibus, eſt dare quaſdam vniuerſales & maximas, quæ ſe habent vt principia: ex quibus regulamur in agendis, ſicut per principia ſpeculabilia regulamur in ſpeculandis. Et ſicut principia ſpeculabilia ſunt quaſi locus ianuæ in domo, quē nullus ignorat, vt vult Commentator ſupra principium ſecundi Metaph. & ſicut ſtatim huiuſmodi principia ſpeculabilia, vt de quolibet affirmatio vel negatio eſt vera, & quòd omne totum eſt maius ſua parte, & cetera talia ita ſe offerunt intellectui vt quilibet eis aſſentiat, & quilibet (dum tamen intelligat quid dicitur per nomen) ea probat audita: ſic & in agibilibus ſunt quędam principia vniuerſalia, vt quòd deus eſt honorandus, quod non eſt furandum, quòd nemini eſt iniuriandum, & quòd tibi non vis aliis ne feceris, & alia huiuſmodi, circa quæ non cadit error. Et quia huiuſmodi principia vniuerſalia in operabilibus, dicuntur leges & regulę agendorum, cum non alia præcipiat nęc lex mentis & lex dei, benèdictum eſt quod ait Apoſtolus quòd Secundum legem mentis conſentit legi dei, quoniam bona eſt. Eſt tamen diligenter conſiderandum vt facilius ſoluantur obiecta quæ facta ſunt, & quæ fieri poſſunt, quòd licet lex mentis quantum eſt de ſe ſemper approbet diuinam legem quoniam bona eſt, & licet ratio quantum eſt de ſe ſemper deprecetur ad optima: per accidens tamen contingit aliquando mentem diſcrepare à lege dei, & cōtingit rōne aliqñ aliter fiendū eſſe, qđ lex ipſa pręcipiat: qđ per accidens triplici de cauſa conſurgit, primo propter peccatū obtenebrans: ſecundo propter contingentem diſcurſum: & tertio propter inclinantem concupiſcentiam. Primum ſic patet: nam licet (teſte Propheta) ſuper nos, ideſt in ſuperiori parte animę noſtræ, ſit ſignatum & impreſſum quoddam lumen, in quo lumine cętera talia nota eſſe debent: tamen illud lumen, vt alias tetigimus, aliquomodo eſt obſcuratū & obtenebratum propter peccatum; erat enim huiuſmodi lumen clarius in ſtatu innocentiæ, quàm ſit in ſtatu naturæ lapſę: quia ſicut in aqua obſcurata & obtenebrata eſt impedimentum, ne clare appareant facies intuentium in ea; & ſicut in ſpeculo obſcurato, non ſic relucent quæ ipſi ſpeculo ſunt obiecta: ſic in ipſo lumine rationis, vel in ipſo lumine intellectus agētis, nobis diuinitus impreſſo, per peccatum obſcurato, non ita relucent regulæ agendorum. Et per hoc patet ſolutio ad obiectum primum: nam per legem eſt cognitio peccati, non quod nullum peccatum eſſet cognitum ante legem, ſed quia lex multa peccata nos docuit: quæ propter lumen rationis obtenebratum, ignota erant. Ad ſecundum autem dicitur ꝙ errant per accidens; quod ſic declaratur: nā contingit nos ſyllogizare, diſcurrere, & arguere in agendis, ſicut in ſpeculandis: nam ſicut in ſpeculandis argumus, omne totum eſt maius ſua parte, hoc eſt totum, ergo eſt maius; ſic in agendis arguimus, Deus eſt colendus, hic eſt deus, ergo eſt colendus. Cum ergo in huiuſmodi diſcurſu, & ſyllogizatione A contingat accipere ſub: in accipiendo ſub; per accidens poteſt error contingere. Primam ergo propoſitionē, quæ continet vim legis, videlicet quod deus eſt colendus, eandem accipiunt fideles & infideles, quare lex mentis concordat legi dei. Sed in accipiendo errant infideles, & non fideles; dicet enim infidelis, Deus eſt colendus, Idolum eſt deus, ergo Idolū eſt colendum. Lex ergo mentis concordat legi dei; ſed per accidens propter contingentem errorem in accipiendo ſub, poteſt hęc ab illa diſcordare. Ad tertiū autem dicitur ꝙ per accidens ſic contingit: nam optimos viros peruertit concupiſcentia, vt dicitur. 3. Polit. ratio ergo dictat vnum, ſed propter peruerſam concupiſcentiam peruertitur & trahitur ad aliud. Lex ergo mentis concordat legi dei, ſed per accidens propter annexam cōcupiſcentiam trahitur vt conſentiat his quę legi contrariantur.

Vlterius forte dubitaret aliquis de eo quod in B littera dicitur, Velle mihi adiacet, perficere autem bonū non inuenio. Quęritur ergo, quare poſſumus per rationem & per legem mentis bonum velle, per quam non poſſumus bonum perficere ſine gratia. Dicendū, quòd debemus imaginari quòd ſanitas animæ plus ſuperat opera noſtra, quàm ſanitas corporis ſuperet potationem & flobotomias, vel alia per quæ habet induci. Sed ſi quęreretur, vtrum homo vellet potationem, patet quòd vult, & nō vult: vult quidē prout eſt inductiua ſanitatis; non vult autem prout eſt coniuncta amaritudini, per quam amaritudinem multi dimittunt potionem, & eam non ſuſcipiunt; talibus ergo velle potionem adiacet, ſed quod eam ſuſcipiāt, non inueniunt. Sic & opera bona ſunt volita, & non volita: ſunt volita in ſe; non ſunt volita quidem ratione grauedinis, quam habent annexam: in vniuerſali ergo vt conſiderantur in ſe ſine particularibus C conditionibus, ſine grauedine, & ſine aliis, quibus ſunt annexa, ſunt volita; in particulari vero prout coniunguntur his conditionibus aggrauantibus, non ſunt volita. Et quia actiones ſunt particularium, & quia particularia magis ſunt non volita quàm volita, & potior eſt in talibus ſenſualitas, quæ inducit nos ad mala particulariter, quàm ſit mens, oſtendendo nobis vniuerſaliter quid eſt malum: niſi ergo iuuemur per gratiam vt ſuperemus has difficultates & has particulares conditiones aggrauantes, non poſſumus omnia pręcepta implere, nec omnia peccata vitare; & ſi faciamus aliquid, quod ſit de genere bonorum, non erit meritorium, nec erit deo gratum. Velle ergo ſecundū mentē adiacet, ideſt iuxta nos iacet, quia impotens eſt, & non poteſt in opus ſurgere niſi refręnetur concupiſcentia, quæ nos particulariter trahit: nā vniuerſale iudicium impotens eſt ad operandum, niſi applicetur ad D particulare opus: & quia per concupiſcentiam applicamur ad particularia, vt dictum eſt, in hac parte potentior eſt concupiſcentia quàm ſit ratio, niſi per gratiā ſit adiuta.

Vlterius forte dubitaret aliquis de quo homine loquatur apoſtolus, & cuius hominis perſonam induat, cū ait. Nō enim quod volo bonū hoc ago, ſed quod odio malum illud facio. Et cum ſubdit, Iam non ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum. Et cū vlterius ait, Velle adiacet mihi, perficere autem bonū non inuenio. Et illud quod infra annectitur, Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meę, & captiuantem me, vel, vt alia littera habet, captiuum me ducentem in legem peccati. Omnia hęc dicuntur ne in perſona hominis iuſti, vel peccatoris? & dicit ne ea Apoſtolus, vt induit perſonam viri iuſti vel hominis peccatoris? Dicendum, Magiſtrum in gloſa circa hoc magnā difficultatem facere, exponentem totam hāc litteram dupliciter: primū de homine peccatore, & poſtea de iuſto. Sed non oportet litteram

reiterare, ſed ſufficiat oſtendere quomodo intelligi valeat de vtroq; : quo viſo, facile erit litteram ad vtrunq; exponendi modum applicare. Propter quod ſciendum, quod, quantum ad præſens ſpectat, in homine quatuor eſſe poſſunt, quorum duo ſe tenent ex parte rationis, & duo ex parte ſenſualitatis. Ex parte rationis ſe tenet ipſum rationis iudicium, & ipſum opus ſecundum huiuſmodi iudicium perpetratum. Ex parte ſenſualitatis ſe tenent ipſi concupiſcibiles impetus, vel ipſi concupiſcibiles motus, & ipſæ operationes ſecundum huiuſmodi impetus, & ſecundum huiuſmodi motus factæ. In recto ergo iudicio rationis conueniunt vel conuenire poſſunt boni & mali, quia quantuncunq; peruerſi, & quantuncunq; mali remurmurant in quod male agunt & in quo recte iudicant. Rurſus in habendo impetus & motus concupiſcibiles, conueniunt tam boni quàm mali, quia quantuncunq; iuſti, niſi haberent hoc ex ſpeciali priuilegio, ſicut habuit beata Virgo, habent aliquos motus, B & aliquos impetus cõcupiſcibiles: differunt tñ boni à malis, quia boni agunt ſecundum rectum iudicium rationis, mali autem operantur ſecundum motum & impetus concupiſcibiles. Boni ergo habent duo ſecũdum rationem, & vnum ſecundum ſenſualitatem: habent enim rectum iudicium rationis, & opera ſequentia iudicium illud: ex parte vero ſenſualitatis habent impetus & motus, ſed non habent opera, quia non cõſentiunt motibus ſenſualibus, ſed iudicio rationis. Mali vero econuerſo habent duo ſecundum ſenſualitatem, & vnum ſecundum iudicium rationis: nam ſecundum ſenſualitatem non ſolum habent impetus qui poſſunt dici primi motus, ſed etiam habẽt opera ſecundum illos motus: ex parte vero rationis licet poſſint habere rectum iudicium ſpeculatiuũ, habent tamen opera diſcordantia à iudicio illo. Secundum hoc ergo poſſumus exponere omnia verba apoſtoli: C nam cum dicit Ego carnalis ſum venundatus peccato) ſi intelligatur de homine peccatore, ille eſt carnalis & peccato venundatus, quia habet malos impetus, & operatur, et conſentit ſecundum malos impetus illos. Si intelligatur de homine iuſto, ille eſt carnalis, & venundatus peccato, non q; conſentiat malis motibus, ſed quia habet impetus ſenſualitatis, quos impetus contingit nobis habere propter peccatum primi parentis. Quod vero ſubdit, Nõ enim quod volo bonum hoc ago, ſed quod odi malum illud facio), ſi intelligatur de homine peccatore, cum peccator poſſit habere rectum iudicium rationis, erit ſenſus, nõ enim ago bonum quod volo ſecundum rectum iudicium rationis, & ſecundum legem mentis, ſed ago malum quod repugnat tali legi. Si vero intelligatur de homine iuſto, tunc oportet extendere nomen actionis, & nomen operis, vt quòd ipſi impetus dicantur quidã actus, & quædam actiones: D nam cum omnis motus ſit quidam actus, ipſi primi motus, & ipſi impetus, quidã actus, & quædam actiones dici poſſunt. Secundum hoc ergo erit ſenſus, ego quãtuncunq; iuſtus, ago, ideſt habeo quoſdam actus, & quoſdam impetus, quos nolo ſecundum legem mentis, & ſecũdum rationis iudiciũ, immo odio eos. Quod vero vlterius ait, Iam non ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum), plana eſt expoſitio, nam tam bonus quàm malus, non operatur ſecundum rectum iudicium rationis, ſed ſecundum fomitem peccati: differenter tamen operatur malum iuſtus, & iniuſtus; quia iuſtus dicitur hoc operari ſolum quantum ad impetus, non quantum ad conſenſum, in quo eſt veniale peccatum, non mortale; immo ſi bene refrænentur huiuſmodi impetus, plus eſt ibi de merito, quàm de demerito: iniuſtus verò operatur malum quantum ad impetus, & quantum ad cõſenſum. Quod verò ſubditur, Velle mihi adiacet, perficere autem bonum non inuenio) ſi intelligatur hoc de iuſto, referemus hoc ad ipſos impetus, & ipſos motus primos, quos iuſtus vellet omnes odire, & nullos tales vellet habere: ſed hoc non poteſt perficere, poteſt tamen quælibet talem motum vitare ſingulariter, ſed non poteſt omnes vitare vniuerſaliter. Si vero intelligatur hoc de homine iniuſto, referetur tam ad impetus, quàm ad conſenſum, & dicemus, quòd velle rationis, & velle naturæ adiacet ideſt iuxta ipſum iacet, vt non poſſit ſurgere, & vt ſit impotens vt bonum perficiat, immo trahitur à fomite vitii, vt habeat malos impetus, & vt illis conſentiat; nam malus homo non adiutus per gratiam, non ſolum non poteſt vitare omnia peccata venialia, immo non poteſt vitare omnia mortalia. Quod vero vlterius additur, Video aliã legẽ in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati) plana eſt expoſitio: nam cum tam malus impetus, quàm malus cõſenſus repugnat legi mentis, ſi intelligatur de homine iuſto, erit ſenſus quod in membris videt legem quandam ideſt fomitẽ peccati, à quo oriuntur impetus repugnantes legi mentis, ſecundum quos impetus, captiuatur in lege peccati: quia quædam captiuitas, & quædam miſeria eſt, quòd non poſſumus hos impetus vitare, quos propter originalẽ iuſtitiam vitauiſſemus in ſtatu innocentiæ. Si vero intelligatur de homine iuſto, tunc etiam planum eſt quod dicitur: nam ille nõ ſolum habet malos impetus, ſed etiam ille conſentit, per quem conſenſum captiuatur in lege peccati, & facit contra legem mentis.

LECTIO. XXIIII.

Nihil ergo nunc damnationis eſt his qui ſunt in chriſto Ieſu, qui non ſecundũ carnem ambulant. CAP. VIII.

Poſtquàm apoſtolus induxit Romanos, tam Iudæos, quam Gentiles, quòd deberent ad inuicem pacẽ habere, & in pace habita permanere, quia erant à peccato liberati, & quia erant à lege moſaica abſoluti. In parte iſta oſtendit hoc idem ex eo quod ſub lege chriſti ideſt ſub lege amoris, & gratiæ collocati ſunt. Poſſet autem ex toto tali capitulo vna talis formari ratio, Quicunq; non ambulant ſecundum carnem, & ſunt ſub lege ſpiritus, & ſub lege amoris, & gratiæ collocati, debent adinuicem pacẽ habere; vos eſtis huiuſmodi, ergo &c. Nihil enim eſt tam effectiuum pacis, & concordiæ, ſicut lex ſpiritus, & lex amoris: nõ ergo poterat apoſtolus melius ſedare Romanorum litigia, & melius eos inducere ad pacem, & concordantiam, quã oſtẽdere eos collocatos ſub lege amoris & ſpũs. Propter qđ ſciẽdũ q; aliud eſt ſub aliqua lege eſſe, & aliud ſub ea debere eſſe, & aliud ſub ea perpetualiter eſſe debere: nam aliqui ſunt ſub aliqua lege, ſub qua non deberent eſſe, vt illi qui carnaliter viuunt, et ſunt ſub lege carnis: aliqui vero poſſent eẽ ſub aliqua lege, ſub qua deberent eſſe, ſed nõ ꝑpetualiter eſſe, vt populus Iudaicus qui erat ſub lege moſaica, & debebat ſub ea lege eſſe, ſed non debebat perpetualiter ſub ea eſſe, quia per legem chriſti liberandi erant ab ea lege. Sed lex chriſti excedit omnes huiuſmodi leges: nam ſub lege chriſti ſumus, & ſub huiuſmodi lege debemus eſſe, & ſub ea debemus perpetualiter eſſe. Ideo tria facit: nam primo oſtendit nos ſub lege ſpiritus, & ſub lege chriſti eſſe: ſecũdo declarat quod ſub tali debemus eſſe lege: tertio manifeſtat, quod ſub tali lege debemus inſeparabiliter & perpetualiter eſſe. Secũda ibi Ergo fratres ſpiritui debitores ſumus) Tertia ibi Quis ergo ſeparabit nos à charitate chriſti.

Ad euidentiam primæ partis ſciendum, quòd non plene poteſt ſciri qualiter ſub lege ſpiritus, & ſub lege chriſti

chriſti ſimus, niſi ſciuerimus qualis ſit lex ſpiritus, & qualis ſit lex chriſti. Rurſus qui bene diffinit, cõtraria conſignificat, vt dicitur 6. Topicorum: nam vnum cõtrariorum facit ad cognitionem alterius. ergo ſi volumus ſcire, qualis ſit lex chriſti, non eſt inutile ſcire qualiter nos debemus habere ad legem carnis quæ contrariatur legi chriſti. tria ergo facit, nam primo oſtendit qualis ſit lex chriſti: ſecundo declarat qualiter debemus nos habere ad legem carnis, quæ contrariatur legi chriſti: tertio ait nos non eſſe ſub lege carnis, ſed ſub lege ſpiritus ſiue ſub lege xp̄i Secũda ibi. Quę enĩ ſecundum carnem) Tertia ibi, Vos autem in carne nõ eſtis). Rurſus ſciendum eſt quatuor eſſe leges: eſt enim lex carnis vel lex peccati, quæ nos maculat: et eſt lex naturę vel lex mentis, quam licet bonus velit, tamen niſi iuuetur per gratiam, non habet ꝙ bonũ perficiat: & eſt lex moſaica, quæ licet malum vetet & oſtendat, tamen per ſe non iuſtificat: & eſt lex chriſti vel lex ſpiritus, quę legem moſaicam adimplet, & nos iuſtificat. Hęc autem chriſti lex ſic comparatur ad tres præcedentes: quia lex chriſti ſiue lex ſpiritus legem mentis ſanat, vt nil damnationis habeat: à lege peccati liberat: legem moſaicam adimplet: & nos iuſtificat. In declarando ergo qualis ſit lex chriſti, in qua collocati ſumus, tria facit: Quia primo oſtendit quod hmôi legem mentis ſanat, vt nihil damnationis habeat: ſecundo declarat, quod à lege peccati liberat: tertiò narrat ꝙ legem moſaicã adimplet, & nos iuſtificat. Secunda ibi, Lex enim ſpiritus) Tertia, ibi, Nam quòd impoſſe). In prima parte intẽdit talem rationem, Quęcunq; lex nihil damnationis habet, illa lex legem mẽtis gubernat, et ſanat: ſed qui ſunt in chriſto Ieſu, & non ambulant ſecundum carnem, nihil damnationis habent, ergo lex chriſti mentẽ gubernat, & ſanat. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur autem ſic littera. Bene dico ꝙ mente ſeruio legi dei, & quod lex diuina mentem ſanat, & gubernat: & quia ſic eſt, nihil ergo nunc damnationis eſt his qui ſunt in chriſto Ieſu, qui non ſecundum carnem ambulant. Poteſt autem aliter continuari hęc littera, & forte melius ſic: bene dico ꝙ lex mẽtis, niſi iuuetur ꝑ gratiã eſt infirma, quia lex membrorũ repugnat legis mẽtis, per quã repugnãtiam infirmatur & captiuatur lex mẽtis, à qua infirmitate, & captiuitate, ne ꝑ ea damnemur, poſſumus liberari per gratiam dei, & per dñm noſtrum: & quia ſic eſt, Nihil ergo damnationis eſt his qui ſunt in chriſto Ieſu, ideſt qui ſunt in lege chriſti Ieſu, qui non ſecundum carnem ambulant, ideſt qui legi carni non obediunt. Tunc ergo ſupplenda eſt ratio, quòd quia lex chriſti nihil damnationis habet, ideo legem mentis gubernat, & ſanat. Notandum ergo quòd ſine lege chriſti & ſine gratia homo infelix efficitur, & videt quòd in ſeipſo lex carnis repugnat legi mentis, ex qua repugnantia trahitur ad legem vitii, vt damnabiliter peccet; & quia gratia, & lex chriſti ab hoc nos liberat, benè dictum eſt, ꝙ nihil damnationis eſt his qui ſunt in chriſto Ieſu, & quòd lex chriſti ab hac damnatione mentem noſtram, & legem mentis, nos eripiẽdo, adiuuat, & cõfortat. Deinde cũ dicit.

Lex enim ſpiritus vitæ in chriſto Ieſu, liberauit me à lege peccati, & mortis.

Oſtendit quòd lex chriſti non ſolum mentem vel legem mentis adiuuat & confortat, ſed etiam à lege peccati & mortis nos liberat. Formetur autem ſic ratio, Lex vitæ à lege peccati & mortis nos liberat, ſed lex chriſti eſt lex vitæ, ergo etc. De hac autem ratione ponit virtutem medii, dicens, lex eſt ſpiritus vitæ, in chriſto Ieſu, ideſt lex quæ eſt in chriſto Ieſu, eſt lex ſpiritus, & lex vitæ: & quia ſic eſt, hmôi lex liberauit me à lege peccati, & mortis, ideſt liberauit me à conſenſu, & operatione peccati, quæ eſt cauſa mortis. Notan-

A dum autem quòd non liberatur quis à frigore, niſi per calorem, & non liberatur à morte, niſi per vitam: eo ergo ipſo ꝙ lex quæ eſt in chriſto Ieſu, eſt lex ſpiritus et lex vitæ, per hmôi legẽ liberamur à lege peccati, & mortis. Notandum etiam ꝙ hic per legem peccati et mortis Magiſter intelligit tam ipſum peccatũ, quàm legem moſaicam, quæ erat occaſionaliter cã peccati, & mortis, dicens, quòd ab vtroq;, videlicet tam à peccato, quàm à lege moſaica liberamur per legem chriſti; tamen competentius eſt vt dicamus quòd lex chriſti, quia nihil damnationis habet, legem mentis iuuat & confortat: quia verò hmôi lex, eſt lex ſpiritus, & lex vitæ, ideo à lege peccati, & mortis nos liberat. Rurſus quia lex illa, vt patebit, adimplet legem Moſaicam, & facit quod impoſſe erat illi legi, ideo nos iuſtificat. Deinde cum dicit.

Nam quod impoſſe erat legi, in qua in-
B firmabatur per carnem, deus filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, vt iuſtificatio legis impleretur in nobis, qui non ſecundum carnem ambulamus, ſed ſecundum ſpiritum.

Comparat legem chriſti ad legem Moſaicam, oſtendens quòd lex chriſti facit quod ipoſſibile erat illi legi, & adimplet illam legem, & ideo nos iuſtificat. Formetur autem ſic ratio, Quæcunq; lex facit quod impoſſibile erat legi Moſaicę, & adimplet illam legem, illa lex nos iuſtificat: lex chriſti eſt hmôi, ergo &c. De hac autem ratione ponit virtutem medii, dicens. Nam (ſupple) lex chriſti nos iuſtificauit, quòd impoſſibile erat legi Moſaicę, ideſt in qua iuſtificatione lex
C Moſaica infirmabatur, ideſt impotens reddebatur, quia lex illa nos iuſtificare non poterat: & quia lex illa nos non iuſtificabat, deus pater, perſonaliter filium ſuum mittens, ideſt viſibile faciens, in ſimilitudinem carnis peccati miſit eum: & in carne chriſti, ideſt per carnem chriſti, de peccato damnauit peccatum vt iuſtificatio legis, ideſt vt iuſtitia, quam lex moſaica promittebat, & perficere non valebat, impleretur, ideſt conſumaretur in nobis; qui habemus legem chriſti per quam eam habendo & obſeruando non ſecundum carnem ambulamus: quia non facimus opera carnis, ſed ambulamus ſecundum ſpiritum: quia ſpiritualiter adiuti, non poſt concupiſcentias imus. Notandum autem quòd lex moſaica iuſtitiam pręcipiebat, ſed cum gratiã non conferret, per illam legem, iuſticiam illam obſeruare minime poteramus: lex ergo chriſti legem Moſaicam adimplet, quia facit nos obſeruare, & facit nos habere illam iuſtitiam, quę
D præcipiebatur in lege, & per legem obſeruari, & haberi non poterat. Notandum etiam ꝙ chriſtus miſſus eſt in ſimilitudinem carnis peccati, quia non aſſumpſit carnem peccatricẽ, ſed aſſumpſit carnem paſſibilem, & mortalem, ſimilem carni noſtræ, quę poteſt dici caro peccati, ideſt caro maculata, in qua eſt fomes peccati. Notandum etiam ꝙ hoc quod dicitur (de peccato damnauit peccatum) exponitur tripliciter: primo de Diabolo: ſecundo de fomite peccati: tertio de culpa, ſiue de actu peccãdi. Chriſtus ergo miſſus in ſimilitudinem carnis peccati, damnauit peccatum, ideſt deſtruxit Diabolum, de peccato in carne, ideſt pro peccato facto in carne chriſti; propter peccatum enim quod commiſit Diabolus in carne chriſti, quia procurauit mortem eius, iuſtè fuit diabolus ex hoc damnatus, ideſt ſententiatus, vt perderet quos tenebat: vt quia mortem chriſti innocentis procurabat, in quo de iure poteſtatem non habebat, iuſte perdidit homines quos tenebat, in quibus ſuam potentiam exercebat. Ergo chriſtus damnauit peccatum, ideſt de pecca-

to facto in carne eius, ideſt pro peccato; quod commiſit diabolus in corpus eius. Secundo modo exponitur de fomite peccati: vt dicatur, ꝙ chriſtus damnauit peccatum de peccato, ideſt debilitauit fomitẽ peccati procedentẽ de peccato Adę: damnauit dico in carne chriſti, cum qua vetus homo noſter, ideſt fomes peccati noſtri crucifixus eſt. i. debilitatus eſt, vt ſupra oſtendebatur. Tertio modo exponebatur de ipſo opere peccati, ideſt de ipſa culpa, vt dicatur quòd chriſtus in carne de peccato, ideſt factus hoſtia pro peccato, damnauit peccatum, ideſt deleuit omnem culpam, & omne delictum. Deinde cum dicit.

Qui enim ſecundum carnem ſunt, quæ carnis ſunt ſapiunt: qui vero ſecundum ſpiritum ſunt, quę ſunt ſpiritus ſentiunt.

Oſtenſo qualis ſit lex chriſti, oſtendit qualiter nos debemus habere ad legem carnis, quæ contrariatur legi chriſti: nam primo nõ debemus carnales eſſe: ſecũdo non debemus carnaliter ſapere: tertio non debemus carnaliter agere. Habent enim ſe iſta tria per ordinem: nam primo homo ex ipſa natiuitate, quia naſcitur natura filius iræ, dicitur carnalis eſſe: ſecundo ex eo quòd carnalis eſt, incipit carnaliter ſapere, ideſt circa carnalia eſſe attentus: & tertio ex eo quod carnalia meditatur, prorumpit in carnalia opera, & incipit carnaliter agere. Gratia autem chriſti ab omnibus his carnalibus nos purgat: purgat enĩ nos ne carnaliter ſentiamus, quia fomitem peccati debilitat: purgat nos, ne actualiter agamus, quia ab actuali culpa nos mũdat, & ne in actu peccati procedamus, nos pſeruat. Tria ergo facit ſcdm ꝙ tria hæc manifeſtat & probat. Nã primo probat ꝙ no debemus carnales eſſe: ſecũdo ꝙ non debemus carnaliter ſapere: tertio ꝙ non debemus carnaliter agere. Secunda ibi. Nam prudentia carnis.) Tertia ibi. Qui enim in carne.) In prima parte intendit talem rationem, Quicunq; nolunt ſapere, ideſt nolunt eſſe attenti & intenti circa ea quæ ſunt carnis, ſed circa ea quæ ſunt ſpiritus, non debent eſſe ſecundum carnem, ſed ſecũdum ſpiritum: ſed vos Romani, vel vos quicunq; credentes, non debetis ſapere, ideſt non debetis eſſe intenti circa ea quæ ſunt carnis, ſed circa ea quæ ſunt ſpiritus: ergo &c. De hac autem ratione ponit virtutem medii, dicens, Qui enim ſecundum carnem ſunt, ſapiunt, ideſt ſunt intenti, & attenti, & curioſi, quãtũ ad ea quæ ſunt carnis: q vero ſcdm ſpiritũ, ſentiũt. i. ſunt ſolliciti circa ea quæ ſunt ſpũs. Tũc ergo ſupplẽda eſt ratio, ꝙ ne vos ſapiatis ea quæ ſunt carnis, & ne ſitis ſoliciti circa talia, non debetis carnales eſſe. Notandum autem ꝙ ſicut ſtatim, cum regeneramur per baptiſmum, ſumus ſpirituales: ita ſtatim cum generamur à noſtris parentibus, naſcimur carnales. Volẽs ergo apoſtolus nos trahere ad baptiſmi gratiam, ait, quod non debeamus carnales eſſe. Deinde cum dicit.

Nam prudentia carnis mors eſt prudentia autem ſpiritus vita & pax: quoniam ſapientia carnis inimica eſt deo, legi enim Dei non eſt ſubiecta, nec enim poteſt.

Oſtendit quòd debemus carnaliter ſapere: ſuppoſuerat enim in ratione præcedenti, quod non debeamus carnales eſſe, ne carnaliter ſapiamus; in parte iſta, qđ nõ debeamus carnaliter ſapere oſtendẽs, declarat quãta mala conſequamur, ſi carnaliter ſapiamus. Formetur autem ſic ratio, Per quancunq; prudentiã mortem incurrimus, & deo inimici ſumus, & à deo auertimur, illa prudentia eſt deſpicienda, & vitanda: ſed prudentia carnis eſt huiuſmodi, ergo &c. Hæc autem ratio continet in ſe quaſi tria media, ſecundum tria quæ facit nobis prudentia carnis. Continuetur au-

A tem ſic litera. Bene dico ꝙ non debemus carnaliter ſapere, ſed ſpiritualiter, quia prudentia carnis mors eſt, ideſt carnaliter ſapiens eſt dignus ęterna morte: ſed debemus ſpiritualiter ſapere, quia prudentia ſpiritus eſt vita, & pax, ideſt eſt vita pacifica, vel eſt vita, quia eſt cauſa vitæ: & eſt pax, quia eſt mentis tranquillitas. Ergo vna cauſa, quare non debemus carnaliter ſapere, eſt, quia huiuſmodi ſapientia mors eſt. Alia autem cauſa, quare non debemus carnaliter ſapere, eſt, quoniam ſapientia carnis inimica eſt deo. Eſt etiam tertia cauſa, quare huiuſmodi ſapientia eſt vitanda, quia legi dei talis ſapientia non eſt ſubiecta, nec poteſt eſſe ſubiecta. Notãdũ aũt ꝙ duplex eſt ſapiẽtia, practica, & ſpeculatiua: nõ prohibetur hic ſapiẽtia ſpeculatiua, ſed practica p q̃ quis carnalibus intẽdit. Vnde ſapiẽtia hic ſumpta, magis dicitur à ſapore, q̃ à ſapere: prohibemur. n. carnaliter ſapere. i. habere ſaporẽ, & delectationẽ in rebus carnalibus. Notãdũ etiam ꝙ
B in peccato tria ſunt, auerſio, cõuerſio, & reatus: homo enĩ peccans, auertit ſe à bono incõmutabili, & ex hoc nõ eſt Deo ſubiectus, cõuertit etiam ſe ad bonum oppoſitum, vt ad bonum commutabile, & ex hoc efficitur deo inimicus: incurrit inde reatum, ideſt obligationem ad pęnam, pœna autem debita peccato, eſt mors, iuxta illud ſapientiæ 6. Stipendia enim peccati mors. Sapere ergo carnaliter, ideſt habere ſaporem, & delectationem in rebus carnalibus, & ſollicitari circa talia, tria mala facit: nã huiuſmodi ſapientia eſt mors ratione reatus: eſt inimica deo ratione conuerſionis: non eſt deo ſubiecta ratione auerſionis. Notandum etiam quòd cum tria mala faciat ſapientia carnis, ex quolibet horum trium poſſet formari vna ratio, ꝙ non debemus carnaliter ſapere: tamen breuitatis cauſa ex omnibus his tribus mediis confletur vna ra-
C tio, quòd ne incuramus mortem, ne ſimus inimici deo, ne ſimus à deo auerſi, nequaquam carnaliter ſapiamus. Notandum etiam quòd ſapientia carnis non eſt ſubiecta legi dei, nec eſſe poteſt non quia ipſa caro, vt naturam nominat, poſſit ſubiici legi dei, ſed vt nominat vitium, per ſe loquendo, legi dei ſubiici non poteſt, vt Magiſter in gloſa tangit, & ſumptum eſt ab Auguſtino in de verbis apoſtoli. Deinde cum dicit.

Qui enim in carne ſunt, deo placere nõ poſſunt.

Oſtendit quòd nõ debeamus carnaliter agere. Formetur autem ſic ratio, Quicunq; volunt deo placere non debent carnaliter agere: vos debetis velle deo placere, ergo &c. De hac autem ratione ponit virtutem medii, dicens, Qui enim in carne ſunt. i. qui carnalitee agunt, vel qui poſt concupiſcentias carnis vadunt, vt
D exponit Gloſa, deo placere non poſſunt. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, ſi vos vultis deo placere, non debetis eſſe in carne, nec carnaliter agere. Deinde cum dicit.

Vos aũt in carne nõ eſtis ſed in ſpiritu.

Oſtenſo qualis ſit lex chriſti, & qualiter nos debeamus habere ad legem carnis, quæ contrariatur legi chriſti; oſtendit nos eſſe in ſpiritu, non in carne, quæ contrariatur legi chriſti. Circa quod duo facit: quia primò facit quod dictum eſt: ſecundò oſtendit, quas virtutes conſequimur ex eo quod ſumus in ſpiritu, & ex eo quod ſumus ſub lege chriſti. Secunda ibi. Si tamen ſpiritus dei). Continuetur autem ſic, Dictum eſt, quod qui ſunt in carne, deo placere non poſſunt: ſed vos Romani cum conuerſi ſitis ad fidem, iam non eſtis in carne, vt faciatis opera carnis, ſed eſtis in ſpiritu, quia circa ſpiritualia debetis eſſe intenti. Poſſet autem ex hoc talis formari ratiò, Quicunq; ſunt conuerſi ad fidem, vt tales ſunt, iam non ſunt in carne, ſed in ſpiritu: vos eſtis huiuſmodi, ergo et cetera. Deinde

cum dicit.

Si tamen ſpiritus dei habitat in vobis. Si quis autem ſpiritum chriſti non habet, hic non eſt eius.

Oſtendit quas vtilitates conſequuntur ex eo quod ſunt in ſpiritu. Circa quod tria facit: quia primo oſtendit, quod tales exiſtentes, chriſto incorporantur, & efficiuntur membra chriſti: ſecundo quòd in præſenti iuſtificabuntur & efficietur iuſti: tertio declarat quòd in futuro à mortuis ſuſcitabuntur, & efficientur immortales. Secunda ibi. Si autem chriſtus) Tertia ibi. Quod ſi ſpiritus eius.) In prima parte intendit talem rationem, Per quancunq; rem in nobis habitantem chriſto incorporamur, & efficimur membra chriſti, in illa re debemus eſſe: ſed per ſpiritum in nobis habitantem, chriſto incorporamur, & efficimur membra chriſti ergo debemus in ſpiritu eſſe. De hac ratione ponit virtutem medii. Continuetur ergo ſic litera, Benè dico quòd eſtis in ſpiritu, ſi tamen ſpiritus chriſti habitat in vobis, quo inhabitante, efficimini membra chriſti: quia ſi quis ſpiritum chriſti non babet, hic non eſt eius, ideſt non eſt membrum eius. Tunc ergo ſuppleatur ſic ratio, Non habentes in ſe ſpiritum dei, nō ſunt membra chriſti, ergo ſi habebitis chriſti ſpiritum & fueritis in ſpiritu, efficiemini membrum eius. Notandum autem quòd videtur hæc ratio arguere à poſitione cōſequentis. Nam nō valet ratio facta, videlicet, Qui non habet ſpiritum dei, non eſt membrum chriſti; ergo qui habet ſpiritum dei, eſt membrum chriſti. Sed dicendum quòd hęc eſt materia conuertibilis, & ideo poſſumus arguere tam à poſitione cōſequentis, quàm à deſtructione antecedentis. Vnde qui habet ſpiritum in ſe inhabitantem, ille eſt membrum chriſti: & è conuerſo, Qui eſt membrum chriſti (niſi ſit mēbrum putridū, vel abſciſſum) habet in ſe ſpiritum inhabitantem. Vna ergo vtilitas, quam conſequimur, ſi ſumus in ſpiritu, eſt, quia efficimur membra chriſti. Deinde cum dicit.

Si autem chriſtus in vobis eſt, corpus quidem mortuum eſt propter peccatum, ſpiritus vero viuit propter iuſtificationē.

Ponit vtilitatem ſecundam, videlicet ſi chriſtus habitat in nobis, & ſi ſumus in ſpiritu, licet oporteat nos mori corpore, tamen viuimus ſpiritu, & iuſtificamur. Ideo ait, Si autem chriſtus in vobis eſt. i. ſi vos eſtis ſub lege chriſti: & ſi ſpiritus chriſti habitat in vobis, corpus veſtrum mortuum eſt, ideſt habet neceſſitatē moriendi propter peccatum: ſed ſpiritus, ideſt anima, viuit propter iuſtificationem. Poſſet autem ex hoc talis formari ratio, Per quemcunq; viuimus ſecundum animam et iuſtificamur, illum debemus habere in nobis, & in illo permanere: ſed licet moriamur corpore, per chriſtum tamen ſecundum animam viuimus, & iuſtificamur: ergo chriſtum debemus habere in nobis, & in chriſto pmanere. Notandū autem ꝙ hoc quod ait, Corpus mortuum eſt propter peccatum) poteſt exponi tripliciter, vt gloſa tangit. Primo modo exponitur de corpore, quod eſt pars compoſiti, ſic, Corpus mortuū eſt pp peccatum, ideſt quamuis corpus habeat neceſſitatē moriendi propter peccatum Adę, debemus tamen conſolari, quia ſi chriſtus habitat in nobis, viuit ſpiritus, ideſt anima propter iuſtificationem. Secundo modo exponitur etiam de corpore, quod eſt pars compoſiti, non ſolū propter noſtram conſolationē, vt dicebat expoſitio prima, ſed etiam propter peccati vitationem, vt ſit ſenſus, Corpus mortuum eſt propter peccatum, ideſt habet neceſſitatem moriendi: et quia ſic eſt, & oportet nos mori, debemus facere quòd chriſtus habitet in nobis, & quòd viuat ſpiritus propter iuſtifica-

A tionem. Tertio modo exponitur prout corpus dicit totum coniunctum, vt ſit ſenſus, Licet corpus, ideſt homo ſit, ideſt fuerit mortuum quidem propter peccatum; ſi tamen chriſtus eſt in nobis, ſpiritus noſter, qui prius fuerat mortuus, viuit in præſenti propter iuſtificationem. Notandum etiam quod ait apoſtolus ſub conditione, (ſi tamen ſpiritus dei habitat in vobis) quia, vt dicit Auguſtinus, ideo ambiguè loquitur, quia Romani ad legem fidei nodum perfectè inducti erāt, ſed ſpes erat proficiendi. Quare vt incitet eos vt magis proficiant, ſub conditione eis loquitur, dicens, Si ſpiritus dei habitat in vobis, efficiemini membra chriſti, & ſpiritu viuetis propter iuſtificationem. Deinde cum dicit.

Quod ſi ſpiritus eius, qui ſuſcitauit Ieſum à mortuis, habitat in vobis: qui ſuſcitauit Ieſum chriſtum à mortuis, viuifica-

B bit & mortalia corpora veſtra, propter inhabitantem ſpiritum eius in vobis.

Aſſignat tertiam vtilitatem, videlicet, quod ſi erimus in ſpiritu, & ſpiritus habitauerit in nobis, non ſolum iuſtificabimur in pręſenti, ſed etiam ſuſcitabimur à mortuis in futuro. Formetur autem ſic ratio, In quibuſcunq; habitat ſpiritus dei patris, qui ſuſcitauit Ieſum chriſtum à mortuis, illi propter huiuſmodi ſpiritum inhabitantem, erunt à mortuis ſuſcitati: vos eſtis huiuſmodi, ergo &c. De hac autem ratione ponit virtutem medii, dicens, quòd ſi ſpiritus eius, ideſt dei patris, qui deus pater ſuſcitauit Ieſum chriſtum à mortuis, habitat in vobis, conſequens eſt, ꝙ deus pater qui ſuſcitauit Ieſum chriſtum à mortuis, propter ſpiritū eius inhabitantem in vobis, viuificabit. i. faciet viua, & immortalia, & impaſſibilia, mortalia corpora veſtra.

C Notandum autem ꝙ, vt habetur 1. ad Cor. 15. oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Hoc ergo modo deus pater qui ſuſcitauit Ieſum chriſtū à mortuis, per ſpiritum inhabitantem in vobis, viuificabit mortalia corpora noſtra: quia corpora noſtra, quæ de ſui natura ſunt mortalia & paſſibilia, ſic iuſtificabūtur quòd fient immortalia & impaſſibilia. Notandum autem vim rationis in hoc conſiſtere, Quia monſtrum eſſet, ſi reſurgeret caput, & non reſurgerent membra. Si ergo chriſtus caput noſtrum reſurrexit, nos, qui propter ſpiritum inhabitantem ſumus membra chriſti, propter huiuſmodi ſpiritum inhabitantem reſurgegemus in gloria, ſicut et chriſtus reſurrexit.

Dubitaret forte aliquis, de eo quod apoſtolus ait, Nihil damnationis eſt iis qui ſunt in chriſto Ieſu) quod gloſa exponens ait, quod talibus, ſi ex carne maculæ ſunt, non tamen obſunt. Sed contra aut loquitur Magiſter de peccato mortali, aut veniali: ſi de ve-

D niali, conſtat quod illud non maculat animam: ſi de mortali, conſtat quòd illud obeſt: maculare autem, & non obeſſe, videtur impoſſibile. Dicendum quod ipſi primi motus & ipſi primi impetus, qui non ſunt in poteſtate noſtra, aliquam turpitudinem habent annexam: tamen ſi illis reſiſtamus, plus meremur, q̄ demeremur, iuxta illud Iac. 1. Omne gaudium exiſtimate fratres, cum in varias tentationes incideritis. Et Beatus vir, qui ſuffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. Ipſi ergo primi motus, quos fideles non poſſunt vtiliter vitare, maculæ dici poſſunt ratione alicuius turpitudinis annexę; & dicūtur non obeſſe, quia ſi eis bene reſiſtatur, magis eſt ibi meritum, q̄ demeritum. Quod vero arguebatur quòd peccatum veniale non maculat animam. Dicendum quòd non maculat ſimpliciter: tamen aliquo modo poteſt dici macula, quia aliqualiter diſponit ad maculandum.

Vlterius forte dubitabit aliquis de eo quod apo-
ſtolus ait, quòd Miſit filium ſuum in ſimilitudinem
carnis peccati. Quod gloſa exponens, ait. Filius dei
miſſus eſt, non in carnem peccatricem, ſed in ſimilem,
propter paſſibilitatem, & mortalitatẽ. Ergo chriſtus
quantum ad paſſibilitatem & mortalitatem, fuit ſimi-
lis nobis. Sed contra: Nos paſſibilitatem & mortalita
tem de neceſſitate contrahimus, ipſe vero hæc volun-
tarie aſſumpſit: ergo &c. Dicendum quod in omnibus
conſiderandus eſt modus, & res: & aliquando eſt ſimili
tudo ſolum quantum ad rem habitam, aliquando ve-
ro quantum ad rem, & modum. Inter paſſibilitatem
& mortalitatem chriſti, & noſtram, fuit ſimilitudo quã
tum ad rem habitam, & non quantum ad modum ha-
bendi. Fuit enim caro chriſti paſſibilis & mortalis, &
noſtra eſt paſſibilis & mortalis; ſed huiuſmodi paſſibi-
litatem & mortalitatem, vt tangebatur, non ſecundũ
eundem modum habuit chriſtus, & nos habemus: quia
ipſe hoc voluntarie aſſumpſit, nos de neceſſitate con
trahimus. Igitur inter nos & alios homines ſecundũ
paſſibilitatem & mortalitatem eſt ſimilitudo quãtum
ad rem habitam, & quãtum ad modum habendi; quia
omnes ſumus paſſibiles, & mortales, & omnes has ma-
culas de neceſſitate cõtrahimus. Inter chriſtum vero,
& nos, fuit ſimilitudo, non quantum ad modum ha-
bendi, ſed quantum ad rem habitam. Dicamus ergo
quòd per vnum hominem, peccatum intrauit in mun
dum, & per peccatum mors, vt dicebatur ſupra cap.
5. Si per peccatum introducta eſt mors, omnis ergo
caro mortalis videtur eſſe et peccatrix. Chriſtus ergo
licet non aſſumpſerit carnem peccatricem, quia in-
uentus eſt inter mortuos liber: tamen eo ipſo quòd
aſſumpſit carnem mortalem, aſſumpſit carnem ſimi-
lem peccati.

Vlterius forte dubitabit aliquis; quia videtur chri-
ſtus aſſumpſiſſe non ſolum ſimilitudinem carnis pec-
cati, ſed etiam carnem peccatricem, & maculatam.
Nam quantuncunq; beata Virgo, chriſtũ nõ libidine,
ſed gratia conceperit, vt vult Auguſtinus, & habetur
in gloſa: non tamen propter hoc videtur ſufficienter
argui, carnem chriſti non fuiſſe maculatam & infectã
corruptione peccati: quia ſi tota maſſa carnis noſtrę
in Adam corrupta fuit, qualitercunq; per parentes
proximos concipiamur, ex quo concipimur de maſ-
ſa corrupta, oportet nos corruptos eſſe. Dicendum
quòd de quolibet modo habendi, poſſumus diſtingue
re dupliciter: quia quicquid habetur, vel habetur vir-
tualiter tantum, vel habetur formaliter tantum, vel
vtroq; modo: vt ſol habet calorem virtualiter tan-
tum, quia poteſt calefacere, ipſe tamen in ſe formali-
ter non eſt calidus. Si quid autem eſſet ita remiſſe ca-
lidum, quod non poſſet alia calefacere, vel ſi poſſibi-
le eſſet, quòd aliquid haberet aliquam qualitatem, ſe-
cundum quam non poſſet ſibi ſimilem generare, illud
eſſet ita formaliter tale, quod cauſaliter & virtualiter
tale dici non poſſet. Ignis vero & ea quæ habent cali-
ditatem perfectam, cum vnumquòdq; perfectum ſit,
cum poteſt ſibi ſimile generare, ſunt calida tam for-
maliter quia in ſe habent calorem, quàm etiam vir-
tualiter quia poſſunt calefacere. Secundum hoc ergo
dicamus, quòd Adam, & ab Adam procedentes, ſunt
infecti, & formaliter, & cauſaliter: formaliter quidem
quia in ſe habent infectionem, cauſaliter vero quia
alios infectos generant. Inde eſt quod ſi in eccleſia eſ-
ſent duo baptiſmi, & vnus tolleret infectionem forma
lem ꝗ purgaret hominem in ſe, alius tolleret infectio
nem cauſalem, ita vt purgaret eũ ſecundum quod eſt
cauſa filiorum ꝗ non faceret filios infectos: qui gñra-
rentur ex ſic baptizatis, non eſſent vlterius baptizan-
di. Verum quia non eſt niſi vnus baptiſmus in eccleſia
& ille purgat hominem ne ſit infectus formaliter, non
autem purgat ipſum ab infectione cauſali ne faciat ſi

A lios infectos, filii baptizatorum ſunt vlterius baptizã-
di. Sed licet non ſit niſi vnus baptiſmus in eccleſia, bea
ta tamen Virgo bis ſanctificata fuit, ſemel in vtero, &
ſemel extra vterum. Cum ergo fuit in vtero ſanctifica
ta, fuit purgata perſona, & fuit mundata ne eſſet in-
fecta formaliter: ſed in ſanctificatione extra vterum,
cum fuit ab Angelo nunciata, & concepit Dei filium,
non ſolum in ea fomes fuit ligatus, ſed etiam extin-
ctus: non ſolum fuit purgata eius perſona, ſed etiam
natura non ſolum fuit mundata ne eſſet infecta for-
maliter, ſed etiam mundata fuit ab omni infectione
cauſali. Adeo enim mundata fuit, vt quicquid ex ea
naſceretur, infectum eſſe non poſſet. Chriſtus ergo li-
cet non caruerit omni paſſibilitate, tamen quia natus
fuit ex virgine ſic ſanctificata, caruit omni infectione
peccati, vt nec originale, nec actuale peccatum habe-
ret. Quantuncunq; ergo Adam fuerit infectus, & qui
naſcuntur ex eo infecti ſint, chriſtus propter ſuperue
nientem ſpiritum ſanctum, virginem mundantem, &
B ſanctificantem, nullam infectionem peccati ſuſcepit.

LECTIO. XXV.

ERgo fratres ſpi-
ritui debitores ſu
mus non carni,
vt ſcd̃m carnẽ vi
uamus, ſi enim ſe
cundum carnem
vixeritis, morie-
mini. ſi autẽ ſpi-
ritu facta carnis
C mortificaueritis, viuetis.

Poſtquàm Apoſtolus oſtendit quòd ſub lege
chriſti, & ſub lege ſpiritus ſumus, quia non ſu-
mus in carne, ſed in ſpiritu. In parte iſta declarat ꝙ
ſpiritui debitores ſumus, & ꝙ ſub lege ſpiritus eſſe de-
bemus, ſumus enim debitores ſpiritui, non carni. Cir-
ca quod duo facit: quia primo facit quod dictum eſt:
ſecundo quia mentionem fecerat de expectatione bea
titudinis, oſtendit & declarat, quòd beatitudinem ęter
nam firmiter expectare debemus. Secunda pars inci-
pit ibi, vbi præſens lectio terminabitur (Vanitati enĩ
creatura ſubiecta eſt.) Circa primum ſeptem facit ſe-
cundum quod ſeptem rationes adducit ad oſtenden-
dum quod ſumus debitores ſpiritui et quòd ſub lege
ſpiritus eſſe debemus. Nam primo probat hoc ex ſpi-
rituali viuificatione: ſecundo ex diuini ſpiritus agita-
tione: tertio ex ſpiritus ſancti datione: quarto ex ſpiri
D tus ſancti teſtificatione: quinto ex hęreditatis æternæ
adeptione: ſexto ex ineſtimabili glorificatione; ſepti-
mo & vltimo, probat hoc idem ex ęternæ beatitudi-
nis expectatione. Secunda rõ incipit ibi, Quicunq;
enim) Tertia ibi, Non enim accepiſtis.) Quarta ibi,
Ipſe enim ſpiritus) Quinta ibi, Si autem filii.) Sexta
ibi, Exiſtimo enim.) Septima ibi, Nam expectatio crea
turæ.) Prima ergo ratio ſumitur ex ſpirituali viuifi
catione, formetur ſic. Quicunq; ſecundum carnem vi-
uentes moriuntur, ſecundum autem ſpiritum, fa
cta carnis mortificatione, viuunt, illi ſunt debito-
res ſpiritui, & non carni, & debent eſſe ſub lege
ſpiritus, & non ſub lege carnis, vt ſecundum car-
nem viuant: nos ſumus huiuſmodi: ergo nos debi
tores ſumus ſpiritui, & non carni, vt ſecundum carnẽ
viuamus. Hoc eſt ergo quod ait, Ergo fratres debito-
res ſumus, ideſt obedire debemus ſpiritui, ideſt rationi
vel ſpiritui, ideſt ſpirituali legi, & non carni, vt viua-
mus ſcd̃m

mus ſecundum carnem, ideſt ſecundum voluptatem carnis. Hæc eſt concluſio probanda. Quæ deinde probatur ex eo quod ſubditur. Si enim ſecundum carnẽ vixeritis, moriemini, quia ex voluptatibus carnis naſcuntur vitia, quæ ordinant nos ad mortem: ſi autem ſpiritu, ideſt ſpiritu dei, vel ſpiritu ſancto, facta carnis mortificaueritis, ideſt penitus abieceritis, viuetis hic per iuſtitiam, & in futuro per gloriam. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, ꝓ quo per carnem moriamur, & per ſpiritum viuamus, debemus obedire ſpiritui, & non carni. Notãdũ aũt ꝙ ſecũdũ Gloſam nõ debemus viuere ſecundum carnem, ideſt ſecundum voluptatem carnis, quia licet caro ſit nutrienda, & ſine ei neceſſaria miniſtranda, quia creatura dei eſt, tamen non eſt voluptuoſe nutrienda, ne propter huiuſmodi voluptates ad vitia tracti, auertamur à deo. Notandum etiam ꝙ, vt Gloſa tangit, tota Trinitas vnus deus, eſt quoddam ſumme bonum: anima vero eſt magnum bonum, ſed non ſummum: caro quidem nec eſt bonum ſummum, nec magnum, ſed paruum. Anima ergo eſt inter ſummum bonum, & paruũ, quia eſt inter deum, & carnem, quia eſt inferior deo, & ſuperior carne: & quia homo debet obedire ſuperiori, & non inferiori, debet anima obedire ſpiritui diuino, vt ſecundum deum viuat, & non carni vt viuat ſecundum delectationes carnis. Deinde cum dicit.

Quicunq; enim ſpiritu dei aguntur, ii filii dei ſunt.

Ponit ſecundam rationem ſumptam ex diuini ſpiritus agitatione: nam eo ipſo quod diuinus ſpiritus nos agitat, nos dirigit, & mouet ad bene operandum, ſumus debitores, & obedire debemus diuino ſpiritui, & non carni. Formetur autẽ ſic ratio, Quicunq; enim ſpiritu dei aguntur, ii filii dei ſunt: & ex hoc (ſupple) ſunt debitores ſpiritui, & non carni: vos eſtis huiuſmodi, ergo eſtis debitores ſpiritui, & non carni. De hac autem ratione ponit virtutem medii: & litera plana eſt, vt patet. Notandum autem ꝙ tam in opere naturę quàm etiam in opere gratiæ, & in vita ſpirituali, ſumus organa dei; & oportet quòd dirigamur à deo, & deus dirigit, & mouet naturam totam, vt dicitur in libro de bona Fortuna: & ab hoc principio dependet cœlum, & natura, vt dicitur in. 12. Metaphy. Sed aliter dirigimur & mouemur à deo in hoc opere & in illo: quia per naturam conceſſam nobis, perfectiones naturales vel poſſumus ex nobis acquirere, vl' poſſumus ad illas nos ſufficienter diſponere. Sed ad perfectiones gratuitas nõ ſic: quia nec poſſumus illas ex nobis acquirere, nec poſſumus ad illas nos ſufficienter diſponere. Secũdũ tales enim perfectiones nõ ſumus ſufficientes cogitare aliquid ex nobis quaſi à nobis, ſed tota ſufficientia noſtra à deo eſt. In talibus enim taliter nos habemus, ſicut ſe habet martellus ad ea quæ ſunt artis: quia ſicut à martello nõ poteſt progredi aliqd opus artis niſi agitetur à fabro, ita quod martellus in huiuſmodi opere, magis agitur quàm agat; ſic in operibus gratię; nihil poſſumus niſi diuino ſpiritu agitati, & moti. In talibus ergo cum magis agimur quàm agamus, ideo apoſtolus ſignanter non ait, qui ſpiritu dei agunt, ſed qui ſpiritu dei aguntur, ii filii dei ſunt. Notandum etiam ꝙ ſi in vita ſpirituali nihil à nobis poſſumus, & in tali vita magis agimur quàm agamus, multum ſumus debitores diuino ſpiritui, ſi hmõi ſpiritu agitati & moti, filii dei ſimus. Valde ergo ratio apoſtoli eſt firma & valida: qui ex diuini ſpiritus agitatione, & ex eo ꝙ ex ſpiritu dei agimur & ſimus filii dei, vult probare nos eſſe diuino ſpiritui debitores. Notandũ etiam ꝙ hęc ratio ex diuina agitatione ſumpta, addit ſupra primam, ſumptam ex viuificatione, quia plus eſt ſic agi, vel agitari, quàm ſimpliciter viuificari: viuificamur enim & ſecundum naturalem vitam, in qua ex natura agimus: ſed in vita ſpirituali (vt dictum eſt) magis agimur q̃ agamus. Vt ergo inſinuet, quãtum ſumus Deo debitores, declarat quale ſit viuere ſpirituale, oſtendens ꝙ ſecundum tale viuere nihil ſumus nobis, ſed totaliter ſumus deo, & ꝙ nihil agimus a nobis, ſed totaliter agimur à deo. Multum ergo ſumus diuino ſpiritui debitores, & multum debemus ei obedire, in cuius poteſtate ſic ſumus. Dixit ergo prima ratio ꝙ per diuinum ſpiritum, ſpiritualiter viuimus: ſed hæc plus dicit, quia oſtendit quale ſit ſpirituale viuere; quia huiuſmodi viuere, eſt à ſpiritu dei agi, & filios dei fieri. Deinde cum dicit.

Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum dei, in quo clamamus Abba Pater.

Adducit tertiam rationem ſumptam ex ſpiritus ſancti acceptione. Formetur autem ſic, Quicunq; acceperunt ſpiritũ adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba Pater, illi ſunt multum debitores ſpiritui: ſed vos non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum in quo clamamus Abba Pater; ergo vos eſtis multum debitores ſpiritui. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur autem ſic litera, Bene dico ꝙ vos eſtis multũ debitores ſpiritui, quia non accepiſtis iterum (vt olim in lege) ſpiritum ſeruitutis in timore, ideſt ſpiritum, qui vos inuitos timore pœnę ſeruire faciat, ſicut ſiebat olim in lege moſaica: ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum, ideſt accepiſtis ſpiritum ſanctum dantem nobis gratiam; per quam filii adoptiui ſimus: in quo, ideſt per quem ſpiritum ſanctum, nos non ingrati de beneficio nobis facto, clamamus Abba Pater. Notandum autem quòd, vt magiſter ait in gloſa, cauendum eſt, ne ex eo quod ait ſpiritum ſeruitutis, & ſpiritum adoptionis filiorum, diuerſum intelligas ſpiritum: nam vnus & idem eſt, qui fuit ſpiritus timoris in lege moſaica, & nunc eſt ſpiritus adoptionis filiorum, & ſpiritus amoris in lege fidei. Vnde Auguſtinus in libro Quæſtionum Exodi, & habetur in gloſa, Vnus & idem ſpiritus eſt, ſed propter diuerſa opera diſſimiliter appellatur, vt Ægyptiis fuit ſpiritus iræ, quibus aqua diuiſa nocuit: filiis Iſrael non fuit ſpiritus irę, quibus aq̃ diuiſa profuit. Similiter iſte idẽ ſpiritus Iudęis fuit ſpũs timoris, qbus q̃ lege timor erat incuſſus: nũc aũt eſt ſpiritus libertatis & amoris iis, quibus opere gratiæ & regenerationis operatur in vitam ęternam, & hoc non per timorem formidando pœnam, ſed per dilectionem amando iuſtitiam. Notãdum etiam duos eſſe timores, vt hic inſinuatur, quorum vterq; eſt à ſpiritu ſancto: vnus eſt ſeruilis, in quo quamuis Deo credatur, non timetur in deum: & ſi bonum fiat, non tamen bene: quia ſic timens, inuitus & timore pœnæ facit bonum: conſtat autem ꝙ nemo inuitus bene facit, & ſi bonum ſit quod facit, vt vult Auguſtinus in libro ſententiarum Proſperi, & habetur in gloſa. Secundus timor dicitur caſtus & filialis, qui ſtat ſimul cum charitate perfecta. Primus timor fuit in lege moſaica, ſecundus in lege fidei. Notandũ ꝙ pręter timorẽ naturalem (vt diſtinguitur in gloſa, & ſumptum eſt ab Auguſtino in libro ſententiarum Proſperi) ſunt quatuor timores; vnus qui dicitur mundanus, qui malus eſt, & non eſt à deo: ſecundus dicitur ſeruilis, qui bonus eſt & à deo, ſed non ſufficiens: tertius dicitur initialis, qui ſtat cum charitate inchoata, qui bonus eſt, & à deo, & eſt ſufficiens, ſed non eſt perfectus: quartus dicitur caſtus, qui poteſt eſſe in charitate perfecta, qui bonus eſt & à deo, & non ſolum eſt ſufficiens, ſed poteſt eſſe perfectus. Notandum etiam quod Abba in hebraico ſermone idem eſt quod Pater latine; nos ergo nõ

Quæſt. 55.

Timoris. 4. ſunt genera.

I

clamore labiorum,ſed intus in corde clamamus in auribus dei Abba pater. Vtrunq; autem poſuit, hebraicum,& latinum:vt ſignificet plures populos, & plures parietes,in vnum angularem lapidem conueniſſe.Notandum etiam hanc tertiam rationem per additionē ſe habere ad alias : nam in hac oſtenditur ꝙ non ſolū multum tenemur ſpiritui diuino , ſed ꝙ etiam plus tenemur ei,& maior gratia ſit nobis facta,quàm fuerit facta illis de veteri teſtamento : nam illis in lege moſaica fuit datus ſpiritus timoris,nobis autem eſt datus ſpiritus adoptionis,& amoris.Deinde cum dicit. A

Ipſe enim ſpiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro quòd ſumus filii dei.

Adducit quartam rationem , ſumptam ex ſpiritus ſancti teſtificatione.Formetur autem ſic . Quibuſcūq; ipſe ſpiritus teſtimonium reddit ꝙ ſunt filii dei , illi ſunt multum debitores ſpiritui,& debent ſpiritui obedire:ſed ipſe ſpiritus reddit teſtimonium ſpiritui noſtro ꝙſumus filii dei,ergo multū ſumus debitores ſpūi & debemus ſpiritui obedire.De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur autem ſic litera. Benè dico ꝙ nos ſumus debitores ſpiritui , quia ipſe ſpiritus ſanctus tantum bonum facit nobis , ꝙ reddit teſtimonium ſpiritui nostro , ideſt facit ſpiritum noſtrum,& mentem noſtram recognoſcere ꝙ ſumus filii dei.Notandum autem ꝙ(vt gloſa tangit)licet tota Trinitas reddat teſtimonium ſpiritui noſtro , ideſt faciat recognoſcere ſpiritum noſtrum, ꝙ ſumus de ſocietate ſanctorum,& ꝙ ſumus filii dei, tamen quia hoc eſt opusbenignitatis,& pietatis,attribuitur ſpirituiſancto,& dicitur ſpiritus ſanctus hoc facere . Notandum etiam quod teſtes ſunt quędam argumenta facientia fidem de re dubia : quæcunq; ergo perſona certificat te de aliqua re, & facit te pręcognoſcere eam , quaſi poteſt dici illius rei teſtis : & quia ſpiritus ſanctus per dona ſua,& per ſuam gratiam illuminando & viuificādo ſpiritum noſtrum,ideſt mentem noſtram, dat ei aliquā certitudinem,& facit eum recognoſcere ꝙ ſumus filii dei,ideo dicitur de hac re teſtimonium perhibere.Notādum etiam hanc rationem ſe habere per additionem ad rationes factas ; nam non ſolum debitores ſumus ſpiritui ſancto , & debemus ei obedire, quia eſt teſtis tanti boni,& facit mentem noſtram recognoſcere tātum bonum,ꝙ nos ſumus filii dei, & quòd ſumus filii tanti patris,vt probat ratio quarta, & non ſolum per creationem,vt ſunt omnes : ſed quod ſumus filii per adoptionem, vt ſunt ſpecialiter Sancti. Deinde cum dicit. B

Si aūt filii : & hæredes,hæredes quidem dei,cohæredes autem chriſti: ſi tamen compatimur,vt conglorificemur.

Ponit quintam rationem,ſumptam ex ęternæ hęreditatis adoptione.Formetur autem ſic, Per quècunq; ſumus hęredes dei,& cohæredes chriſti,illi ſumus multum debitores,& debemus illi obedire;ſed compatiēdo cum chriſto per ſpiritum ſanctum ſumus filii dei & adipiſcimur æternam hæreditatē,quia ſumus hæredes dei,cohæredes autem chriſti:ergo multum ſumus debitores ſpirituiſancto,& multum debemus ei obedire.De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur autem ſic.Dictum eſt quòd per ſpiritum ſanctum redditur menti noſtræ verum teſtimonium ꝙ ſumus filii dei,ſi autem filii & hęredes:ſi autem per ſpiritum ſanctum ſumus vere filii , & redditur verum teſtimonium ꝙ ſumus filii,erimus per ſpiritum ſanctum hæredes:ſed hæredes quidem erimus dei , cohęredes autem chriſti,ſi tamen compatimur,ideſt ſi ad ſimilitudinem chriſti patimur,vt & ſimul cum chriſto glorificemur.Tunc eſt ſupplenda ratio, ꝙ ſi compatiendo cum chriſto,tantum bonum conſequimur per ſpiritum ſanctum quòd ſimul glorificabimur cum chriſto & erimus hæredes quidem dei,cohæredes autem chriſti;multum ſumus debitores ſpiritui,per quem tantā hęreditatem poſſumus adipiſci.Notandum autem ꝙ, vt magiſter tangit in gloſa,Chriſtus eſt hęreditas ſuorum,& nos ſumus hæreditas eius iuxta illud, Dabo tibi gentes hæreditatem tuam . Ipſe enim chriſtus erit noſter,& nos erimus eius.Sic etiam deus erit hęreditas noſtra , iuxta illud pſal , Dominus pars hæreditatis meæ;et nos erimus hęreditas eius, iuxta illud , Hæreditas mea Iſrael in te gloriabor : ipſe enim deus erit noſter,& nos erimus eius. Hæreditas tamen de qua loquitur hic apoſtolus , eſt ipſa diuina fruitio , & ipſa ęterna beatitudo:erimus ergo hæredes dei , quia adipiſcemur illam ęternam gloriam:erimus quidem cohæredes chriſti,quia compatiendo , ideſt ad ſimilitudinem eius patiendo,ſimul glorificabimur cum eo. Notandum etiam quòd cum cōpati cū chriſto , & ſimul glorificari cū eo,& eſſe cohæredes eius,confeꝛatur nobis per ſpiritum ſanctum,per quem confertur nobis ꝙ ſumus filii dei,multum ſumus ſpiritui debitores , ꝑ quem conſequimur , vel poſſumus conſequi tantum bonum.Deinde cum dicit. D

Pſal. 2.
Pſal. 15.
Iſa. 19.

Exiſtimo quòd non ſunt condignæ paſsiones huius temporis ad futuram gloriam,quæ reuelabitur in nobis.

Ponit ſextam rationem,ſumptam ex in ęſtimabili glorificatione.Formetur autem ratio ſic , Per quencunq; releuabitur in nobis tam ineſtimabilis gloria, ad quā nō ſunt condignę paſſiones huius tēporis , illi ſumus multum debitores:ſed per ſpiritum ſanctum reuelabitur in nobis futura gloria,ad quam non ſunt condignę paſſiones huius temporis:ergo &c.De hac autem ratione ponit virtutem medii.Cōtinuetur autem ſic, Benè dico ꝙ nos ſumus multum debitores ſpiritui, quia exiſtimo ꝙ paſſiones huius temporis , ideſt iſtæ paſsiones temporales,& momentaneæ, non ſunt condignę , ideſt non ſunt ſufficientes ad promerendum futuram gloriam,quæ reuelabitur, ideſt manifeſtabitur in nobis.Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, ꝙ cum per ſpiritum ſanctum poſſimus mereri tantam gloriam, multum ſumus ſpiritui debitores . Notandum autem ꝙ ait,Ad futuram gloriam , quæ reuelabitur) quia illa gloria tanta eſt,vt teſtatur Iſaias , ꝙ Oculus non vidit,Deus abſq; te , quæ præparaſti expectantibus te.Nondum enim apparet quod erimus,ſed in futuro reuelabitur in nobis,quanta ſit illa gloria. Deinde cum dicit. C

Cap.64.b

Nam expectatio creaturæ,reuelationem filiorum Dei expectat.

D Ponit ſeptimam & vltimam rationem, ſumptam ex beatitudinis expectatione . Formetur autem ſic ,Per quencunq; reuelabitur in nobis diuina filiatio & diuina beatitudo,quam tota creatura expectat, illi ſumus multum debitores;ſed per ſpiritum ſanctum fiet nobis hoc,ergo &c.De hac autem rōne ponit virtutem medii.Continuetur autem ſic,Benè dico quod nos ſumus ſpiritui debitores : nam expectatio creaturæ, expectat reuelationem filiorum dei,ideſt expectat quòd in nobis reueletur diuina filiatio,& diuina beatitudo. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio , ꝙ cum hoc fieri debeat appropriate per ſpiritum ſanctum , multum ſumus debitores ſpiritui,per quem reuelabitur in nobis tantum bonum,quod tota creatura dicitur expectare.Notandum autem ꝙ licet ſimus filii dei,tamen nondum apparet quod erimus:ideo filiatio hæc reuelabitur,ideſt manifeſtabitur,& apparebit,& nobis ęterna beatitudo conferetur. Notandum etiam ꝙ tota creatura expectat hāc reuelationē,quia tota creatura quodammodo

dammodo meliorabitur tūc,& purgabitur: erit enim
tūc lux lunę ſicut lux ſolis:erit.n.tūc cœlū nouū,et ter
ra noua:dicet.n.tūc qui ſedebit in throno, Ecce noua
facio omnia:quia cœlū & oīa elemēta tunc innouabū
tur,& meliorabuntur:omnia.n.iſta tranſibunt,nō quā
tū ad ſubſtantiā,ſed quātū ad qualitatē & figurā, quia
pręterit figura huius mūdi.Notādū etiā ꝙ ſicut primę
quatuor rationes ſe habebant per additionē;& p ordi
nē:ſic hę tres ſequētes p ordine ſe habent.Nam quinta
ratio oſtendit ꝙ nos ſumus debitores ſpiritui, quia p
ipſum cōſequimur diuinā hæreditatem. Sexta vero
ratio arguit illā hæreditatē eſſe ineſtimabilē, ad quā
nō ſunt cōdignæ paſſiones.Hæc aūt ſeptima oſtendit
illā beatitudinē eſſe tantā,quia tota creatura eā expe
ctat.Multū ergo tenemur,& ſumus debitores ſpiritui,
quia p ipm cōſequimur diuinā hæreditatē, ineſtimabi
lē gloriā,& beatitudinem, à creatura vl'r expectatam.

Dubitaret forte aliquis de eo qd apoſtolus ait. Qui
B ſpiritu dei agūtur,hi filii dei ſunt. Videtur.n.ꝙ nō ſo
lū filii dei,& nō ſolū boni,ſed etiā mali agātur ſpiritu
dei:nā oīs motus reducitur in mouētē primū,cū.n.agi
ſit qddā moueri,ſicut vniuerſa creatura à deo moue
tur,ita à Deo agitur & agitatur.Dicēdū ꝙ triplici via
declarare poſſumus,quare boni dicuntur ſpū dei agi,
& nō mali.Prima via ſumitur ex pte naturæ operātis:
ſecūda ex parte gratiæ ſpecialiter dirigētis:& tertia,ex
parte oppoſiti,vt ex parte malitię deficiētis.Prima via
ſic patet:nā licet ipſa natura ſit à deo, tū quia opera
tur,naturalia nō dicūtur eſſe ſupra nīm poſſe : reſpe
ctu ergo taliū operationū nō ſolū dicemus agi,ſed a
gere:ad talia.n.opera p naturā nō ſolū ſumus in potē
tia paſſiua,ſed et in potētia actiua:igitur ex parte ip
ſius naturæ operātis , quę eſt ratio & principiū oīm
operū,nō ſolū dicimur agi,ſed etiā agere . Secūda via
ſumitur ex parte gratiæ ſpecialiter dirigētis.Nā ſicut
C deus dicitur eſſe in omnibus gñaliter,in ſanctis tū per
gratiā dicitur eſſe aliquo mō ſpecialiter : ſic in omni
opere naturæ dicitur agere , quia cōiter tota natura
dependet ab ipſo: ſed in operibus gratioſis , ſpeciali
modo ſe habet,vt agens,& dirigens . Et ideo licet oēs
tā boni quàm mali poſſint dici ſui filii ſecūdū quādā
generalē rationē filiationis,vt quia ſunt filii p creatio
nē:ſpecialiter tū boni ſunt filii per gratiam, & quodā
ſpeciali modo dicūtur à deo agi,& dirigi.Propter hāc
ergo ſpecialē rōnē dictū eſt,ꝙ qui ſpiritu dei agūtur
ii filii dei ſunt.Tertia via ſumitur ex parte malitię de
ficiētis:nā in omni opere quicquid eſt ibi actionis , re
ducitur ad primū agens:quod vero eſt ibi defectus,nō
habet cām efficiente,ſed deficientē.Mali ergo non di
cuntur à deo agi,quia nō diriguntur ſecūdū regulas
ęternas:immo pp malitiā quā exercent,quę nō habet
cām efficientē,ſed deficientē,deficiūt ab illius regulis.
D Boni vero dicuntur à deo agi,quia dirigūtur,& agun
tur, & regulantur ſecundū regulas ęternas,& diuinas.

Aēg. i.ſent. d. 17.q.vlt.
Eccleſ.9.a.

Vlterius forte dubitaret aliquis de eo qd apoſtolus
ait,Ipſe ſpūs teſtimoniū reddit ſpiritui noſtro.i.vt glo
ſa exponit facit mentē noſtrā recognoſcere ꝙ ſcimus
filii dei.Sed cōtra nemo ſcit vtrū odio vel amore di
gnus ſit;ergo &c. Dicēdū ꝙ homo nō pōt ſcire certitu
dinaliter.Vtrū ſit in gratia vel nō,dicēte apoſtolo, Ni
hil mihi cōſcius ſum:ſed non in hoc iuſtificatus ſum.
Poſſet.n.aliquod peccatū latere in nobis, qd per obli
uionem à mente eſſet elapſum;propter quod iuſto iu
dicio dei,ſi deus vellet agere ſecundum ſeueritatem
iudicii,condemnari deberemus.Sed licet homo hoc
non poſſit ſcire certitudinaliter,poteſt tamen ſcire
per probabiles coniecturas:vt ſi homo habet conſcię
tiam mortalis peccati,vt ſi ſapiunt ei verba diuina , ſi
libenter audit ſermones dei,ſi eſt intentus ad opera
ſpiritualia,ſi ſit ſolicitus circa bonum proximi ſui: ex
talibus enim,quę ſunt expreſſa figura diuinæ filiatio
nis,poſſumus percipere nos eſſe dei filios adoptiuos.

A Cū ergo à ſpiritu ſancto ſit ꝙ nolimus habere cōſciam
peccati mortalis.ꝙ ſapiāt nobis diuīa verba,& cętera
talia,poſſumus dicere ꝙ ſpūs ſctūs operādo in nobis
hæc opera,reddit teſtimoniū ſpūi noſtro.i.facit reco
gnoſcere mētē nr̄am,ꝙ ſumus filii dei.Hoc ēt eſt qd di
citur.1.Io.4.In hoc cognoſcimus qm̄ in eo manemus
& ipſe in nobis:qm̄ ipſe de ſpiritu ſuo dedit nobis.

Vlterius forte dubitaret aliquis de eo qd in litera
dicitur,Expectatio creaturę,expectat reuelationē fi
liorū dei.Qūo hoc poſſit intelligi.Dicendum ꝙ Magi
ſter in gloſa ait,& ſumptū eſt ab Aug.83. quęſtionū,
Hoc cap.obſcurū eſt, quia neſcitur(vt ait)quid hic
Apoſtolus appellet creaturas.Vnde magiſter exponit
hic creaturas primo oēm hominē: ſecundo exponit
ſpecialiter hoīes bonos,oñdens qūo tales expectāt re
uelationē filiorū dei.Poſſumus tū dicere,ꝙ hic p crea
turas intelligitur creatura vl'r,vel quaſi vniuerſaliter
quia totus mūdus meliorabitur,vt in exponēdo dice
B batur:et quia quodlibet nāliter diligit meliorationē
ſui,dicitur creatura hoc expectare,eo ꝙ tota debeat
meliorari.Quòd ſi quęratur ꝙ cū expectare nō ſit niſi
habētiū deſideriū,qūo elemēta hoc expectare poſſint:
Dici pōt,quod licet in talibus nō ſit deſideriū aīale,eſt
tū deſideriū nāle:ſicut dicimus qd terra ſicca deſiderat
aq̄,& qd ſalices deſiderāt fluēta fluuiorū: nam appeti
tus,vel deſideriū nihil videtur eſſe aliud,niſi qdā incli
natio ſequēs formā. Cū ergo duplex ſit forma , vna p
cognitionē apprehēſa,& alia nāliter impreſſa,duplex
erit appetitus,vnus ſequēs cognitionē,& alius nālis ſe
quēs nām:nā ſicut hō deſiderat balneū pp formā bal
nei quā apprehendit , ſic grauia nāliter eſſe deorſum
deſiderāt pp formā grauis,quā nāliter i ſe habēt.Expe
ctatio ergo,deſideriū,& appetitus & cetera talia poſ
ſunt cōpetere rebus inanimatis ſecūdū ꝙ nāliter dicū
tur deſiderare,& appetere.Hoc ergo modo oīs crea
C tura deſiderās meliorationē ſui,dicitur expectare re
uelationē filiorū dei:quia,vt dctū eſt,tunc tota crea
tura, vel quaſi tota innouabitur,& meliorabitur.

LECTIO. XXVI.

VAnitati. n. creatura ſubiecta
eſt,nō volens, ſed propter eū
qui ſubiecit eam in ſpe : quia
& ipſa creatura liberabitur à
ſeruitute corruptionis , in libertatē gloriæ
filiorū dei. Scimus. n. ꝙ omnis creatura in-
gemiſcit , & parturit vſq; adhuc.

Quia ſuperius apoſtolus mētionē fecerat de expe
D ctatione beatitudinis,dicēs quod expectatio creaturæ
expectat reuelationē filiorū dei:ideo in parte hac agit
de hac expectatione,inducēs nos ꝙ hmōi beatitudinē
debeamus cōſiderare & fiducial'r expectare. Eſt.n.hæc
pars valde neceſſaria,quia pp deſideriū finis,oīa fiunt
leuia:vt pp deſideriū ſanitatis,nō curatur de amaritu
dine potionis.Vt ergo apl'us inducat nos ad deſiderā
dū ęternā gloriā,oñdit ꝙ illā beatitudinē debemus fir
miter & fiducial'r expectare.Circa qd duo facit,ſecūdū
qd hoc dupliciter oñdit,& probat:nā primo probat
ex parte creaturę expectātis:ſecūdo ex parte auxilian
tis,ibi,Similiter aūt & ſpūs adiuuat.)Circa primū tria
facit,ſecūdū ꝙ ex parte creaturæ tripliciter probat ꝙ
debemus beatitudinē illā fiducial'r & certitudinal'r ex
pectare:nā primo probat hoc ex parte creaturę expe
ctātis vl'r:ſecūdo ex parte apl'orū expectātiū ſpecial'r:
tertiò ex parte ſpei expectantis patienter,Secūda ibi.
Nō ſolū aūt illa.)Tertia ibi.Spe.n.ſalui facti ſumus.)
Ad euidētiā āt primę ptis ſciēdū qd nūc q̄ſi tota crea
tura ſubiecta ē vanitati.i.mutabilitati,& per cōſequēs
corruptioni,qa oīs mutatio nōnulla mors eſt. Vnde

A Auguſtinus primo de Trinitate ca.primo.Immortalitas eſt incommutabilitas,eo ipſo ꝙ eſt ſubiecta mutabilitati,et ſubiecta aliqualiter corruptioni. Ab hac aũt mutabilitate liberabitur creatura in die iudicij, quia tunc cœlum quieſcet:tunc nõ erit amplius tempus,quia ceſſabit motus primi mobilis:tunc elementa non alterabuntur.Ceſſabit ergo huiuſmodi tranſmutatio,et liberabitur creatura ab huiuſmodi mutabilitate,ſiue ab hmõi corruptione.Merito ergo creatura ingemiſcit.parturit,& deſiderat, ꝙ veniat beatitudo illa,vt liberetur ab huiuſmodi vanitate, & ab huiuſmodi mutabilitate.Poteſt autem ſic formari ratio, Quicquid eſt ſubiectum vanitati & mutabilitati, à qua ſperat liberari per aduẽtum gloriæ filiorum dei, ingemiſcit & parturit.i. cum deſiderio expectat vſq; adhuc.i.vſquequo veniat illa gloria & illa beatitudo: creatura eſt huiuſmodi,ergo expectat vſq; adhuc,ideſt vſq; ad aduentum huius gloriæ, ſiue vſq; quo veniat huiuſmodi beatitudo, igitur beatitudo noſtra à B creatura eſt vniuerſaliter expectata. De hac autem ratione ponit virtutem medij, dicens, Vanitati enim, ideſt mutabilitati creatura ſubiecta eſt, non volens, ſed propter eum qui ſubiecit eam in ſpe:nam creatura à deo ſubijcitur iſti ſpei, quòd debeat liberari ab hac vanitate & ab hac mutabilitate: ideo ſubdit.Et ipſa creatura liberabitur a ſeruitute corruptionis,ideſt mutabilitatis,& hoc in libertatem, hoc eſt in aduentu libertatis,vel per aduenientem libertatem gloriæ filiorũ dei:& quia ſic eſt creatura ſubiecta vanitati & mutabilitati,a qua debet liberari per aduẽtum gloriæ filiorum dei, ingemiſcit & parturit: ſcimus enim quod omnis creatura ingemiſcit, & parturit, ideſt cum ingenti deſiderio deſiderat & expectat vſq; adhuc.i.vſq; ad aduentum huius gloriæ.Eſt ergo gloria noſtra,& beatitudo noſtra,à creatura vniuerſaliter expectata.Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, ꝙ cũ vniuerſale deſiderium creaturę nõ poſſit eſſe vanum, C & oporteat impleri, fiducialiter debemus expectare beatitudinem noſtram,& reuelationem glorię noſtrę, quã ingemiſcit & parturit vniuerſaliter creatura. Notandum aũt quod hic ingemiſcere & parturire, ponitur ſimilitudinarie pro uehemẽti deſiderio:nam ſicut gementes,& parturientes,vehementer deſiderant liberari à ſtatu in quo ſunt,ſic omnis creatura ingemiſcit & parturit vſq; ad aduentum gloriæ noſtrę: quia tunc innouabitur,& meliorabitur,ideo vehementer deſiderat ad illum ſtatum peruenire,& ab iſto ſtatu liberari. Notandũ etiam ꝙ Magiſter hanc literã exponit de homine,dicens ipſum eſſe antonomaticè creaturã, quia communicat cum omni creatura:competentius tamẽ videtur hæc litera exponi de creatura vniuerſaliter, quia ſequens litera exponetur de hominibus, vt de apoſtolis ſpecialiter. Deinde cum dicit.

D Non ſolum autem illa, ſed & nos ipſi primitias ſpiritus habentes, & ipſi intra nos geminus,adoptionem filiorum dei, expectantes redemptionem corporis noſtri.

Ponit ſecundam rationem, ſumptam ea deſiderio apoſtolorũ expectantiũ ſpãliter.Formetur aũt ſic ratio.Quicquid gemimus & deſideramus nos apl̃i habẽtes primitias ſpũs,illud eſt firmiter et fiducialiter expectãdũ:ſed adoptionẽ filiorũ dei, & redeptionẽ corporis nr̃i.,& illam beatitudinẽ ęternã gemimus, & deſideramus nos apoſtoli habentes primitias ſpũs,ergo hmõi beatitudo eſt firmiter & fiducialiter expectãda. De hac aũt rõne ponit virtutẽ medij,dicens. Nõ ſolũ illa.i.nõ ſolũ creatura vl'r ingemiſcit & parturit & cũ vehemẽti deſiderio expectat vſq; adhuc.i.vſq; ad aduentũ huius beatitudinis noſtrę;ſed nos ipſi apl̃i habẽtes primitias ſpiritus.i.abũdãtius & prius habẽtes ſpiritum ſanctũ,ipſi,inquam,tales nos exiſtẽtes,intra nos gemimus.i.vehementer deſideramus adoptionem filiorum dei,expectantes redemptionem corporis.i.vehementer deſideramus beatitudinem illã,per quã reuelabitur adoptio noſtra,& redimetur corpus noſtrũ à mortalitate.Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, ꝙ cum noſtrũ deſideriũ nõ poſſit eſſe vanũ, hmõi beatitudo eſt firmiter & fiducialiter expectanda. Notãdũ aũt ꝙ quia nihil eſt in natura vanũ & ocioſum, ideo debet naturale deſideriũ adimpleri,quia opus naturæ eſt opus intelligentiæ,& tota natura dirigitur à Deo primo principio,in quo eſt nullus defectus. Cũ ergo perfectius dirigerentur à deo apoſtoli accipientes primitias ſpũs,et deſideriũ naturale nõ poteſt eſſe vanũ ſed oportet adimpleri:multo magis deſideriũ apoſtolorũ nõ fruſtrabitur,& nõ erit vanitati ſubiectũ. Reuelatio ergo adoptionis filiorũ dei,& redemptio corporis noſtri,& cætera talia,ad beatitudinem pertinentia, ſunt firmiter & fiducialiter expectãda,cũ ipſi apoſtoli hoc cum ingenti deſiderio expectarent. Deinde cum dicit.

Spe enim ſalui facti ſumus. Spes autem, quæ videtur,non eſt ſpes. Nam quod videt quis,quid ſperat? Si autem quod non videmus, ſperamus, per patientiam expectamus.

Adducit tertiã rationẽ, ſumptã ex parte ſpei expectãtis patienter. Ad cuius euidẽtiã ſciẽdũ,ꝙ eo ipſo ꝙ ſpes eſt de nõ viſis,magis meremur expectãdo, & probatur patiẽtia nr̃a ex hmõi expectatiõe. Poſſet ſic formari rõ,Per quicqd expectamus ſalutẽ,& beatitudinẽ noſtram patienter,ꝑ illud meremur, & ꝑ illud ſalui ſimus,et beatificamur,& ꝑ illud hmõi beatitudo eſt firmiter,& fiducialiter expectãda:ſed cũ ſpes ſit de nõ viſis,ꝑ ſpem expectamus patienter: ergo per ſpem meremur, & per ſpem ſalui facti ſumus,& ꝑ cõſequẽs hmõi ſpem,ſalutẽ,& beatitudinẽ debemus firmiter & fiducialiter expectare. De hac aũt rõne ponit virtutẽ medij, dicens. Spe ſalui facti ſumus. quaſi diceret, ꝙ merito ſpei ſaluamur,& ſpe beatitudinẽ firmiter expectamus, quia ſpes eſt de nõ viſis. Ideo ſubdit,ſpes aũt, quę videtur,nõ eſt ſpes. Nã quod videt quis,non ſperat. Sed ſi quod nõ videmus ſperamus,ꝑ patientiã expectamus. quaſi diceret,ꝙ eo ipſo ꝙ ſpes eſt de nõ viſis,facit nos mereri,& facit nos patienter expectare. Tũc ergo eſt ſupplẽda ratio,ꝙ cũ ſpes faciat nos ſic mereri,& ſic faciat nos patienter expectare,ſpe ſalui facti ſumus, & ꝑ ſpem debemus ſalutem,& beatitudinẽ firmiter & fiducialiter expectare. Notandũ aũt ꝙ ait, Spe ſalui facti ſumus:quia ne credatur ꝙ ſaluemur à nobis, vt gloſa innuit,ait ꝙ ſpe ſalui facti ſumus, vt det intelligere ꝙ ſaluamur ab alio,vt à deo:nã cũ nihil fiat à ſeipſo,factũ preſupponit aliũ factorẽ. Notãdũ etiã ꝙ ſicut ipſum non apparere fidei,facit ad meritũ,quia fides nõ habet meritũ,vbi humana ratio prębet experimentũ: ita eo ipſo ꝙ ſpes eſt de nõ uiſis,facit ad meritũ, quia per ſpem meremur:& quia ꝑ illud per quod meremur beatitudinẽ,debemus eã fiducialiter expectare,eo ipſo qđ ſpes eſt de nõ viſis & de nõ apparentibus,eſt per eam beatitudo fiducialiter expectãda. Notandũ etiã quod nõ probatur patientia in carẽtia mali, nec in adeptione boni:ſed e cõtrario,probatur patientia in ablatione ſeu dilatione boni,& in ſuperuentione mali:eo ergo ipſo quod ſpes eſt de non viſis,& nondũ habemus bonum quod ſperamus,probatur in hoc patientiam noſtram,& facit nos ſpes patienter expectare,& ꝑ cõſequẽs facit nos mereri. Merito ergo ꝑ ſpẽ, tanq̃ per illud qđ facit ad meritũ noſtrũ,debemus beatitudinẽ fiducialiter expectare. Notãdũ etiã ꝙ poſſet hęc litera apl̃i dupl'r legi,& ſic habebit eãdẽ cõcluſionẽ:ꝙ ſalus & beatitudo nr̃a ſit fiducial'r expectãda: nam

nam primo, vt dictum eſt, cum ſpes ſit de non viſis, A operatur in nobis patientiam, & facit nos mereri, & per conſequens facit nos fiducialiter expectare. Secundo modo poteſt legi ſic, & videtur magis literalis expoſitio, vt dicat apoſtolus ꝙ ſalui facti ſumus in ſpe, non in re. Nam cum ſpes ſit de non viſis, quia quod videt non ſperat, non habemus in re beatitudinem ęternam, quia nondum videmus eam, ſed habemus eam in ſpe: vnde debemus eam patienter expectare. Secundum hoc ergo ſic formabitur ratio. Quicquid habemus in ſpe, licet non habeamus in re, debemus illud patienter & fiducialiter expectare: ſed ſalutem, & beatitudinem noſtram, iam habemus in ſpe, licet non habeamus eam in re, quia ſpes eſt de nõ viſis, & de non habitis: ergo huiuſmodi beatitudinem debemus patienter & fiducialiter expectare. Notandum etiam ꝙ ſpes eſt media inter præſumptionem, & deſperationem: præſumentes enim, indebite volunt habere qđ cupiunt: deſperantes etiam, indebite ab ęterna beatitudine reſiliunt. ſed ſperantes, debite in illam beatitudinem tendant. Vult ergo apoſtolus ꝙ eo ipſo ꝙ non præſumentes, ſed ſperantes, habemus illam ſalutem, & illam beatitudinem, debemus patienter & fiducialiter eam tenere, quamuis nondum habeamus eam in re, quia ſpes eſt de non viſis, & de non habitis. Deinde cum dicit.

Similiter autem & ſpiritus adiuuat infirmitatem noſtram.

Manuducit nos, vt ſimus firmi & ſtabiles, præſtolantes illam beatitudinem, non ſolum ex parte creaturæ expectantis, ſed etiam ex parte dei auxiliantis. Circa quod facit tria: quia primo roborat & confirmat nos, ex eo ꝙ ſpiritus ſanctus nos adiuuat, & ex eo ꝙ omnia nobis in bonum conuertit. Secundo confirmat nos, & conſolidat in hac ſpe, & in hac fide, ex eo ꝙ pater nos defendit. Tertio ex eo ꝙ pro nobis filius interpellat. Secunda ibi, Quid ergo dicemus.) Tertia ibi, Chriſtus Ieſus qui mortuus eſt.) Eſt ergo intentio apoſtoli, ꝙ debemus illam beatitudinem fiducialiter expectare, & quod debemus in hac parte in ſpe, & in hac fide firmi & ſolidi permanere, tum quia tota creatura illam beatitudinem vtiliter expectat: tum quia apoſtoli primitias ſpiritus accipientes, tam ingenti deſiderio cupiant: tum etiam quia ſpes patienter & debite in illam beatitudinem tendat: tum etiam viterius hic debemus firmi permanere, ex eo quod ſpiritus ſanctus nos adiuuat, & omnia nobis in bonum cõuertat, & ex eo quod pater nos iuuat, & defendit, & ex eo qđ pro nobis filius interpellat. Prima ergo ps in qua apoſtolus nos in ſpe ſolidat ęternę beatitudinis, & confirmat, eo quod ſpiritus ſanctus nos adiuuat & omnia nobis in bonum conuertat, diuiditur in partes duas: quia primo oſtendit quomodo ſpiritus ſanctus nos adiuuat: ſecundo declarat quomodo nobis D omnia in bonum conuertat. ibi. Scimus autem quoniam diligẽtibus deum.) Prima pars diuiditur in tres ſecundum quod ſpiritus ſanctus tribus modis nos adiuuat, & ſecundum quod tribus modis poteſt quis retrahi, ne in illam ęternam beatitudinem debitè tendat. Nam primo poteſt quis impediri à debita proſecutione, & ne debite tendat in beatitudinem ęternã, propter defectum iraſcibilis, vt ſi hanc iraſcibilem infirmam habeat, ꝙ in bonum tam arduum nullatenus tendere audeat. Secũdo põt impediri ſi hanc rationalem potentiam excęcatã habeat ꝙ in tantum bonũ tendere neſciat. Tertio impeditur, ſi hanc concupiſcibile peruerſam habeat vt contraria bona cupiat. Hoc ergo triplici modo nos iuuat ſpiritus ſanctus: primo ex eo ꝙ noſtram iraſcibilem adiuuat: ſecũdo ex eo ꝙ noſtram rationalẽ, & noſtrã mentem, quõ debeat orare, doceat: tertio ex eo ꝙ noſtram cõcupiſcibilẽ dirigat. Secunda ibi, Nam quid oremus.) Tertia ibi. Qui autem ſcrutatur.) In prima parte intendit talẽ rationẽ. Quorũcunq; infirmatur iraſcibilis, ſpiritus ſanctus adiuuat, illi debẽt in ſpe ęternę beatitudinis ſolidari: ſed noſtram infirmitatem, id eſt noſtram infirmam iraſcibilem ſpiritus ſanctus adiuuat, ergo &c. De hac autem ratione ponit virtutẽ medii. Continuatur aũt ſic litera. Non ſolũ tota creatura nos adiuuat, vt ſimus firmi, & ſolidi in ſpe ęternę beatitudinis, eo ꝙ tota creatura hanc beatitudinem expectat, ſed ſimiliter & ſpiritus ſanctus noſtrã infirmitatẽ adiuuat. i. noſtram iraſcibilẽ, vt in hac fide, & in hac ſpe firmemur, & ſolidemur. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, qđ cũ ſic ſpiritus ſanctus nr̃am infirmã iraſcibilẽ adiuuet, habentes tantum auxilium, debemus in ſpe, & in fide ęternę beatitudinis, ſolidari. Deinde cum dicit.

Nam quid oremus (ſicut oportet) neſcimus. Sed ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis B gemitibus inenarrabilibus.

Ponit ſecundum auxilium quod nobis ſpiritus ſanctus pręſtat, videlicet, ꝙ noſtrã rõnẽ, & mẽtẽ docet, & illuminat, vt ſciat qualiter poſtulare debeat. Formetur aũt ſic ratio, Quorũcunq; mentẽ ſpiritus ſanctus docet, & illuminat, vt faciat eos inenarrabilibus gemitibus poſtulare ęternam beatitudinem, illi debent, in fide, & ſpe ęternæ beatitudinis ſolidari, et non debent à charitate dei in perpetuum ſeparari: nos ſumus huiuſmodi, ergo &c. De hac autem ratione ponit virtutẽ medii. Continuetur autem ſic, Spiritus ſanctus non ſolum nos iuuat, quia illuminat noſtram infirmitatem. i. infirmã noſtram iraſcibilem, ſed & nos iuuat, quia illuminat noſtram execęcatam rationalem: nam quid oremus (ſicut oportet) neſcimus: noſtra enim mens & noſtra ratio ſibi derelicta, ita excęcata eſt, quod neſcimus C quid nos oporteat orare. i. quid oporteat nos orãdo petere: ſed ipſe ſpiritus docet nos, ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis, id eſt docet, & facit nos poſtulare gemitibus inenarrabilibus. i. deſiderio inenarrabili: facit enim nos inenarrabiliter. i. pluſquàm dici poſſit, gemere, & deſiderare illud cęleſte bonũ, & illã cæleſtem patriam. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, ꝙ cũ habeamus tantum doctorem, tantum poſtulatorem, debemus in huiuſmodi fide, & in huiuſmodi ſpe ęternę patriæ firmiter ſolidari, vt a dei charitate nullatenus ſeparemus. Notandum autem ꝙ ſecundum gloſam, & ſumptum eſt ab Auguſtino contra Maximinum, hic Apoſtolus vtitur huius locutionis Tropo, vt ſicut dicitur frigus pigrum, quia pigrum facit, ſic dicitur hic ſpiritus poſtulare: nõ ꝙ ipſe aliquo indigeat, ſed quia ipſe nos poſtulare docet, & poſtulare facit. Notandum etiam ꝙ hoc quod dicitur, Gemitibus inenarrabilibus, poteſt referri ad nos poſtulantes, quia adiuuante ſpiritu ſancto, inenarrabiliter. i. pluſq̃ dici poſſit, gemimus beatitudinẽ illã. Vel põt referri, vt gloſa tãgit, D ad re poſtulatam. i. ad beatitudinem ęternã, quæ, quia inenarrabilis eſt, debemus gemitibus inenarrabilibus poſtulare. Notãdum etiam ꝙ gloſa tam ſuperiorem partẽ, quàm iſtam, exponit de oratione, dicens, ꝙ ſpiritus ſanctus adiuuat infirmitatẽ noſtram. i. orationẽ noſtram infirmam, doces, et faciens nos orare, ſicut oportet. Sed vt cõpletius numerentur auxilia nobis à ſpiritu ſancto tributa, melius eſt, vt prima ps referatur ad iraſcibilem, cuius infirmitatem adiuuat: & hęc pars ad rationalem, cuius cæcitatem illuminat. Deinde cum dicit.

Lib. 2. cap.

Qui autem ſcrutatur corda ſcit quid deſideret ſpiritus, quia ſecundum deum poſtulat pro ſanctis.

Ponit tertiũ auxiliũ qđ nobis dat ſpũs ſctũs, videlicet q̃ nr̃am cõcupiſcibile dirigit, & ad bonũ ordinat, vt

faciat nos ea, quæ ſecundum deum ſunt, poſtulare. Formetur autem ſic ratio, Quoſcunq; ſpiritus ſanctus facit ea quę ſecundum deum ſunt poſtulare, ipſorum corda ſcrutatur, & eorum deſideria approbat, & per conſequens eorum concupiſcibilem dirigit, & ad bonum ordinat: ſed ſpiritus ſanctus facit ea quæ ſecundum deum ſunt poſtulare, ergo &c. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur ſic littera, non ſolum ſpiritus ſanctus adiuuat noſtram iraſcibilem, & docet noſtram rationalem, ſed etiam ipſe eſt qui ſcrutatur corda noſtra; & ſubdit, quòd ſpiritus idest ſpiritus ſanctus ſcit quid deſiderat, ideſt quid ſit deſiderandum, & quid nos deſiderare faciat, quia poſtulat pro ſanctis, ideſt ſanctos poſtulare facit ſecundũ deum. i. quod deus vult, & id quod eſt ſecundum deũ. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, quòd cum ſpiritus ſanctus faciat nos poſtulare ea quæ ſunt ſecundum deũ, ipſe dirigit cor noſtrum, & dirigit concupiſcibilem noſtram. Notandum autem quod concupiſcibilis noſtra, & cor noſtrum ſibi ipſi relictum ſi non eſſet per ſpiritus ſancti gratiam adiuuatum, nõ quęreret ea quę ſunt ſecundum deum, nec poſtularet conſentanea ſaluti, ſed magis ſaluti contraria: eo ergo ipſo quod ſpiritus ſanctus facit nos poſtulare ea quæ ſunt ſecundũ deum, ipſe cor noſtrum diſponit in bonum, & concupiſcibilem noſtram in bonum dirigit. Notandũ etiam quod ſi ſpiritus ſanctus neſciret cor noſtrum in bonũ dirigere, ex duplici cauſa poſſet contingere: primo ſi ignoraret cordis latebras, & neſciret quid homo in corde haberet: ſecundo ſi quid deſiderandum eſſet, ignoraret: ideo apoſtolus ait, ꝙ ſpiritus ſcrutatur corda, & ꝙ ſpiritus ſanctus ſcit quid deſideret. i. quid deſiderandum ſit, vel quid cor deſiderare debeat. Quare ſi ſpiritus ſanctus ipſum cor ſcrutatur, & ipſum cor nouit, & quid deſiderandum ſit nouit, poteſt ipſum cor, & ipſam concupiſcibilem dirigere, vt deſideret quę deſideranda ſunt: & quia deſideranda ſunt quæ ſunt ſecundum deum, ideo quæ ſunt ſecundum deum facit nos poſtulare. Notandum etiam ꝙ, vt ait gloſa, ſcrutari dicitur ſpiritus corda, non quaſi quęrens qđ neſciat, ſed quia nil eſt ocultum quod non ſciat: nam qui vellet aliquem diſcipulum dirigere, oporteret ꝙ ipſe videret quid eſſet faciendum, & vtrum diſcipulus illud faceret. Spiritus ergo ſanctus poteſt cor dirigere quia ſcit quæ ſunt deſideranda, & videt, & ſcrutatur ipſum cor interius, vtrum illa deſideret. Deinde cum dicit.

Scimus autem quoniam diligentibus deum, omnia cooperantur in bonum, iis qui ſecũdum propoſitũ vocati ſunt ſancti.

Poſtquàm oſtendit quomodo debemus ſolidari in ſpe æternæ beatitudinis, & in charitate dei, eo quod ſpiritus ſanctus nos adiuuat. In parte iſta oſtendit hoc idem ex eo quod ſpiritus ſanctus omnia in nobis in bonum conuertit. Circa quod duo facit, quia primo proponit quod intendit: ſecundo quod dixerat probat, ibi, Nam quos preſciuit.) In prima parte intendit talem rationem, Quibuſcunq; omnia per ſpiritum ſanctum cooperantur in bonum, illi debent firmiter ſperare ęternã ſalutem, & hæreditatem: ſed diligentibus deum, his qui ſecundum dei propoſitum vocati ſunt ſancti, omnia cooperantur in bonum, ergo &c. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur autem ſic litera, Benè dico ꝙ nos diligentes deum & vocati ſancti, ſpe ſalui facti ſumus, ideſt firmiter habemus in ſpe æternam ſalutem, & ęternam hæreditatem: quoniam nos maiores & nos doctores ſcimus, & teſtimonium perhibemus; quoniam diligentibus deum, his qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti, per ſpiritum ſanctum omnia cooperantur in bonum, ideſt omnia iuuant nos ad cõſequendũ bonũ

A æternum, & ad conſequendam æternam hæreditatem. Nos igitur deum diligentes, & diuinæ charitati adhęrentes, firmiter illud æternum bonum, & illam æternã ſalutem, ad quod omnia nobis cooperãtur, expectare debemus. Notandum autem ꝙ nos vocati ſumus ſancti, ideſt ad habendã ſanctitatem dupliciter, ꝑ prædicationes exterius, vel in corde interius: hoc eſt ſecundum ſuum propoſitum, ideſt ſecundũ ſuã preſcientiã, vel ſcdm ſuũ beneplacitũ, vel ſecundũ noſtrũ meritũ. Notandum etiam ꝙ illius eſt omnia dirigere, qui omnia nouit: nam qui omnia dirigere vellet, & nõ omnia ſciret, caſualiter benefaceret. Igitur ſpiritus ſanctus, cuius eſt omnia noſſe, eſt omnia dirigere, & ipſe põt omnia in bonum conuertere. Habendo ergo talem adiutorem, per quem omnia iuuant nos ad conſequẽdum bonum ęternum (niſi ex nequitia noſtra procedat) firmiter ſperare debemus, ꝙ per adiutorium eius poſſimus conſequi bonum illud. Deinde cum dicit.

B Nam quos præſciuit: & prædeſtinauit cõformes fieri imaginis Filii ſui: vt ipſe ſit primogenitus in multis fratribus.

Probat quod dixerat; circa quod quatuor facit, ſecundum quod ex quadruplici beneficio oſtendit quõ per ſpiritum ſanctum omnia nobis conuertuntur in bonum. Nam primo oſtendit hoc ꝑ beneficium prædeſtinationis, prout deus eſſentialiter diligit. Secundo oſtendit hoc ex beneficio vocationis, prout nos deus ad fidem vocat & trahit. Tertio ꝑ beneficium iuſtificationis, prout nobis deus per gratiã peccata remittit. Quarto per beneficium magnificationis, prout deus magnis generibus virtutum, magnos nos facit. Secunda ibi, Quos autem prædeſtinauit) Tertia ibi, Quos vocauit.) Quarta ibi, Quos autem iuſtificauit.) In prima parte intendit talem rationem, Quicunq; ſunt à deo prædeſtinati, vt conformes fiant filii eius, vt ſit
C ipſe primogenitus in multis fratribus, illis omnia cooperantur in bonum: ſed illos quos deus præſciuit ideſt quos ante ſciuit, & ante cognouit, vt ſecundum ſuum propoſitum vocarentur ſancti, tales ſcilicet prędeſtinauit conformes fieri imaginis filii eius, vt ſit chriſtus in multis fratribus primogenitus: ergo talibus per ſpiritum ſanctum omnia cooperãtur in bonum. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur autem ſic, Benè dico ꝙ omnia cooperantur in bonum his, qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti: nam quos deus præſciuit, ideſt ante cognouit, & illos quos ante propoſuit vocare ſanctos (vt Gloſa tangit) illos ſcilicet quos ſic præſciuit, & ſic propoſuit vocare ſanctos, prędeſtinauit conformes fieri imaginis filii eius, vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, ꝙ ſi illi qui ſecundum dei præſcientiam, & dei propoſitum vocati ſunt
D ſancti, ſunt ꝑdeſtinati, cùm prędeſtinatis omnia cooperentur in bonum, ergo his qui ſecundum dei propoſitum vocati ſunt ſancti, omnia cooperantur in bonum. Notandum autem ꝙ prędeſtinare idem eſt quod prædirigere: nam ſicut nunc boni actu diriguntur, & deſtinantur in vitam ęternã, ſic ab ęterno deus in ſeipſo, ſecundum ſuam ſanctam præſcientiam, & ſecundum propoſitum, prædirexit, & prædeſtinauit in ęternam vitam; & quia diuinę prædeſtinationi, & diuino propoſito, nihil poteſt obuiare, ideo ea quæ videntur aduerſari diuinæ prædeſtinationi, & quę videntur aduerſari electis, deus conuertit in bonum, ita quòd prædeſtinatis omnia cooperantur in bonum: cum ergo quos deus pręſciuit, ideſt quos propoſuit vocare ſanctos, ſint prædeſtinati, conſequens eſt ꝙ his qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti, omnia cooperentur in bonum. Notandum etiam ꝙ prędeſtinatio, vt gloſa tangit, proprie eſt, prout deus ab ęterno ſecundum ſuum propoſitum, pręparauit electis

gratiam

gratiam in præſenti, & gloriã in futuro. Alio modo accipitur prædeſtinatio non pro æterna electione, ſed pro ipſa collatione gratiæ in præſenti, per quã ordinamur ad gloriam. Vtroq; modo poteſt exponi quod in litera dicitur: nam ſi exponatur de prædeſtinatione proprie, tunc erit ſenſus, quos prædeſtinauit, id eſt quibus ab æterno ſecundum ſuum propoſitum gratiam in præſenti, & gloriam in futuro præparauit, illos ſcilicet præſciuit, id eſt lõge ante quàm eſſent ſciuit, & propoſuit vocare ſanctos. Secundum hoc ergo anterioritas, quæ denotatur in præſcientia, non eſt referenda ad prædeſtinationem, vt ꝙ ante ſit præſciẽtia diuina, quàm prædeſtinatio, ſed referenda eſt ad perſonas prædeſtinatas quia longe ante fuit hæc præſcientia, & hoc diuinum propoſitum, quam eſſemus nos, qui prædeſtinati ſumus. Secundo modo legitur pro ipſa collatione gratiæ: & tunc eſt ſenſus, quos prædeſtinauit, id eſt illos qui per appoſitã gratiam ad credẽdum duxit, & ad gloriam ordinauit, illos ſcilicet præſciuit, id eſt longe ante ſciuit, & longe ante propoſuit vocare ſanctos. Sic ergo accipiendo prædeſtinationẽ, non pro ipſo æterno propoſito, ſed pro ipſa temporali collatione gratiæ, huiuſmodi anterioritas, quam denotat præſcientia, nõ ſolũ referri põt ad perſonas prædeſtinatas ſed ad ipſam prædeſtinationẽ, quia diuina præſciẽtia lõge añ fuit, q̃ eſſet prædeſtinatio ſic accepta. Notãdũ et ꝙ hoc qđ dicit, (Imaginis filii eius) accipiẽda eſt locutio intranſitiue; vt ſit ſenſus, imaginis filii eius, id eſt filii, qui eſt imago eius: eſt enim filius imago patris, iuxta illud Sap. Cap. 7. quòd eſt ſpeculum ſine macula dei maieſtatis, & imago bonitatis illius. Huius enim filii, qui eſt imago patris, ſumus prædeſtinati, heri conformes in puritate vitæ in præſenti, & poſtea in beatitudine in futuro. Notandum etiam quod chriſtus dicitur primogenitus, quia competunt ei iura primogenituræ: nam ipſe primo in eo hæreditatem percepit, etiam in eo quod homo, quia ante paſſionẽ eius, omnes ſancti ibant ad limbum, & nullus præferebatur deo, nec percipiebat illam diuinam hæreditatem: ſed anima chriſti ab inſtanti ſuæ conceptionis fuit perfecte fruens, & comprehendens. Rurſus, quando per chriſtum fuit aperta ianua cæleſtis, bene fuit hæc hæreditas alii diſtributa: & quia hæc ſunt iura primogenituræ, hereditatem primo accipere & eam aliis diſtribuere, dicitur chriſtus primogenitus in multis fratribus, id eſt in omnibus electis. Vel aliter ipſe eſt primogenitus ſecundum diuinitatem, quia ante omnem creaturam eſt, non factus, ſed genitus. Eſt etiam primogenitus ſecundum humanitatem, quia primo ſine peccato natus, primo impaſſibilis reſurrexit: quæ omnia ex gloſa haberi poſſent. Deinde cum dicit.

Quos autem prædeſtinauit: hos & vocauit. Et quos vocauit: hos & iuſtificauit. Quos autem iuſtificauit: illos & magnificauit.

Oſtendit quomodo his qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti, omnia cooperantur in bonũ, tam ex beneficio prædeſtinationis, vt probauit ſecunda ratio facta, quàm etiam ex aliis ſequentibus beneficiis, vt probant rationes ſequentes. Et licet poſſint formari tres rationes ſecundum tria beneficia, quæ hic tanguntur, vt in aſſignando partes dicebatur: cauſa tñ breuitatis, ex omnibus his tribus vna talis ratio conſtari poteſt. Quicunq; ſunt à deo per fidem interius vocati, per gratiam a peccatis iuſtificati, per virtutes magnificati, illis omnia cooperantur in bonum: ſed quos deus prædeſtinauit, id eſt, quos deus ſecundum ſuum propoſitum vocauit ſanctos, illos per fidem interius vocauit, per gratiam iuſtificauit, per virtutes magnificauit: ergo talibus vocatis ſanctis omnia cooperantur in bonum. De hac autem ratione ponit

A virtutem medii. Continuetur autem ſic litera, benẽ dico ꝙ diligentibus deũ, & vocatis ſanctis, omnia cooperantur in bonum, quia quos ab æterno prædeſtinauit diligendo, & ſecundum ſuum ſanctum propoſitum vocando, hos & vocauit interius ad fidem adducendo: & quos ſic vocauit, hos & iuſtificauit per gratiam peccata remittendo: quos autem iuſtificauit, illos & magnificauit virtutibus ampliando. Tunc eſt ſupplenda ratio, cum vocatis per fidem, iuſtificatis per gratiam, ampliatis per virtutes, omnia cooperentur in bonum, quia prædeſtinati, & ſecundum ſanctum propoſitum ſancti vocati ſunt, his ergo talibus omnia cooperantur in bonum. Notandum autem quod cum quatuor tacta ſint videlicet, prædeſtinatio, vocatio, iuſtificatio, & magnificatio: ſi accipiatur prædeſtinatio proprie, vnum horũ eſt à deo, videlicet prædeſtinatio: reliqua autem tria ſunt in nobis, vt gloſa tangit. Notandum etiam vt in gloſa tangitur B duplex eſt vocatio, vna per prædicatores exterius, & hæc poteſt eſſe communis bonis & malis, de qua dictũ eſt, Multi ſunt vocati, pauci vero electi. Alia eſt vocatio per fidem formatam interius, de qua hic dicitur, quos autem prædeſtinauit, hos & vocauit. Notandum etiã, vt gloſa tangit, deus dupliciter magnificat ſuos: primo hic in præſenti eos virtutibus ampliando: ſecũdo in futuro ipſos æternaliter remunerando. Vtroq; autem modo deus prædeſtinatos magnificat, quia hic virtutibus eos ampliat, et in futuro æternaliter remunerat. Notandum etiam quod diligentibus deum, & vocatis ſanctis, omnia cooperantur in bonum, quia non exiſtentes prædeſtinantur: ſi ſint auerſi, vocãtur: ſi peccatores, iuſtificantur: ſi moriuntur, magnificantur. Mors ergo, aduerſio, & talia omnia cooperantur in bonum. Notandum etiam ꝙ non ex hominum merito, ſed ex ſancta dei prædeſtinatione, & ex ſancto C propoſito, ſanctis dei omnia cooperantur in bonum. Nam deus ſanctos ſuos, vt gloſa tangit, conſolatur proſperis, exercitat aduerſis: nam ſi ſancti infirmãtur, hoc eis operatur in bonum, quia eorum exercetur humilitas: ſi affliguntur, exercetur patientia: ſi eis contradicitur, exercetur ſapientia: ſi odio habentur, exercitatur charitas & beniuolentia: vſq; adeo, vt gloſa tãgit, & ſumpta eſt ab Auguſtino de Correctione & gratia, talibus deus omnia cooperatur in bonum, vt ſi qui eorum deuient & cadant, hoc ipſum eis proficiat, vt humiliores redeant, doctiores ſurgant, exultare cũ tremore diſcant. Notandum etiam ꝙ ſicut aduerſis malis, & depreſſis pro iuſtitia, bona operantur in malũ quia male vtuntur: ſic econuerſo, vocatis per fidem iuſtificatis per gratiam, magnificatis per virtutes, omnia etiam mala cooperantur in bonũ, quia bene vtuntur malis; talibus enim tam bona, quàm mala proficiunt: D iam mundus eſt eis in deſpectum, virtutes in adiutorium, corpus chriſti in viaticum, omnis ſcriptura in documentum, proſpera in ſolatium, aduerſa in exercitium, iuſti in exemplum, mali in compaſſionem, peccata propria in humiliationem. Vult ergo apoſtolus quod cum diligentes deum ſint ſic per fidẽ vocati, ſic iuſtificati, ſic magnificati, cũ talibus omnia cooperentur in bonum, quia omnibus bene vtuntur, conſequens eſt ꝙ diligẽtibus deũ oĩa cooperentur in bonũ; quod probare volebamus. Notãdũ etiam quod hic eſſent aliqua dubitanda, ſed propter prolixitate textus, vſq; in ſequentem lectionem: dubitationes illas decreuimus differendas.

Cap. 9.

LECTIO. XXVIJ.

Quid ergo dicemus ad hæc? ſi deus pro nobis, quis contra nos?

Poſtquàm apoſtolus oſtendit quomó ſpiritus ſanctus nos adiuuat: & quomodo omnia in bonum noſtrum ordinat. In parte iſta, oſtendit, quomodo deus pater oĩa adiuuantia nobis præbeat: & omnia nociua repellat. Circa quod duo facit; quia primo proponit quod intendit: ſecundo probat propoſitum, ibi, Qui etiam proprio filio.) Continuetur ergo ſic, Quid ergo dicemus ad hæc, id eſt ad iſta tanta beneficia? quaſi dicat, ſi bene conſideremus beneficia nobis exhibita, nullus poteſt nobis nocere, nullus poteſt à dei charitate nos ſeparare, nullus poterit nos à fide & ſpe ęternę hæreditatis euellere: immo ſi deus pro nobis paratus eſt adiuuantia præbere, quis contra nos (ſupple) poterit nociua inferre? Deinde cum dicit.

Qui etiam proprio filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum: quõo non etiam cũ illo oĩa nobis donauit?

Probat quod dixerat: circa quod duo facit, quia primo oſtendit quomodo deus pater paratus eſt omnia proficua nobis donare & prębere; ſecundo quomodo paratus ſit omnia nociua excludere, & remouere, ibi, Quis accuſabit). Formetur autem ſic ratio, Quicunq; pro aliquibus ſuo proprio filio non pepercit, ſed pro omnibus illis tradidit illum, multo magis ſimul cũ ipſo filio omnia proficua dabit eis: ſed deus pater proprio filio non pepercit, ſed pro omnibus nobis tradidit illum, ergo multo magis cum ipſo filio omnia nobis adiuuantia & omnia proficua donauit. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur aũt ſic littera, Benè dico quòd deus pater eſt, & ꝙ ipſe pater paratus e oĩa proficua donare: nã ſi pro nobis, deus pater eſt ille qui proprio filio ſuo .i. filio ſuo conſubſtantiali non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit iſtum morti, quomodo non etiam cum illo donauit nobis omnia proficua & omnia bona? Arguit ergo per locum à maiori: nam ſecundum Auguſtinum in lib. quæſtionum euangelii & habetur in gloſa, minus eſt nobis omnia donare, quàm noſtri cauſa filium morti tradere; ſi ergo pater ipſum filium pro nobis tradidit, multo magis omnia proficua, & omnia ad ſalutem neceſſaria nobis donauit. Notandum autem ꝙ pater donando nobis filium, donauit nobis omnia: quia dat nobis iuſtitiam in præſenti, & paratus eſt nobis dare vitam ęternam in futuro. Vel aliter, vt etiam gloſa tangit, ſimul cum filio dantur nobis omnia, quia dantur nobis ſuperiora. Nam ſuperiora, vt deus trinitas, datur nobis ad fruendum: ęqualia vero, vt angeli, dantur nobis ad conuiuendum: ſed inferiora, vt corpus, dantur nobis ad dominandum. Notandum etiam ꝙ cum dicimus hic auxilium eſſe à deo patre, alibi à ſpiritu ſancto, non eſt dubitandum quin quodlibet auxilium ſit à tota trinitate, quia indiuiſa ſunt opera trinitatis, ſicut eſt indiuiſa ſubſtantia, vt vult Damaſc. 3. lib. cap. 14. ſed hoc dictum eſt per quãdam appropriationem: nam quædam poſſunt appropriari deo patri, quædam filio, quædam ſpiritui ſancto. Deinde cum dicit.

Quis accuſabit aduerſus electos dei? Deus qui iuſtificat. Quis eſt qui cõdẽnet?

A Propoſuerat enim apoſtolus ſi deus pro nobis quis contra nos? igitur oſtenſo, quomodo deus pater eſt pro nobis, q͂a dat oĩa proficua, & oĩa bona: declarat, quis poterit eſſe contra nos? cum deus pater auferat, & excludat omnia aduerſantia, & omnia nociua. Formetur autem ſic ratio, Quoſcunq; deus pater iuſtificauit, nullus eſt qui eos accuſet nec condemnet: ſed deus pater nos iuſtificat, ergo nullus nos accuſat vel condemnat. Accuſationes ergo & condemnationes, & cætera nociua, remouet à nobis deus pater. Continuetur autem ſic litera, quis contra nos? quaſi dicat, nullus: nam deus eſt qui iuſtificat ipſos electos; & quia ſic eſt, quis accuſabit aduerſus electos chriſti? & q̃s eſt q condemnet nos? quaſi dicat, nullus. Si enim deus nos iuſtificat, & confert nobis vitam, nullus eſt qui poſſit nos accuſare, vel qui poſſit nos condemnare, id eſt, qui poſſit nobis conferre mortem, vt gloſa exponit. De-

B inde cum dicit.

Chriſtus Ieſus qui mortuus eſt, immo qui & reſurrexit, qui eſt ad dexteram dei, qui etiam interpellat pro nobis.

Oſtendit quomodo nos adiuuat filius, quia pro nobis interpellat. Formetur autem ſic ratio, Quicunq; pro nobis eſt mortuus, reſurrexit, & ad cælos aſcẽdit, ille pro nobis interpellat: ſed chriſtus pro nobis hoc ſuſtinuit, ergo ipſe pro nobis interpellat. De hac autẽ ratione ponit virtutem medii. Continuetur autem ſic litera. Nullus poteſt nobis nocere: & nequaquàm de ęterna hęreditate debemus diffidere, & nullatenus à charitate dei debemus recedere: quia ipſe ſpiritus nos adiuuat, ipſe pater pro nobis pugnat, ipſe filius pro nobis interpellat. Ideo ait ꝙ chriſtus Ieſus qui mortuus eſt, immo qui & reſurrexit, & qui eſt dexterã

C dei: ipſe eſt qui interpellat pro nobis. Notandum autem ꝙ plus eſt pro nobis mori, & pro nobis tanta facere, & reſurgere, & ad cęlos aſcendere, quàm pro nobis interpellare, & intercedere; ſi ergo chriſtus illa facit pro nobis, multo magis faciet iſtud. Notandum etiam ꝙ ſi chriſtus, teſte apoſtolo, in omnibus exauditus eſt pro ſua reuerentia, poſtquam habemus tantum interpellantem, tantũ intercesſorem, cum omni fiducia poſſumus ad patrem accedere. Notandum etiam ꝙ chriſtus pro nobis mortuus eſt, vt nos reconciliaret; reſurrexit, vt nos reſuſcitaret; ad cęlum aſcendit, vt nos ad cęlum eleuaret. Notandum etiam ꝙ chriſtus interpellat pro nobis, vt gloſa tangit, non voce, ſed miſeratione. Nam cum continue humanitatem, quam aſſumpſit, & graue genus mortis quod ſubſtinuit, paterno vultui offerat vt nobis miſereatur, dicitur pro nobis continue interpellare. Deinde cum dicit.

Quis ergo nos ſeparabit à charitate chri-

D ſti? tribulatio? an anguſtia? an fames? an nuditas? an periculum? an perſecutio? an gladius?

Hæc eſt tertia pars, diuiſa contra totum capitulum. Dicebatur enim, ꝙ apoſtolus in hoc capitulo tria oſtendere intendebat, videlicet, nos ſub lege chriſti eſſe: ſub lege chriſti debere eſſe: & ſub huiuſmodi lege debere perpetualiter eſſe, & nequaquàm debere ſeparari à charitate chriſti. Expeditis ergo duabus partibus, hic exequitur de tertia parte. Circa quod duo facit: quia primo oſtendit ꝙ nihil nos à charitate chriſti ſeparare poteſt, ibi, Certus ſum.n.) Circa primũ tria facit: quia primo oſtẽdit ꝙ nullę paſſiones electos à chriſto ſeparat: ſecundo declarat ꝙ omnes paſſiones pro chriſto electi tolerant: tertiò oſtendit ꝙ omnes paſſiones, electi per chriſtum ſuperant. Secunda ibi, Sicut ſcriptũ eſt.) Tertia ibi, Sed in his omnibus.) In prima parte intendit talem rõnem, Quoſcunq; tribulatio,

anguſtia, perſecutio, fames, nuditas, periculum, aut gladius, à charitate chriſti non ſeparat, illos nulla paſſio à charitate chriſti ſeparabit; ſed nos nullæ tales paſſiones à charitate chriſti ſeparant, ergo nulla paſſio à charitate chriſti ſeparabit. De hac aũt ratione ponit virtutem medii. Continuetur autem ſic litera, Cum nos habeamus tot auxilia, quia habemus ſpiritum ſanctum auxiliantem, patrem nos defendentem, filium pro nobis interpellantem; itaq; cum ita ſimus radicati, & fundati in lege ſpiritus & in charitate chriſti, quis ergo, id eſt, quæ paſſio ſeparabit nos à charitate chriſti, tribulatio? an anguſtia? an perſecutio? an periculum? quaſi diceret? an gladius? ſi pp aliq̃ paſſionem deberemus ſeparari à charitate chriſti, ſepareremur propter aliquod horũ dictorum; ſed propter nihil tale ſeparamur, ergo nos nulla paſſio ſeparabit. Notandum autem, paſſiones hic enumeratas dupliciter diſtingui poſſe: quia paſſiones, quę nobis poſſunt timorem incutere vt ſeparemur à charitate chriſti, non poſſunt reſpicere tempus præteritum, quia paſ- B ſio præterita non affligit. Talia ergo quæ affligunt, vel reſpiciunt malum futurum, vel præſens; ſi futurũ, ſic ſunt primę tres paſſiones, videlicet tribulatio, anguſtia, perſecutio: ſi pręſens, ſic ſunt aliæ quatuor paſſiones ſequentes. Primæ autem tres paſſiones ſic diſtinguntur; quia quantum ad malum futurum primo homo perſecutionem patitur: ſecundo tribulatur: vltimo anguſtiatur. Perſecutionẽ enim patitur quis, cum ſibi malum aliquod videt imminere: tribulatur vero, cum per varias vias in mente cogitat quomodo poſſit illud malum effugere, diſtrahitur & turbatur. Anguſtiatur, quando deficiunt ſibi vię, & anguſtiatur ex fuga, videns quòd nõ poteſt malum fugere, quin illud patiatur. Igitur propter perſecutionem, homo malum imminere ſibi apprehendit: propter tribulationem in mente turbatur, & quomodo poſſit illud C malum fugere, diuerſas vias fingit: ſed propter anguſtiam, anguſtiatur ſibi vię, & illud malũ poſſe effugere non credit. Aliæ autem quatuor paſſiones reſpiciunt tempus pręſens, quę ſic diſtinguuntur: quia quicunq; patitur aliquid, vel hoc eſt per ſubtractionem proficui, vel p illationem nocui: ſi per ſubtractionem proficui, vel hoc eſt quia ſubtrahitur alimentum, quod debet reficere interius, & ſic eſt fames: vel quia ſubtrahitur indumentum, quod debet tegere exterius, et ſic eſt nuditas. Si vero per illationem nocui, aut hoc eſt in præparatione, & ſic eſt periculum, quod idem eſt quod apparatus mortis, vt dicit gloſa: aut hoc eſt in actuali executione, & ſic eſt gladius, id eſt mors, vt gloſa exponit. Ad has ergo paſſiones, quaſi omnes paſſiones & omnes afflictiones adduci poſſunt: quare ſi illæ paſſiones nos à charitate chriſti non ſeperant, nos nulla paſſio ſeparabit. Deinde cum dicit.

psal. 43. d.

D **Sicut ſcriptũ eſt, Quia propter te mortificamur tota die: æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis.**

Oſtendit quòd non ſolum propter has paſſiones à chriſto non ſeparamur, ſed pro chriſto omnes has toleramus. Propter quod ſciendum, ꝙ mors eſt finis omnium terribilium, vt dicitur tertio Ethicorum: qui ergo pro chriſto mortificatur & occiditur, quaſi omnia terribilia, & omnes paſſiones pro chriſto patitur. Formetur autem ſic ratio. Quicunq; pro chriſto mortificantur, & occiduntur, quodãmodo omnes has paſſiones, & omnes afflictiones tolerant patienter: nos ſumus huiuſmodi, ergo &c. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur autem ſic, non ſolum propter has paſſiones à chriſto non ſeparamur, ſed has propter ipſum toleramus, Sicut ſcriptum eſt, quia propter te mortificamur tota die, id eſt quia tibi inſeparabiliter adhęremus, mortificamur, id eſt variis

A tormentis, paſſionibus, & afflictionibus affligimur, tota die, id eſt in tota vita: ęſtimati ſumus ſicut oues occiſionis, id eſt ſicut oues morbidę, quæ ad nihil aliud valent, niſi vt occidantur. Notandum autem ꝙ hic apoſtolus duo tangit, primo afflictionem ſanctorum, cum dicit, propter te mortificamur tota die: ſecundo tangit crudelitatem tyrannorum, cum ſubdit, ęſtimati ſumus ſicut oues occiſionis. q. d. ita ſunt crudeles tyranni erga nos, ita ſine miſericordia ſe habent ad nos, ſicut ſe haberent ad oues morbidas, quæ ſunt dignæ occiſione. Notandum etiam ꝙ vt gloſa ait, & ſumpta eſt ab Auguſtino in ſermone de natali martirum, Martyrem non facit pœna, ſed cauſa: ideo ait propter te, vt notet cãm, ſine qua corona nõ redditur martyrii. Notandum etiam quòd, vt gloſa tangit, quod p hæc verba poteſt apoſtolus reſpondere cuidam tacitæ quæſtioni: poſſet enim quis dicere apoſtolo, Tu apoſtole dicis quòd propter has paſſiones non ſepararis à charitate chriſti: ſed diceret aduerſarius, ideo hoc B contingit, quia has paſſiones non pateris. Ad quod reſpondet apoſtolus quòd immo patimur, & toleramus, ſicut ſcriptum eſt, Quia propter te mortificamur tota die &c. Deinde cum dicit. psal. 43.

Sed in his omnibus ſuperamus, propter eum qui dilexit nos.

Oſtendit quòd omnes has paſſiones propter chriſtum ſuperamus. Formetur autem ſic ratio, Quicunq; à deo diliguntur, omnes huiuſmodi paſſiones ſuperant: nos à deo diligimus, ergo omnes paſſiones huiuſmodi ſuperamus. De hac autem ratione ponit virtutem medii, dicens, quòd in his omnibus (ſupple) tribulationibus, & tormentis poſiti, ſuperamus, id eſt, ſuperiores efficimur; & hoc non pp nos, ſed propter eum, qui † fecit nos, cuius beneficium ſuperat vniuerſa. † dilexit C Notandum autem quòd paſſiones, & tribulationes, quas anima in mundo patitur, ſuſtinet eas propter coniunctionem, quam habet ad corpus. Nam ſeparata anima à corpore, tyranni huius mundi nihil in ea poſſent. Cũ ergo anima iuſti verius ſit vbi amat, quàm vbi animat: & ſecundum nobiliorem partem, vt ſecundũ mentẽ ſit coniuncta deo, quàm vnita corpori: propter vnionẽ quã habet ad deum, & propter eum, qui diligit eam, modicum reputat corporales afflictiones. Homines ergo mundani, qui totaliter circa corporalia ſunt affecti, propter corporales paſſiones, & propter tyrannicas perſecutiones deficiuntur, & deuincuntur, & eas ſuperare non poſſunt. Deinde cum dicit.

Certus ſum enim, quia neq; mors, neq; vita.

Oſtendit quòd ſancti dei & electi, non ſolum à chaD ritate chriſti non ſeparantur, ſed etiam ab ea ſeparari non poſſunt. Ad cuius euidentiam ſciendum quòd cum quatuor ſint cauſæ, materia non ſe habet vt agẽs & mouens, ſed magis ſe habet vt id quod motui, & trãſmutationi ſubiicitur: forma etiam non ſe habet vt mouens, & vt agens propriẽ, licet poſſit eſſe ratio agendi & mouendi. Duæ ergo à philoſophis & à ſapientibus aſſignatæ ſunt cauſę agentes & mouentes: videlicet, finis & efficiens. Quomodo autem hę duę diuerſimode moueant, non eſt pręſentis ſpeculationis. Apoſtolus ergo, volens oſtendere ꝙ non poſſumus ſeparari à charitate dei, duo facit. Nam primo oſtendit hoc ex parte cauſæ finalis: ſecundo ex parte efficientis, ibi, Neq; angeli.) Propter primum ſciendum quòd quilibet conſtituit ſibi finẽ, adipſci bonum & carere malo. Si ergo ex parte cauſę finalis poſſet nos aliquis ſeparare a charitate chriſti, vel hoc eſſet vita, id eſt bonum aliquod nobis promiſſum, cui vellemus eſſe coniuncti: vel hoc eſſet mors, id eſt, malum aliquod nobis cõ

minatum,à quo vellemus eſſe ſeparati. Formetur au-
tem ſic ratio,Quoſcunq; neq; mors, ideſt nullum ma
lum eis comminatum: nec vita, ideſt nec aliquod
bonum eis promiſſum,poteſt eos ſeparare à charitate
chriſti,nec aliquod aliud eos poterit ſeparare:ſed ſan-
cti & electi ſunt huiuſmodi, ergo. De hac autem ra-
tione ponit virtutem medii dicens, Certus ſum enim
quod neq; mors, ideſt neq; quodcunq; malum quod
nobis minantur: nec vita,ideſt neq; quodcunq; quod
nobis promittunt,poterit ſcilicet nos ſeparare à chari
tate dei.Deinde cum dicit.

**Neq; angeli,neq; principatus, neq; vir-
tutes.**

Oſtendit quòd non poſſumus ſeparari à charitate,
ex parte cauſæ efficientis,probans quòd nulla creatu
ra poterit hoc efficere.Creatura autem,quantum ad
præſens ſpectat,tripartita eſt, quia quędam eſt ſpiri-
tualis,quædam corporalis, quædam ex vtraq; com-
poſita.Ideo tria facit:quia primo oſtendit quod non
poteſt nos ſeparare creatura ſpiritualis: ſecundo nec
corporalis:tertio quòd non ex vtraq; compoſita.Se-
cunda ibi,Neq; inſtantia).Tertia ibi,Neq; fortitudo.)
Ad euidentiam primæ partis ſciendum quòd ſecun-
dum Dionyſium in de angelica hierarchia,lex diuini-
tatis eſt,infima in ſuprema, per media reducere: ſem
per enim infima ſupremorum, attingunt ſuprema in-
fimorum.Mundus ergo immediatè adminiſtratur per
inferiores angelos, ita quòd præceptum diuinum à
ſummo deorſum currens per ſuperiores ordines, ad
inferiores defertur,donec tandem ad hanc cognitio-
nem veniens,opere compleatur,vt dicit Hugo in cō-
mēto ſup.5.cap.angelicæ hierarchię. Angeli ergo ſu
periores illuminãt inferiores,iferiores vero illuminãt
nos,& mittũtur ad nos.Si ergo p aliquos angelos poſ
ſemus ſeparari à charitate dei, hoc eſſet per angelos
inferioris hierarchię,qui inter nos conuerſantur, &
ad nos mittuntur:quare ſi illi non poſſunt nos ſepa-
rare,nec aliqui alii:ſunt autem in inferiori hierarchia
tres ordines,videlicet angeli,principatus, & virtutes.
Formetur autem ſic ratio,Quicunq; non ſeparantur
à charitate dei,nec per angelos,nec per archangelos,
nec per virtutes, qui mittuntur ad nos & conuerſan-
tur inter nos, nec per aliquos alios angelos poterit
ſeparari: nos ſumus huiuſmodi,ergo &c.De hac autē
ratione ponit virtutem medii,dicens,quòd nec ange-
li,nec principatus,ideſt archangeli,nec virtutes pote-
runt nos ſcilicet ſeparare à charitate dei. Notandum
autem ꝙ hic principatus, non accipitur prout eſt
Ordo mediæ hierarchiæ, ſed prout eſt ordo infimæ
hierarchiæ:idem enim hic ſonat principatus, quòd ar
changeli.Nam archangelus dicitur ab archos, qui eſt
princeps:rectè igitur principatus archangeli dici poſ
ſunt.Vnde magiſter in gloſa dicit ꝙ per angelos intel
ligitur ordo minor,per principatus ordo medius,per
virtutes ordo maior. Notandum etiam ꝙ ſecundum
Dionyſium,virtutes nominant medium ordinem ſecũ
dæ hierarchiæ:Sed ſecundum Gregorium nominant
primum & ſupremum ordinem infimæ hierarchiæ.
Secundum Gregorium ergo dicemus ꝙ in infima hie
rarchia ſunt virtutes tanquàm ordo maior, archan-
geli tanquàm ordo medius,angeli tanquàm ordo mi
nor;qui ſic diſtinguũtur,quia virtutum eſt facere mira
bilia,archangelorum vero nuntiare maiora, angelo-
rum autem nuntiare minora.Deinde cum dicit.

Neq; inſtantia,neq; futura.

Oſtendit quod nos non poſſunt ſeparare à charita-
te dei corporalia,quia ſi talia poſſent nos ſeparare,
vel eſſent præſentia, vel eſſent futura:præterita vero,
cum eſſe deſierint,non habent potentiam ſeparandi.
Formetur aũt ſic ratio,Quoſcunq; neq; corporalia
præſentia,nec ventura, poſſunt ſeparare à charitate

A dei,nec aliqua alia corporalia eos poterunt ſepara-
re;nos ſumus huiuſmodi,ergo &c.De hac autem ratio
ne ponit virtutem medii,dicens,ꝙ neq; inſtantia, ideſt
neq; corporalia pręſentia: neq; futura. i. corporalia
uentura, poterunt ſcilicet ſeparare à charitate dei.
Notandum autem quòd cum dicimus quòd nihil po-
teſt nos ſeparare à charitate dei,intelligendum eſt ni-
ſi velimus:quia non poteſt in nobis in hoc inferri vio
lentia,nec habemus hoſtem qui poſſit vincere,niſi vo-
lentes.Deinde cum dicit.

**Neq; fortitudo,neq; altitudo, neq; pro-
fundum, neq; creatura alia, poterit nos ſe-
parare à charitate dei,quæ eſt in chriſto Ie
ſu domino noſtro.**

Oſtendit quòd à charitate chriſti nos non poteſt
ſeparare homo,qui eſt creatura ex vtraq; ſubſtãtia.i.
B ex ſpirituali & corporali compoſita. Propter quod
ſciendum,quòd ſi homo poſſet nos ſeparare à charita
te chriſti,vel hoc eſſet quia nos teneret per potentiã;
vel quia nos induceret per ſapientiam:vel quia nos al
liceret per humanam proſperitatem,vel per diuitiarũ
gloriam.Formetur autem ſic ratio,Quicunq; nó poſ-
ſunt ſeparari à charitate chriſti,nec per humanam po
tentiam,nec per humanam ſapientiam, nec per huma
nas diuitias,vel per humanam gloriam, nullo modo
poſſunt per hominem ſeparari:nos ſumus huiuſmodi,
ergo &c.De hac autem ratione ponit virtutem medii,
dicens,quod neq; fortitudo.i.humana potētia,neq; al
titudo,ideſt proſperitas,ſiue diuitiæ humanæ,ſiue hu-
mana gloria: neq; profundum,humana ſcilicet ſapiē-
tia:neq; creatura alia poterit nos ſeparare à charitate
dei,quę eſt in chriſto Ieſu dño nřo. Notandum autem
quòd cum enumerata ſint omnia genera creaturarũ,
C quòd quęcunq; creatura,vel eſt ſpiritualis,vel eſt cor-
poralis,vel ex vtraq; compoſita, quòd ſi nulla talis
poteſt nos ſeparare à charitate dei, ergo nec aliud,
ideſt nec aliqua creatura poterit nos ſeparare à cha-
rate dei.Notandum autē Magiſtrum aliter introdu-
cere hanc partē,dicens,ꝙ nec creaturę nominatæ,nec
creatura alia.i.nec creatura noua córſa naturã facta,
poterit nos ſeparare à charitate dei. Notandũ etiã ꝙ
hoc quod dictum eſt,(altitudo,& profundũ.)quod ex
poſuimus ꝙ referuntur ad homines, poſſunt tamē ſe
cundum magiſtrum referri ad diabolum, vel ad mũ-
dum:vt dicamus quòd non ſolum homo per ſuam al-
titudinem,& per ſuum profundum,non poteſt nos ſe-
parare à charitate dei, ſed etiam diabolus per ſuam
altitudinē,& ſi promittat nobis omnia regna mundi;
& per ſuum profundum,vt ſi comminetur nobis pœ-
nas inferni,poterit nos ſeparare ab huiuſmodi chari-
tate.Sic etiam mundus,per ſuam altitudinē, ideſt per
D ſuam proſperitatem,& per ſuum profundum, vt per
ſuam aduerſitatem,ab hac charitate nos non poterit
ſeparare.Notandum etiam quòd charitas dei, quæ eſt
in chriſto Ieſu, poteſt intelligi de charitate qua nos
diligimus deum,vt ſit ſenſus,quòd nihil poteſt nos ſe-
parare à charitate dei,ideſt à charitate qua diligimus
deum,quę eſt in chriſto Ieſu, quia per ipſum huiuſ-
modi charitas deriuatur ad nos. Secundo modo
poteſt exponi de charitate, qua deus nos diligit, vt
ſit ſenſus, nihil poteſt nos ſeparare à charitate dei,
ideſt à charitate qua diligit nos deus, quæ chari-
tas eſt in chriſto Ieſu, ideſt eſt manifeſtata, & oſtenſa
in chriſto Ieſu:nam in hoc deus ſuam charitatem,quã
habet erga nos, maxime manifeſtauit,quando chriſtũ
Ieſum vnigenitum filium ſuum, pro nobis tradidit.
Hanc etiam charitatē in ſeipſo chriſtus oſtendit,quan
do ſeipſum pro nobis obtulit; quod faciendo maio-
rem charitatem erga nos quaſi oſtendere non po-
tuit,quia,vt ipſe teſtatur, Maiorem charitatem nemo
habet

habet et cetera.

Circa lectionem tam hãc, quàm præcedentem, ſunt aliqua dubitanda. Nam primo dubitatur de eo, quod apoſtolus ait, Omnis creatura ingemiſcit & parturit vſq; adhuc: quod exponens magiſter ait, ꝙ omnis creatura dicitur ingemiſcere, & parturire, quia cum labore operatur. Sed contra: corpora cęleſtia ſunt impaſſibilia, cuius contrarium plane aſſerit magiſter, dicens quod ſol & luna non ſine labore implent. i. peragunt ſtatuta ſibi ſpatia. Dicendum ꝙ loborioſum idem ſonat quod improportionatum, ſecundum quem modum loquitur philoſophus in. 2. de cęlo & mundo, dicens, ꝙ ſi vna ſtella adderetur ſuperiori orbi, motor eius moueret cum labore, & pœna, id eſt mobile non eſſet proportionatum motori: quare quanto aliquid ſit magis conſentaneum rei, magis videtur ei eſſe proportionatum: iſte ſtatus deterior, quia non eſt ita cõſentaneus rei, deſcribitur eſſe laborioſus, reſpectu ſtatus melioris: & quia in meliori ſtatu erunt corpora ſuper celeſtia poſt reſurrectionem, quàm nunc, quia non mouebuntur, & erunt lucidiora, ideo ſtatus iſte laborioſus eſſe deſcribitur. Quod ſi adhuc de propoſitione dubitatur, dicamus quod ſicut animalia mouentur, & cũ ſunt in termino, quieſcunt: ſic terminus motus cæleſtis, eſt impletio numeri electorum: quàmdiu ergo non erit impletus electorum numerus, mouebitur cęlum: illo autem completo, ceſſabit motus. Animalia ergo cæleſtia cũ mouentur, dicũtur eſſe in actu laborioſo. Et quia vellẽt eſſe in termino, & q̃a nõ poſſunt ceſſare a motu, eo q̃d motus ille nõ fiat p virtutes organicas, naturali ĝ appetitu vellent illa corpora eſſe in termino & ꝙ cõpletus eſſet numerus electorũ, vt haberent perfectiorem ſtatum: & ideò ingemiſcit & parturit, & dicitur cęleſte corpus cũ labore operari, nõ quia nõ poſſit in eo continuari motus, ſed quia naturali appetitu appetũt quieſcere ab illo motu, non obſtante ꝙ Philoſophus cõtrarium ſentiat in. 12. Metaphy. dicens, Intelligentiam eſſe in optima diſpoſitione vt moueat, & per cõſequens cœlum eſſe in optima diſpoſitione vt moueatur: cuius opinionẽ in opere q̃d de Generatione edidimus, variis improbauimus viis.

Tex. 71.

Cap. 12.

Cęlũ poſt iudicium non mouebitur.

Tax. 44.

Quaſt. 2.

Vlterius fortè dubitaret aliquis de hoc quod apoſtolus ait. Spes, quę videtur, non eſt ſpes. Contra; Act. 7. Stephanus vidit gloriam dei; & tamen gloriam ſperabat, quia adhuc erat in ſtatu viatoris. Dicendum ꝙ ſpes eſt de pertinentibus ad ſe, & non proprie de pertinentibus ad alios. Stephanus ergo aliud vidit, & aliud ſperauit: vidit enim gloriam dei, & vidit Ieſum ſtantẽ a dextris virtutis dei, ſed non vidit gloriam propriá, quia nondum erat beatus. ſperabat ergo quod non habebat, & erat beatus in ſpe, non in re.

Vlterius forte dubitaret aliquis de hoc quod in littera dicitur, quia illos quos pręſciuit: & pręDeſtinauit. Sed contra: pręſcientia diuidit ex oppoſito prædeſtinationem, ergo pręſciti non ſunt prædeſtinati. Dicendum ꝙ quando aliquid non habet nomen proprium, retinet ſibi nomen commune: vt proprium dicitur de Proprio, et de Diffinitione, vt patet per philoſophũ in lib. Topicorum: tamen quia diffinitio habuit nomen proprium, propria paſſio retinuit ſibi nomen commune & appellata eſt proprium, cum tamen ipſa diffinitio ſit quid proprium, quia eſt propria diffinitio. Sic & in propoſito, deus pręſciuit & ſaluãdos, & damnandos: tamen quia ſaluandi habent propriũ nomen, & dicuntur prædeſtinati: damnandi retinuerunt ſibi nomen commune, & vocati ſunt præſciti: cõmuni ergo nomine & ipſi prædeſtinati ſunt pręſciti. Apoſtolus, non loquitur de preſcientia vt diuiditur ex oppoſito contra pręDeſtinationem: ſed vt ſecundum commune nomen, ipſi prædeſtinati præſciti dici poſſunt.

1. Cap. 4.

Vlterius forte dubitaret aliquis de hoc quod apo-

A ſtolus ait, Quos vocauit: hos & iuſtificauit. quod gloſſa exponens, ait, ꝙ intelligitur de interiori vocatione, qua impletur pręDeſtinatio. Sed contra: multi vocantur interius, habentes bonam fidem, & veram charitatem, à qua cadunt, quia non ſunt prædeſtinati, ſed præſciti. Dicendum autem quod ſecundum interiorẽ vocationem, aliqui vocantur ſolum ad præſentem iuſtitiam, aliqui ad æternam gloriam: non loquitur gloſa de vocatione ſolum ad præſentem iuſtitiam, ſed de ea quæ eſt ad ęternam gloriam, quam non habent niſi pręDeſtinati.

Vlterius forte dubitaret aliquis circa lectionem præſentem, de hoc, quod apoſtolus dicit, Deus omnia nobis donauit. Vbi gloſa dicit quòd donauit nobis ſuperiora ad fruendum, vt ſe ipſum: paria ad conuiuẽdum, vt angelos: ſunt ergo angeli pares noſtri. Sed cõtra: intellectus humanus naſcitur ſicut tabula raſa, &

B tenet infimum gradum in genere ſubſtantiarum ſepararum, ergo &c. Dicendum quòd homo eſt par angelo natura, & gratia: natura quidem non ſpeciei, ſed generis: & quia in genere ſunt multi gradus, & latent analogiæ in generibus (vt poteſt patere ex ſeptimo Phyſicorum, & ſecundo Poſteriorum) non eſt inconueniens angelum, & animam eſſe ſic pares, & tamen animam tenere infimum gradum in genere ſubſtantiarũ ſepararum. Sunt etiam pares gratia: quia homines aſſumentur ad choros angelorum, & erunt ſicut angeli dei.

Vlterius forte dubitaret aliquis de hoc quod in littera dicitur, Chriſtus mortuus eſt, & reſurrexit. Gloſa exponens ait, Chriſtum eſſe mortuum pro nobis, & quod maius, eſt reſurrexit: ergo reſurrectio chriſti fuit maius quid, quàm mors eius. Sed contra: per mortẽ chriſti mundus fuit redemptus, non autem per reſur-

C rectionem, ergo &c. Dicendum quòd aliquid poteſt eſſe maius aliquo multipliciter: mors ergo fuit quid maius quantum ad oſtenſionem dilectionis, quia maiorem charitatem nemo habet vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. etiam fuit, quid maius quantum ad meritum. Sed reſurrectio fuit quid maius quã tum ad dignitatem, & miraculum: quia homines naturaliter moriuntur, ſed ſupra naturam eſt, quod reſurgant.

Vlterius forte dubitaret aliquis de hoc quod in littera dicitur, Neq; angeli, neq; principatus, neq; alia creatura: quod exponens gloſa ait, ꝙ per aliam creaturam, intelligitur creatura aliqua de nouo facta, ſicut fecerunt magi Pharaonis: vt ſit ſenſus, quòd nec creatura facta, ne aliqua de nouo fienda, poteſt nos ſeparare à charitate dei. Vbi videtur magiſter velle, ꝙ Magi potuerunt nouam creaturam facere, quod falſum eſt. Dicendum quòd nihil poſſunt nec boni, nec mali angeli de nouo creare: ſed quicquid faciunt, ope-

D rantur adhibendo ſemina & coniungendo actiua paſſiuis, vt vult Auguſt. 3. de Trinitate cap. 8. vnde ait, Sicut nec parentes dicemus creatores hominum, nec agricolas creatores frugum, quamuis eorum extrinſecus adhibitis motibus iſta creanda dei virtus interius operetur: ita non ſolum malos, ſed nec bonos angelos fas eſt putare creatores, ſi pro ſubtilitate ſui ſenſus & corporis, ſemina rerum iſtarum nobis occultiora nouerunt, & ea per cõgruas tẽperationes elemẽtorũ latenter ſpargunt, atq; ita gignendarum rerũ, & accelerandorũ incremẽtũ præbent actiones. Simpliciter ergo nec magi Pharaonis, nec aliqui angeli poſſunt nouas creaturas producere: videntur tamen noua facere dupliciter. Primo quantum ad apparentiam: nã quia ignoramus virtutes rerum, & non percipimus latentia ſemina quæ apponunt, videtur nobis quod noua faciant, quæ noua ſimpliciter efficere non poſſint. Secundo videntur facere noua quantum ad modum exiſtendi; nam ſicut multotiens natura facit pul-

lum cum quatuor pedibus, vel manum cum ſex digitis, ſic angeli ſiue boni ſiue mali, per adhibitionem ſeminum, poſſunt talia monſtra facere. Vnde & gloſa videtur dicere, quòd magi Pharaonis fecerunt equum cum duobus pedibus.

LECTIO. XXVIII.

CAP. IX.

VEritatem dico vobis in chriſto Ieſu, non mentior, teſtimoniũ mihi perhibente conſcientia mea in ſpiritu ſancto, quoniam triſtitia mihi magna eſt & continuus dolor cordi meo. Optabam enim ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis.

Vt dicebatur, non ſufficit aliquos ad pacem inducere, niſi illi in pace perſiſtant, & perſeuerent. Et ideo apoſtolus poſtq̃ in primis quatuor capitulis à Romanis materiam litigii remouit: & in quinto cap. eos ad pacem induxit: & ne à pace recedant ſibi inuicem peccata imponendo, oſtendit in ſexto cap. ꝙ ſunt à peccato liberati: & etiam de peccato liberati, ſe de lege iactando, oſtendit in ſeptimo cap. quod ſunt à lege abſoluti: ſic etiam ne à pace recedant, legem ſpiritus & charitatem dimittendo, oſtendit in octauo cap. quòd ſunt i charitate dei, & ſub lege ſpiritus collocati. Hic ne à pace recedant ſe à prerogatiua generis, vel de propriis meritis iactando, oſtendit ab hoc nono capitulo vltra, ꝙ non per generis prerogatiuam, nec per propria merita, ſed per dei prædeſtinationem, & per dei electionem, & per diuinum propoſitum, ſunt ſaluati. Intẽtio ergo apoſtoli ab hoc cap. vſq; ad cap. duodecimum eſt oſtendere, ꝙ non recedant Romani à vera pace, & à vera concordia, de prerogatiua generis, (vt faciebant Iudęi) vel de propriis meritis, (vt faciebant Gentiles) ſe iactando oſtendens quòd non ſit ſalus propter generis prerogatiuam, nec propter propria opera, ſiue propter propria merita: ſed propter diuinam prædeſtinationem, & ſanctum eius propoſitum, contingit homines ſaluos fieri. Duo ergo facit: quia primo præmittit ſuam intentionem, oſtendens, quòd non propter prærogatiuam generis, nec propter propria merita, ſed propter ſanctum dei propoſitum, homines ſunt approbati, vel reprobati; & ſunt prædeſtinati, vel præſciti. Secundo, huius approbationis, vel prædeſtinationis, pro vt eſt poſſibile, venatur & inquirit cauſam & rationem, ibi, Quid ergo dicemus.) Circa primum duo facit: quia primo oſtendit, quod deus non approbat nos propter generis prærogatiuam, quia multi ex Iudæis habentes prærogatiuã generis, ſunt à domino reprobati. Secundo declarat, quod deus nos non approbat propter propria opera, vel propter merita, quia Iacob & Eſau priuſquàm nati fuiſſent, & antequàm aliquid boni vel mali egiſſent, vnus eſt approbatus, & reliquus reprobatus. Secũda, ibi, Non ſolum autem illa: ſed & Rebecça.)

Ad euidentiam autem primę partis ſciendum quòd cum apoſtolus debebat hoc dicere contra Iudęos, oſtendens multos ex Iudęis reprobatos eſſe, & non propter prærogatiuam generis approbamur, vel ſaluamur à domino: ideo, ne crederent talia dicere, eo ꝙ haberet Iudæos odio, & cum quodam ſpeciali modo eſſet ipſe apoſtolus Gentium, hoc Capitulum incipit à Iudæorum compaſſione, oſtendens ſe Iudæos diligere

A non odire, dicens ſe de eorum perditione compati & dolere. Prima ergo diuiditur in partes tres: quia primo de reprobatione Iudęorum oſtendit ſe dolere, & habere inde compaſſionem: ſecundo huius compaſſionis aſſignat multiplicẽ rationẽ: tertio, cum Iudæi ſint reprobati, habentes prærogatiuam generis, oſtendit ꝙ non propter prærogatiuam generis contingit eſſe ſalutem, vel approbationem. Nam propter huiuſmodi prærogatiuam deus nos non ſaluat nec approbat immo multos huiuſmodi exiſtentes præſcit, & reprobat. Secunda ibi, Qui ſunt cognati mei.) Tertia ibi, Nõ autem quòd exciderit verbum.)

In prima parte intendit talem rationem, Quicunq; ſecundum veritatem, perhibente teſtimonium conſciẽtia in ſpiritu ſancto, optat anathema eſſe à chriſto Ieſu pro fratribus ſuis, ideſt pro reprobatione fratrum ſuorum, illi pro huiuſmodi reprobatione eſt cordi ſuo magna anguſtia, & continuus dolor: ego apoſtolus ſum huiuſmodi: ergo ego non odio

B fratres meos Iudæos, immo compatior eis, & pro ipſis eſt cordi meo magna anguſtia & continuus dolor. De hac autem ratione ponit concluſionem, & virtutem medii. Continuetur ſic litera, grauiter locutus ſum contra Iudæos, & adhuc contra eos debeo multa loqui, ſed hoc non eſt ex inimicitia vel ex odio, immo ex dilectione, quia compatior perditioni ipſorum. Ideo ait. Veritatem dico in chriſto Ieſu, qui eſt ipſa veritas, cui non poteſt ſubeſſe falſitas, non mentior, teſtimonium perhibente conſcientia mea, conſcientia dico fundata in ſpiritu ſancto: nam & ipſe ſpiritus ſanctus teſtis eſt, quoniam magna eſt mihi triſtitia, ideſt magnus eſt mihi ſtupor mentis, & continuus dolor cordi meo (ſupple) pro reprobatione fratrum meorum. Hæc eſt concluſio probanda, videlicet quòd compatitur & dolet pro fratribus ſuis. Et

C ſubdit, Optabam enim ipſe ego, ideſt optarem, ſi eſſe poſſet, eſſe anathema, ideſt eſſe ſeparatus à chriſto pro fratribus meis (ſupple) ſaluandis, & reconciliandis. Hęc eſt virtus medii. Et hæc eſt probatio concluſionis aſſumptæ: nam ex hoc probatur quod ipſe dolet de ſuorum fratrum reprobatione, quia ipſe optaret, ſi fieri poſſet, eſſe ad tempus anathema à chriſto, ad hoc quòd fratres ſui eſſent approbati, & reconciliati cum chriſto; quod non eſſet, niſi de eorum perditione doleret. Notandum autem ꝙ ſtupor contingit ex inopinatione rei: iſta enim eſt res valde inopinata, ꝙ gens ſancta, populus acquiſitionis, cuiuſmodi erat populus iudaicus, ſit nunc à domino reprobatus. Ideo dicit apoſtolus, quod eſt ei de hoc triſtitia magna, ideſt ſtupor mentis magnus, vt gloſa exponit. Notandum etiam ꝙ, vt medici tradunt, dolor contingit ex diuiſione continui: & quia Iudęi ſic erãt continuati apoſtolo, & ſic connexi ſecundum carnem, ideo ait, ꝙ per eorum ſeparationem, quia reprobati ſunt à domino, licet non omnes reprobati fuerint, tamen quia multi reprobati

D erant, merito ait apoſtolus ꝙ erat ei cõtinuus dolor, quia quaſi incidebantur apoſtolo membra ſua, & caro propria, cum ſeparabatur ab iis qui erant fratres eius ſecundum carnem. Notandum etiã ꝙ ſcd'm Auguſtinum, in ſermone domini in monte, Iuramentum eſt faciendum ut neceſſarium, cum pigri ſunt homines credere quod eſt eis vtile: & quia Iudęi pigri erant credere quòd apoſtolus compateretur eis, & quòd doleret de eorum perditione, ideo tot iuramentis aſſatur quòd veritatem dicit in chriſto Ieſu: & quòd licet forte videatur Iudæis ꝙ mentiatur exterius, aſſatur tamẽ quod non mentitur, perhibente ei teſtimonium conſcientia ſua in ſpiritu ſancto, quem huius rei teſtem inuocat ꝙ ipſe triſtatur & dolet de perditione ipſorum. Notandum etiam ꝙ hoc quod dicitur, Optabam anathema eſſe à chriſto, ſecundum gloſam tripliciter legitur: primo vt hoc ſit dictum poſt conuerſionem,

vt exponatur

vt exponatur ſicut expoſuimus: vt ſit ſenſus, optabam, idest optarem, ſi fieri poſſet, ad tempus in hac vita, vel etiam poſt mortem, pro fratribus meis ſaluandis, & reconciliandis (quaſi dicat) ita diligo fratres meos, quod vt ipſi eſſent coniuncti chriſto, ego vellem ad tempus ſeparari ab ipſo. Duobus etiam aliis modis poteſt exponi pro tempore ante cõuerſionem; ita quod vno modo exponatur pro legis defenſione: alio modo pro proprii delicti compaſſione. Primo modo exponitur ſic, ita eram zelator fratrum meorum, idest ita zelabam defendere legem, quam tenebant fratres mei, quòd pro defendendis fratribus, idest pro defendenda lege, optabam anathema eſſe à chriſto Ieſu: in quo apoſtolus inſinuat amorem, quem habebat ad Iudęos. Secundo modo exponitur pro proprii delicti iuſtitia & dolore (quaſi dicat) ego triſtor & de delicto meo proprio, quo in tantum peccaui, & in tantum deliqui, ꝙ optabam anathema eſſe à chriſto Ieſu pro fratribus meis (ſupple) retrahendis à fide chriſti. Perſequebatur enim apoſtolus eccleſiã, & volebat aliquos ex Iudęis, vel aliquos fratres ſuos iam ad fidem conuerſos, à fide retrahere; & quia ſic erat anathema, & ſeparatus à chriſto, vt fratres ſuos inde ſeparare vellet; ideo de hoc dolet & continue triſtatur, in quo magnũ zelum habuiſſe ad Iudęos ſe oſtendit, licet zelus ille non eſſet ſecundum ſcientiam. Deinde cum dicit.

Qui ſunt Cognati mei ſecundum carmen, qui ſunt Iſraelitæ.

Poſita compaſſione, ſubiungit illius compaſſionis multiplicem rationem: circa quod tria facit, quia primo aſſignat rationem ex parte naturæ, ſecũdo ex parte gratię, tertio ex parte chriſti, qui eſt autor vtriuſq; tam naturæ, quàm gratiæ. Secunda ibi, Quorum adoptio.) Tertia ibi, Quorum patres.) In prima parte intendit talem rationem, Quicunq; ſunt de gente alicuius, et cognati eius ſecundũ carnem, pro perditione illorum ille debet naturaliter dolere: Sed Iudęi ſunt Iſraelitę, ſunt de gente mea, ſunt mei cognati ſecundũ carnem: ergo pro perditione illorum debeo naturaliter dolere. Ex parte ergo ipſius naturę aſſignata eſt ratio, quare apoſtolus perditioni Iudęorum compatiatur. Ideo ait, Qui ſunt cognati mei ſecundum carnem, qui ſunt Iſraelitę, idest ſunt de gente mea. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, quòd cum tales ſint, pro perditione illorum debeo naturaliter dolere. Deinde cum dicit.

Quorum adoptio eſt filiorum, & gloria, & teſtamentum, & legiſlatio, & obſequiũ, & promiſſa.

Aſſignat rationem ex parte gratiæ. Formetur autẽ ſic ratio. Quibuſcunq; facta eſt tanta gratia quòd ipſorum erat adoptio filiorum dei, & gloria, & teſtamentũ & legiſlatio, & obſequium, & promiſſa, pro perditione illorum eſt maxime dolendum: Iudæi erant huiuſmodi, ergo &c. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur autem ſic litera, Benè dico ꝙ pro perditione Iudæorum eſt mihi magna anguſtia & continuus dolor, non ſolum ratione naturæ, quia ſunt mei cognati ſecundum carnem, ſed etiam ratione gratiæ, quia eis fuit facta tanta gratia: nam ipſi erant, quorum eſt adoptio filiorum dei, ipſi dicebantur olim filii adoptiui, iuxta illud exodi. 4. Primogenitus meus Iſrael. Ipſorũ erat & gloria, iuxta illud Deut. 7. Elegit te dominus deus tuus, vt ſis ei populus peculiaris. quod redundabat in magnam Iudęorum gloriam. Et eorum erat teſtamentum, idest, teſtamentum nouum, iuxta illud Ieremiæ. 31. Ecce dies veniunt, dicit dominus, & confirmabo ſuper domum Iſrael, & ſuper domum Iuda, teſtamentum meum. Ipſorum erat legiſlatio, quia eis data fuit lex: & obſequium, idest diuinus

A cultus: & promiſſa; quia eis fuerunt factæ promiſſiones. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, quòd cum tot gratię fuiſſent factæ Iudęis, maxime dolendum eſt de eorum perditione. Notandum autem quod gratia dupliciter poteſt conſiderari: primo in ſe, ſecundo quantũ ad ſuos effectus. Poſſumus autem aſſignare, quantum ad præſens ſpectat, tres effectus gratiæ: quia gratia hominem ſubleuat: eũ ab aliis diſtinguit & ſeparat: & ipſum in ſpe ęternæ hęreditatis ſolidat & cõfirmat. Secundum hoc ergo poteſt aſſignari ſufficientia prędictorum. Nam ex eo quod dicitur, ꝙ Iudeorum erat adoptio filiorum dei) tangitur ipſa gratia in ſe, quæ formaliter facit dei filios adoptiuos. Ex eo vero quod ſubditur, Et gloria) tangitur effectus gratiæ, quantum ad magnificationem & ſublimationem. Sed ex eo qđ ſubditur, Et teſtamentum, & legiſlatio, & obſequium) tangitur effectus gratiæ quantum ad diſtinctionem. Hæc autem eſt triplex: nam vna diſtinctio gratiæ dei

B ab alia, eſt, quæ habetur in aduentu chriſti, quam figurat teſtamentum: & alia diſtinctio, quæ habetur ante aduentum, quam ſignificat legiſlatio: & tertia diſtinctio, quę habetur in vtroq;, & ſignificatur per obſequium, idest p dei cultũ; nam diuinus cultus tam in lege veteri, quàm in teſtamento nouo, dei populum ab alio ſeparabat. Vltimo autem cum ait, Et promiſſa) tangitur effectus gratiæ quantum ad æternæ hæreditatis ſolidam expectationem: quia quod à deo promittitur, firmius & ſolidius expectatur. Deinde cum dicit.

Quorum patres, ex quibus eſt chriſtus ſecundum carnem, qui eſt ſuper omnia deus benedictus in ſecula, Amen.

Aſſignat rationem, quare compatiendum ſit Iudęis rõne ipſius chriſti, qui eſt autor tam gratiæ, quàm naturæ. Formetur autem ſic ratio. Quorumcunq; ſunt patres, ex quibus eſt chriſtus ſecundum carnem, qui eſt

C ſuper omnia benedictus in ſecula, de perditione illorum eſt maxime dolendum: Iudęi ſunt hmôi: ergo &c. De hac autem ratione ponit virtutem medii, Continuetur autem ſic litera, Bene dico ꝙ de perditione Iudeorum eſt maxime dolendum, quorum eſt tanta prærogatiua: nam ipſi ſunt illi, quorum ſunt patres antiqui .ſ. Patriarchæ, ex quibus patribus chriſtus eſt (ſupple) natus ſecundum carnem, qui chriſtus eſt deus ſuper omnia benedictus in ſecula, Amen. Tunc ergo eſt eſt ſupplenda ratio quòd cum tanta fuerit Iudęorum prærogatiua, quod ex patribus eorum natus eſt chriſtus, de perditione eorum maxime eſt dolendum. Notandum autem quòd ex patribus Iudęorum dicit eſſe chriſtum ſecundum carnem: quia ſecundum diuinitatem eſt à ſolo patre; ſecũdum animam eſt à tota Trinitate: ſecundum carnem eſt ex Iudæis. Notandũ etiam quòd ad inſinuandam maiorem Iudæorum prærogatiuam, tangitur hic natura chriſti, videlicet, natura humanitatis, cum dicitur, quòd ex patribus Iudæorum eſt ſecundum carnem: & tangitur natura deitatis, cum ſubiungitur, quòd eſt ſuper omnia deus benedictus in ſecula: Et quia beatus erat ille qui ſumpſit originem à Iudęis, vel qui natus eſt ex Iudæis, quia erat deus & homo, magna erat Iudæorum præeogatiua. Deinde cum dicit.

Non autem quòd exciderit verbum dei.

Poſtquàm oſtendit apoſtolus quod dolet de Iudęorum perditione. In parte iſta exequitur de intento, oſtendens quod propter prętogatiuam generis, non eſt approbatio: quia multi Iudæi ſunt reprobati, & non ſunt filii repromiſſionis, quamuis habuerint tantam generis prærogatiuam. Circa quod tria facit, ſecundũ quòd in repromiſſione diuina tria eſt ibi conſiderare. Nam primo eſt ibi conſiderare verbum dei, per quod facta eſt repromiſſio: ſecundo ipſum Abraham,

cui facta eſt repromiſſio: & tertio eſt ibi conſiderare A ipſum Iſaac, in quo facta eſt repromiſſio, iuxta illud Gen. 21. In Iſaac vocabitur tibi ſemen. Omnes ergo Iudęos non eſſe approbatos, & ꝙ per pręrogatiuam generis non ſunt Iudæi filii repromiſſionis, primo probat hoc ex parte verbi diuini, per quod facta eſt repromiſſio: ſecundo ex parte Abrahæ, cui facta eſt repromiſſio: tertio ex parte Iſaac, in quo, vt dicebatur, repromiſſio fuit facta. Secunda ibi, Non enim omnes.) Tertia ibi, Sed in Iſaac.) In prima parte intẽdit talem rationem, Propter quorumcunque reprobationem non excidit verbum dei, nec euacuatur diuina promiſſio, illi ſcdm qd hmōi nō ſunt approbati, nec ſunt filii repromiſſiōis: ſed pp repromiſſionẽ Iudęorũ nō excidit verbum dei, nec eſt euacuata diuina promiſſio ergo Iudęi pp pręrogatiuã gñis nō ſunt approbati, nec ſunt filii repromiſſionis. De hac aũt rõne ponit virtutẽ medii, Cõtinuetur aũt ſic lĩa, Benè dico ꝙ doleo de Iudęorũ reprobatiõe, cũ ipſi habuerit cãtã gñis ꝓrogatiuã: ſed (nõ aũt) .i. nõ tã verũ ẽ (ſupple) pp hmōi reprobatione (ꝙ exciderit verbũ dei) .i. ꝙ irrita & euacuata B ſit diuina promiſſio. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, quòd ſi multi ex Iudęis habentes generis prærogatiuam ſunt reprobati, nec tamen propter hoc eſt euacuata diuina promiſſio, conſequens eſt quòd propter prærogatiuam generia non fiat approbatio, & habentes generis prærogatiuam, ſecundum quòd huiuſmodi non ſunt filii repromiſſionis. Notandum autem ꝙ Abrahæ fuit facta repromiſſio, Gen. cap. 12. cũ dominus dixit ei, In te benedicentur vniuerſę cognationes terrę. Sed quia benedictio hæc referenda eſt ad æternam hæreditatem: nulli ergo reprobati, qui ab hac hæreditate deuiant, ſunt filii repromiſſionis. Quare ſi multi ex Iudęis, habentes prærogatiuam, ſunt reprobati, vel non omnes habentes prærogatiuam generis, ſunt filii repromiſſionis, vel oportet nos incidere in hoc maximum incõueniens, ꝙ multi filii repromiſ- C ſionis ſunt reprobati, & non conſequuntur æternam hęreditatem: quo poſito, excidiſſet verbum dei; eſſet enim irrita promiſſio diuina, cum multi filii repromiſſionis ſecundum hoc non conſequantur hæreditatem promiſſam. Cum ergo impoſſibile ſit verbum diuinũ excidere, quia cęlum & terra tranſibunt, verba autem diuina non præteribunt: immo vnum iota, nec vnus apex pręteribit à promiſſione diuina, quin omnia fiant: omnes itaque electi, & omnes filii repromiſſionis, conſequentur hæreditatem æternã, eis promiſſam. Et quia non omnes habentes prærogatiuam generis, conſequuntur hæreditatem, non omnes tales ſunt dicendi approbati, vel eſſe filii repromiſſionis. Tota ergo virtus huius rationis in hoc conſiſtit, quòd promiſſio diuina non poteſt excidere, & cum multi habentes prærogatiuam generis ſint reprobati, & ab æterna hæreditate exciderint, patet quòd excidiſſet diuina promiſ- D ſio, & eſſet euacuata, ſi propter ſolam pręrogatiuam generis eſſet approbatio. Nõ ergo omnes huiuſmodi prærogatiuam habentes, ſunt filii repromiſſionis. Notandum etiam, quòd cum apoſtolus intendat oſtendere multos ex Iudęis eſſe reprobatos, & quòd propter prærogatiuam generis non eſt diuina approbatio, vt dicebatur, vald. expediens fuit incipere hoc Capitulũ à cõpaſſione: expediebat. n. ꝙ apoſtolus diceret ſe dolere de Iudæorũ reprobatione, ne ipſi Iudæi ſuſpicarentur, ꝙ nõ pp amorẽ veritatis, ſed propter odiũ qd apoſtolus haberet ad eos, in hmōi verba prorũperet. Notãdũ ẽt ꝙ eo ipſo ꝙ verbũ dei non excidit. i. eo ipſo ꝙ diuina promiſſio nõ põt eſſe exinanita, & non põt remanere inexpleta, multi ex Iudęis ſaluantur, qa multi eorũ ſunt electi, & ſunt filii repromiſſionis. Ideo vt gloſa tangit, licet ſit dolendũ pro his qui reprobantur, eſt tamen conſolatio pro his, qui ſunt filii repromiſſionis, ſumenda, quia ſaluabuntur illi, cum verbum dei non poſſit excidere. Deinde cum dicit.

Non. n. oẽs qui ſunt ex Iſrael, ii ſunt Iſraelitæ: neque qui ſemẽ ſunt Abrahæ, oẽs filii.

Adducit ſecundam rationem, ꝙ prærogatiua generis non ſufficiat ad ſalutem, & non ſufficiat ꝙ aliqui ſint filii repromiſſionis. Sumitur autem hæc ratio ex ipſo Abraham cui facta eſt repromiſſio. Formetur autem ſic. Quicunque ſunt filii repromiſſionis, ſunt Iſraelitæ, & ſũt filii Abrahæ. i. ſunt imitatores eius: ſed nõ oẽs Iudæi habẽtes pręrogatiuã generis, qui ſunt ex Iſrael qui ſunt ſemẽ Abrahæ, ſunt Iſraelitæ, nec oẽs ſunt filii Abrahæ, nec imitatores eius: ergo non omnes habentes prærogatiuam generis ſunt filii repromiſſionis, & per conſequens prærogatiua generis non ſufficit ad ſalutem. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur autem ſic, Benè dico quod eſt dolendum de reprobatione Iudęorum habentium pręrogatiuam generis, quę prerogatiua non ſufficit eis ad ſalutem: quod patet ex ipſo Abraham, cui facta fuit repromiſſio, quem deberent imitari, ſi vellent ſaluari, & ſi vellent eſſe filii repromiſſionis: ipſi autẽ quia non imitantur eum, ideo ait. Non enim omnes qui ſunt ex Iſrael, ſunt Iraelitæ) ideſt, non omnes tales pertinent ad Iſraelem, nec omnes ſunt imitatores Iſraelis nec omnes tales ſunt imitatores Iacob patriarchę, qui vocatus fuit Iſrael, (nec omnes qui ſunt ſemen Abrahæ) ideſt, nec omnes habentes prærogatiuam generis, & qui ſunt ex Abraham, ſunt filii Abrahę, quia non omnes ſunt imitatores eius. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, quòd ſi non omnes, habentes prærogatiuam generis, ſunt Iſraelitæ, nec omnes ſunt filii, ideſt, imitatores Abrahę cui facta eſt repromiſſio, non omnes habentes huiuſmodi prærogatiuam ſunt filii repromiſſionis, & per conſequens hmōi pręrogatiua non ſufficit ad ſalutem. Notandum autem quòd cum hoc ꝙ hęc pars eſt ratio principalis ad propoſitum, eſt etiam confirmatio prioris. Dixerat enim ꝙ licet multi ex Iudęis ſint reprobati, non tamen per hoc excidit diuinũ verbum, nec eſt euacuata diuina promiſſio: quia huiuſmodi promiſſio non eſt facta niſi veris Iſraelitis, & iis qui ſunt filii & imitatores Abrahę. Et quia nõ omnes Iudęi ſunt huiuſmodi, non omnes ſunt approbati nec omnes ſunt filii repromiſſionis. Nõ ergo eſt idem eſſe Iudęũ, & habere ꝓrogatiuã gñis: vel ẽe filiũ repromiſſionis, vel eſſe à deo approbatũ. Pręrogatiua igitur generis non eſt ſufficiens ad ſalutẽ. Deinde cum dicit.

Sed in Iſaac vocabitur tibi ſemen, id eſt, non qui filii carnis, hi filii dei: ſed qui filii ſunt promiſſionis, æſtimantur in ſemine.

Probat hoc idem, videlicet, quòd pręrogatiua generis non ſufficit ad ſalutẽ, ex parte ipſius Iſaac, in quo facta fuit repromiſſio, vel qui fuit filius repromiſſionis. Circa quod duo facit: quia primo facit quod dictum eſt: ſecundo quod; ſuppoſuerat probat ibi, Promiſſionis enim verbum.) Formetur ratio, Quicunque ſunt filii carnis, & non ſunt filii repromiſſionis ſicut fuit Iſaac, illi ſecundum quòd huiuſmodi non ſunt filii dei, nec ſunt à deo approbati: ſed Iudęi propter prerogatiuam generis ſunt filii carnis, & non ſunt filii repromiſſionis ſicut fuit Iſaac: ergo Iudęi propter pręrogatiuam generis non ſunt filii dei, nec ſunt à deo approbati: ergo ſola pręrogatiua generis facit nos Iudęos ſcdm carnẽ, ſed nõ facit nos Iudęos ſpiritualiter. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur autem ſic litera, Benè dico quod non omnes Iudęi ſunt filii Abrahæ, vt habetur Gen. 21. In Iſaac vocabitur tibi ſemẽ. Semẽ ḡ Abrahæ dicitur ẽẽ Iſaac: illi ḡ ſũt filii Abrahę, q ſunt ſil'es Iſaac. Et ſubdit expoſitionem eius quod dixerat (Ideſt, non qui filii carnis, ii ſunt filii dei, ſed qui ſunt filii repromiſſionis) ſicut fuit Iſaac, (æſtimantur in ſemine) ideſt, ęſtimantur pertinere ad ſemen Abrahæ.

Tunc

Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, quòd Iudęi quantuncunq; habeant generis prærogatiuam, nō tamen ſunt filii dei oēs nec oēs ſunt à deo approbati, nec oēs reputãtur eſſe in ſemine, ideſt pertinere ad ſemen Abrahæ. Notandum autem ꝙ aliquando Iudęi dicuntur eſſe filii Abrahæ, aliquando dicuntur non filii: & aliquando dicuntur ſemen Abrahæ: aliquando dicuntur non pertinere ad ſemen. Nam omnes ſunt filii Abrahę ſecundum carnalem propagationem, non autem omnes ſunt filii per imitationem: ſicut etiã omnes ſunt ſemen Abrahæ ſecundum carnalem generationem, ſed non omnes pertinent ad ſemen Abrahæ ſecũdum dei promiſſionem. Deinde cum dicit.

Gen. 18. b. Promiſsionis enim verbum hoc eſt, Secundum hoc tempus veniam, & erit Saræ filius.

Quod ſuppoſuerat probat: oſtendit enim Iſaac eſſe filium repromiſſionis, quod in ratione præmiſſa B ſupponebatur. Formetur autem ſic ratiò, Quicunq; ſecundum verbum promiſſionis diuinæ naſcitur, ille eſt filius repromiſſionis: ſed Iſaac fuit huiuſmodi, ergo &c. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur autem ſic litera, Bene dico quòd Iſaac fuit filius repromiſsionis: nam promiſſionis verbum ſupra quod fuit natus Iſaac, eſt hoc, Scdm hoc tempus veniam, & erit Sarę filius, vt habetur Gen. 18. Tunc eſt ſupplenda ratio, quod cũ Iſaac ſit natus ſecũdum verbum promiſſionis diuinę, oportet quòd ipſe fuerit promiſſionis filius. Notandum autem ꝙ cum promiſſum fuerit Abrahæ, quòd ex Sara daret ei dominus filium, cui benedicturus eſſet, vt habetur Gen. 17. oportuit propter hanc promiſſionem diuinam Iſaac ſic natum, eſſe filium promiſſionis, & eſſe à deo electum. Notandum etiam quod auctoritas quæ hic introducitur ab apoſtolo, legitur Gen. 17. & 18. ſed non iacent C ſic verba. Nam cap. 17. ſcribitur, Pactum verò meum ſtatuam ad Iſaac, quem pariet tibi Sara, tempore iſto in anno altero. Gen. aũt. 18. legitur, Reuertẽs veniã ad te tempore iſto vita comite, & habebit filium Sara vxor tua. Vtrobiq; ergo eſt eadem ſententia cum eo, quod hic ab apoſtolo introducitur: ſed non ſunt penitus eadem verba. Deinde cum dicit.

Gen. 25. Non ſolum autem illa, ſed & Rebecca ex vno concubitu habens, Iſaac patris noſtri. Cum enim nondum nati fuiſſent, aut aliquid boni egiſſent aut mali, vt ſecundum electionem propoſitum dei maneret, non ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt ei, Quia maior ſeruiet minori.

Oſtenſo ex promiſſione factæ Abrahæ vel Saræ, D quòd non eſt approbatio, vel reprobatio diuina propter generis pręrogatiuam, quia multi ex Iudęis habentes generis prærogatiuam, ſunt à deo reprobati. In parte iſta oſtenditur ex promiſſione facta Rebeccæ, quòd non eſt approbatio, vel reprobatio diuina, propter propria opera, vel propter propria merita, cum Eſau & Iacob antequàm aliquid, vt dicebatur, egiſſent, vnus ſit approbatus, & reliquus reprobatus. Circa quod duo facit, ſecundum quod hoc dupliciter oſtendit. Primo enim hoc oſtendit, propter hoc quod dictum fuit ante eorum natiuitatem. Secundo per id quod dictum fuit poſt eorum mortè, ibi, Sicut ſcriptum eſt.) In prima parte intendit talem rationem, Quicunq; ex eodem concubitu ſunt nati, & antequàm agant aliquid boni vel mali, vnus eorum approbatur, alter reprobatur, illorum approbatio vel reprobatio non eſt ex eorum A operibus nec ex propriis meritis, ſed eſt ſecundum dei electionem & ſecundum diuinum propoſitum & ſecundum eius vocationem: Iacob & Eſau ſunt huiuſmodi, ergo &c. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur autem ſic litera, Nō ſolum autem illa, ſcilicet, Sara habuit promiſſionem, ſed & Rebecca habuit promiſſionem, habens (ſupple) duos filios ex vno concubitu Iſaac patris noſtri. Qui duo filii, videlicet, Iacob & Eſao, cum nondum nati fuiſſent nec aliquid egiſſent boni aut mali, vt ſecundum electionem, ideſt ſecundum gratiam per quam deus nos elegit, maneret, ideſt impleretur, vel impleri intelligeretur dei propoſitum, non ex pręcedentibus meritis, ſed ex vocatione, vel (vt habet alia litera) ex vocante, ideſt, ex gratia vocantis, ſiue ex gratia vocationis, dictum eſt ei, ideſt, dictum eſt Rebeccę, Quia maior ſeruiet minori, ideſt, maior erit reprobatus, & minor approbatus. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, quia Iſaac & Eſau B priuſquam boni vel mali aliqd egiſſent, vnus eſt approbatus, & alter reprobatus; nullus approbatur vel reprobatur propter bona vel mala opera, ſed omnis approbatio noſtra, eſt ex diuina electione, & ex diuino propoſito, & ex diuina vocatione. Notandum autem ꝙ circa noſtram approbationem vel reprobationem fuit triplex error. Vnus error fuit Mathematicorum, dicentium, quòd ex diuerſa conſtellatione, contingit aliquos approbari vel reprobari. Hunc autem errorem excludit apoſtolus cum ait, Iacob & Eſau ex eodem concubitu natos. Non autem nati fuerunt ſub alia, & alia conſtellatione: & tamen maior ſeruiuit minori, & vnus approbatus, & alter reprobatus. Alter error eorum eſt qui dicunt, quod approbatio vel reprobatio haberet ortum ex diuerſitate parentum: vt ꝙ ideo hic eſt bonus & approbatus, quia eſt ex parentibus bonis: ille malus & reprobatus, quia eſt ex parentibus malis. Hic etiam error eliditur, quia C Iacob & Eſau ex eiſdem parentibus, & eodem tempore nati fuerunt: ſi enim alios, & alios parentes habuiſſent, potuiſſet contingere, quod vnus fuiſſet ex parentibus bonis, & alius ex malis. Rurſus, ſi alio, & alio tempore, nati fuiſſent, quia contingit eoſdem parẽtes vno tempore eſſe bonos, & alio, malos: potuiſſet forte contingere huiuſmodi diuerſitas ex malitia, vel ex bonitate parentum. Rebus autem ſic ſe habentibus, nullo modo hoc contingere potuit. Tertius error fuit, qui imponitur Origeni, videlicet, quòd in alia vita fuerunt animę prius in cęlo conuerſatę, & ſecundum bona vel mala quę egerunt in illa vita, ſunt aliqui approbati, & aliqui reprobati. Hic error etiam eliditur ex eo quòd hic dicitur, quòd cum nihil boni vel mali egiſſent, vnus eſt approbatus, & alius reprobatus. Eſt ergo intentio apoſtoli (principaliter loquendo) quòd non ex pręrogatiua generis, non ex diuerſitate conſtella- D tionis, non ex bonitate vel malitia parentum, non ex propriis meritis: ſed ex diuina electione, contingit aliquos approbatos eſſe. Notandum etiam quòd, vt gloſa tangit, cum dicit, ſit facta promiſſio, vna Abrahæ ſiue Saræ, & altera Rebeccæ: ex prima promiſſione arguitur, quòd principaliter loquendo nullus ſaluatur, & nullus eſt approbatus ex prærogatiua generis: ex ſecunda verò promiſſione oſtenditur, ꝙ nullus ſaluatur, vel nullus eſt approbatus ex diuerſitate operum vel ex propriis meritis. Notandum etiam quòd, vt dicitur 5. Metaphy. idem eſt cauſa diuerſorum, vt nauta per pręſentiam eſt cauſa ſalutis, per abſentiam eſt cauſa naufragii. Sic deus approbat, gratiam tribuendo: non autem reprobat impartiendo malitiam, ſed non dando grãm. Ergo ſcdm grãm aliqui approbantur, vt illi quibus grã datur: & alii reprobãtur, vt illi, quibus nō datur. Notãdō et ꝙ, vt dicitur Gen. 25. cũ Rebecca duos haberet in vtero filios, et illi ad inuicem luctam

Errores circa approb. & repro. tollũtur.

In Periarch 3.

Tex. 2. Et 2. Phy. t. 30

facerent, Rebecca conſuluit deum: tunc à domino dictum eſt ei, ideſt dictum eſt Rebeccæ, quod illi duo filii, quos habebat in vtero, duos ſignificabant populos, addens quòd populus populum ſuperabit, & quòd maior ſeruiet minori. Notandum etiam quòd, vt in gloſſa tangitur, hoc quod dico Maior ſeruiet minori, poteſt referri vel ad ipſas perſonas Eſau & Iacob. & tunc erit ſenſus, maior ſeruiet minori, ideſt, Eſau ſeruiet Iacob. Vel poteſt referri ad populos, qui ex eis debebant deſcendere: & tunc erit ſenſus, maior ſeruiet minori, ideſt Idumęi, qui deſcendent ex Eſau (vt gloſa tangit) ſubditi erunt filiis Iſrael, qui deſcendent ex Iacob. Tangitur autem hęc hiſtoria. 2. Reg. cap. 8. vbi dicitur. Facta eſt vniuerſa Idumęa ſeruiẽs Dauid. Notandum etiam, maior, ideſt, Eſau ſeruiuit minori, ideſt Iacob, vt gloſa tangit, perſequendo ipſum: fuit aũt illa perſecutio ei ad ſeruitium, quia ex hoc, ipſe Iacob merebatur. Deinde cum dicit.

Malach. 1. Sicut ſcriptum eſt, Iacob dilexi, Eſau autem odio habui.

Oſtendit Iacob approbatum, & Eſau reprobatum, per id quod ſcriptum eſt in Malachia. Formetur autem ſic ratio, Quicunq; ex æterna dei præſcientia diligitur, vel odio habetur, hic non ex propriis meritis eſt: ſed ſcriptum eſt Malachię. 1. Dicit dominus (ſupple) ſecundum ſuam æternam præſcientiam, et dilexi Iacob, Eſau autem Odio habui. Ergo hoc non fuit ex propriis meritis. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur autem ſic littera, Benè dico quòd Iacob ſecundum dei præſcientiam eſt approbatus, & Eſau reprobatus: quod patet non ſolum ex eo quòd ſcriptum eſt Gen. cap. 25. ſed etiam patet hoc per Malachiam prophetam, ſicut ſcriptum eſt Malachiæ primo, Iacob dilexi, Eſau odio habui. Notandum autem quòd auctoritas introducta de Gen. quòd maior ſeruiet minori, dicta fuit ante illorum natiuitatem, non autem ante natiuitatem in vtero, quia iam nati erant in vtero, & ad inuicem luctauerunt: ſed ante natiuitatem ex vtero, quia tam Eſau quàm Iacob ad hoc maternus vterus & materna viſcera continebant. Sed quod dictum eſt in Malachia, dictum eſt poſt eorum mortem: quia Malachia propheta fuit longe poſt illos. Notandum etiam quod licet Malachia propheta fuerit longe poſt Eſau & Iacob, tamen inſpiratus à domino, prophetauit de approbatione & reprobatione illorum, quam, antequàm mererentur vel demererentur, Deus præſciuit. Vnde gloſa ait, & ſumpta eſt ab Ambroſio in exponendo hanc auctoritatem Prophetæ, quòd deus alterum elegit præſcientia, & alterum ſpreuit: & in illo, quem elegit, propoſitum dei manet, ideſt impletur, quòd ita fit vt præſciuit; & in illo, quem ſpreuit, ſimiliter manet dei propoſitum, quia ita euenit vt præſciuit. Notandum etiam quod vtraq; auctoritas poteſt referri ad dei præſcientiam, vt in exponendo tangebatur. Vel poſſumus dicere (vt gloſa innuit) quòd auctoritas Gen. videlicet, Maior ſeruiet minori, referenda eſt ad dei præſcientiã, quia illud fuit dictum ante eorum natiuitatem: ſed illud de Malachia referri poteſt ad diuinum iudicium, quod ſicut deus æternaliter pręſciuit, ita temporaliter euenit, & ita deus iudicat: nam ſicut deus æternaliter uidit, ita Iacob dilexit, ei ex tempore gratiam infundendo: & Eſau odio habuit, ipſum ex tempore condemnando.

Dubitaret forte aliquis de eo quod in littera dicitur, Eſt mihi triſtitia magna, & continuus dolor cordi meo. Sed contra: Prouerb. 12. Non contriſta-

A bit iuſtum quicquid ei acciderit. Dicendum quòd per ſe loquendo, contrariorum contrariæ ſunt cauſæ. Sicut ergo accidit dilectio ex coniunctione conuenientis cum conuenienti, ſic accidit dolor & triſtitia ex eorum ſeparatione: qui ergo habent appetitum infectum, & afficiuntur ad iſta temporalia, triſtantur ex ſeparatione bonorum temporalium: habentes autem appetitum rectum, & affectum ad bona ęterna, triſtatur, ſi aliquo modo, vel in ſe, vel in aliis, quæ ad ipſum pertinent, videret imminere periculum, vt ab æterno bono valeant ſeparari. Quicquid ergo iuſto accidenit, quantum ad ſeparationem bonorum temporalium, ſecundum quod huiuſmodi eſt, non contriſtabit ipſum, quia iuſtus erga talia non afficitur. Apoſtolus ergo non triſtabat de ſeparatione bonorum temporalium: ſed dolebat, quia videbat iudęos cognatos ſuos, & qui pertinebant ad ipſum ſecundum carnem, ſeparati à dei charitate, &

B a dulcedine ęternorum.

Vlterius forte dubitaret aliquis de eo quod in litera dicitur, Optarem enim ipſe ego eſſe anathema (ideſt, eſſe ſeparatus à chriſto Ieſu) pro fratribus meis. Sed contra: non ſeparatur quis à chriſto, niſi propter peccatum mortale: optabat ergo apoſtolus committere peccatum mortale, quòd eſt inconueniens. Dicendum quod (vt dicitur in tertio Ethicorum) differentia eſt inter velle, & eligere: quia voluntas poteſt eſſe impoſſibilium, poſſet enim quis optare, & velle quod volaret, vel quod aliquid aliud haberet quod eſſet contrarium humanæ naturæ: ſed electio non poteſt eſſe niſi poſſibilium, nullius enim eligeret volare, vel aliquid aliud de numero impoſſibilium. Non ergo ait apoſtolus eligebam anathema eſſe, ſed optabam, ideſt, optarem, ſi eſſet poſſibile. Secundum hoc ergo exponemus textum apoſtoli, quòd non loquitur de ſeparatione culpabili, ſed de poenali: voluiſſet Cap. 5.

C enim apoſtolus, ſi fuiſſet poſſibile, ſine ſua culpa ſuſtinere hanc poenam, quòd in hac vita, vel etiam poſt mortem, non ęternaliter, ſed ad tempus fuiſſet ſeparatus à chriſto Ieſu, pro fratribus ſuis reconciliandis, & ſaluandis. Si ergo dicatur quòd ſit impoſſibile ſeparationem poenalem ſine ſeparatiõe culpabili: ſolutum eſt per iam dicta: quia eligere licet non ſit poſſibilium, optare tamen & velle poteſt eſſe impoſſibilium. Ideo, vt dicebatur, exponendum eſt verbum Optabam, ac ſi diceret Optarem, ſi fieri poſſet.

Vlterius forte dubitaret aliquis de eo quod in litera dicitur, Qui ſunt cognati mei ſecundum carnem: quod gloſa exponens ait, quòd ideo ſunt amplius iuuandi. Sed contra: Ambroſius vult quòd boni extranei ſunt malis filiis præponendi. Dicendum quòd, vt dicitur Cant. 2. Introduxit me rex in cellam vinariam,

D ordinauit in me charitatem. Cum enim quis introducitur in cellam vinariam, ideſt, in ſuauitatem dilectionis, debet habere ordinatam charitatem, quia cęteris paribus plus debet curare de bono & ſalute ſui, quàm aliorum: & cæteris paribus, plus debet eſſe intentus circa bona notorum, & circa bonum ſuorum conſanguineorum, quàm aliorum: qui enim ſuorum, & maxime domeſticorum curam non habet, fidem negauit, & eſt infideli deterior, vt habetur, prima ad Timotheum. 4. Aduertendum tamen, homines circa hoc decipi maxime, reputantes bonum quod non eſt bonum: credunt enim multum ſe, vel parentes diligere, cum ſibi, vel ſuis conſanguineis dant magnam partem numiſmatum, vel temporalium bonorum, ſicut temporibus noſtris vidimus in pluribus accidiſſe. Sed hoc faciendo, magis eos oderunt, quàm diligant: quia per collationem taliũ bonorum vidimus eos retrahi a potioribus bonis. Vnde philoſophus in Ethicis ait, quòd mali plus ſe oderunt

ſe odiunt, quàm diligant, quia recipiendo bona ſenſibilia, perdunt bona intelligibilia. Cæteris ergo paribus, etiam ex charitate ſunt plus diligendi cognati, quàm nó cognati: ſecus enim eſſet, ſi non eſſent pares, vt ſi non cognati eſſent meliores, vt gloſa Ambroſii innuit.

LECTIO. XXVIIII.

QVid ergo dicemus? Nunquid iniquitas apud deum? Abſit.

Poſtquàm apoſtolus oſtendit quòd non propter prærogatiuam generis, non ex præcedentibus meritis, ſunt aliqui præſciti, vel prędeſtinati, vel electi. In parte iſta (vt dicebatur) huius prædeſtinationis, vel electionis (pro vt poſſibile eſt) rationem & cauſam quęrit & inueſtigat. Ad cuius euidentiam ſciendum, quòd licet nihil temporale poſſit eſſe cauſa ęterni, & licet diuinę bonitatis non debeamus cauſam quærere, eo quod ipſa ſit cauſa omnium aliorum: ipſorum tamen diuinorum effectuum poſſumus cauſam quærere & inueſtigare, vnus enim effectus diuinus poteſt eſſe cauſa alterius. Dicemus enim, deus facit hoc propter hoc, ſecundum quem modum loquendi non ſit ſenſus, quod ipſius voluntatis diuinæ ſit alia cauſa: nec eſt ſenſus quod deus propter aliam cau- C ſam agat quàm propter ſe ipſum, iuxta illud Prouer. 16. vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt dominus. ſed ſenſus eſt, deus facit hoc propter hoc, ideſt, hic effectus diuinus factus eſt propter hunc effectum diuinum. Et hoc viſo, dicamus quòd circa prędeſtinationis materiam ſunt conſideranda quinque: perſonæ prędeſtinatæ: pdeſtinationis effectus: & ipſa prædeſtinatio. Ruſus perſonæ prædeſtinatæ poſſunt conſiderari dupliciter, in particulari, & in vniuerſali. Circa prædeſtinationem ergo quomodo poſſit aſſignari cauſa & ratio, quantum ad præſens ſpectat, poſſet eẽ quadruplex quæſtio. Primo quomodo poſſit aſſignari cauſa vel ratio in hac materia, quantum ad perſonas prædeſtinatas, pro vt particulariter conſiderantur. Secundo modo, pro vt vniuerſaliter accipiuntur. Tertio modo, quomodo poſſet aſſignari cauſa vel ratio, quantum ad prædeſtinationis effectum. Quarto, quomodo, quantum ad diuinum D propoſitum, quod eſt ipſa prædeſtinatio. Primo enim quantum ad perſonas prædeſtinatas in particulari, rationem non poſſumus aſſignare, niſi diuinam voluntatem: ſed in vniuerſali poſſumus aſſignare rationem, Vniuerſi pulchritudinem vel ſpecioſitatem, ſicut patet per ſimile in aliis rebus. Vt ſi ex conſimilibus lapidibus fieret paries, & quęreretur quare aliqui lapides ſunt ſuperius, alii ſunt inferius: in vniuerſali aſſignaremus rationem & cauſam, dicentes hoc eſſe, vt compleatur ædificium, quia non poſſet compleri paries, niſi aliqui eſſent ſuperiores, & aliqui inferiores. Sed ſi quæreretur in particulari, quare illi ſunt ſuperiores: per ſe loquendo non eſſet aſſignare cauſam, niſi voluntatem artificis: poſſet enim paries æquè bene ſtare, ſi multi ex lapidibus, qui ſunt inferius, eſſent ſuperius, & è conuerſo. Sic etiam cum ex eadem maſſa vitri fiant vaſa in honorem, vt cyphi: & vaſa in contu- A meliam, vt vrinalia: ſi quæreretur ratio in vniuerſali, quare fiunt vaſa hæc & illa: reſpondetur, quia ciues indigent his et illis. Artifices ergo vaſorum, cum intendant ſatiſfacere indigentiæ ciuium, videntes ciues indigere vtroq; genere vaſorum, faciunt vaſa aliqua in honorem, aliqua in contumeliam: ſed ſi quæreretur in particulari, quare ex hac parte vitri facit vas in honorem, ex illa verò in contumeliam: per ſe loquendo, non eſſet aſſignare cauſam niſi voluntatem artificis, vt quia ſic voluit artifex: potuiſſet enim ęquè bene ex illo eodem vitro, ex quo fuit factum vas in contumeliam vt vrinale, fieri vas in honorẽ vt cyathus, et è conuerſo. Sic et in propoſito, ſi quęratur in vniuerſali, quare aliqui ſaluantur, aliqui reprobantur: dicemus hoc eſſe, vt vniuerſum ſpecioſum ſit, & vt manifeſtetur ibi diuina iuſtitia & diuina miſericordia: ſi enim omnes ſaluarentur, non ſic appareret diuina iuſtitia: & ſi omnes dam- B narentur, non ſic eluceſceret diuina miſericordia. Et quia ex manifeſtatione diuinæ iuſtitiæ, & diuinæ miſericordiæ, Vniuerſum redditur pulchrum magis et p amplius ſpecioſum, ideo vt vniuerſum ſit decorum, & vt manifeſtetur diuina iuſtitia, & diuina miſericordia, aliqui ſaluantur, et aliqui reprobantur. Quare ſi perſonæ prædeſtinatæ in vniuerſali conſiderentur, poſſumus aſſignare cauſam ſaluationis, et reprobationis aliquorum, manifeſtationem diuinæ miſericordiæ, & iuſtitiæ. Sed ſi fiat quæſtio in particulari, quare hi ſaluantur, & reprobantur: & ſi quæratur, quare prę uidit illis ſe gratiam appoſiturũ, illis autem gratiam non daturum: per ſe non aſſignabimus cauſam, niſi artificis voluntatem: dicemus enim ideo ſic eſſe, quia cui vult miſeretur, & quem vult indurat. Vnde Auguſtinus exponens, C illud Ioannis, Nemo poteſt venire ad me, niſi pater, qui miſit me, traxerit illum, ait, Quare hunc trahat, illum autem non trahat, noli conſiderare, ſi non vis errare. Idem enim Auguſtinus ad Sixtum, et habetur in gloſa, ait, Conſtat itaquæ quòd nullus liberatur niſi gratuita miſericordia: & nullus damnatur, niſi ęquiſsima iuſtitia: ſed cur potius hunc, quàm illum liberet, vel non liberet, ſcrutetur qui poteſt tam magnum profundum iudiciorum dei, verumtamen caueat præcipitium. Idem etiam Auguſtinus in de verbis Apoſtoli, & habetur in gloſa, quare illum liberet, & non illum, nolo vt à me quęras, homo ſum, profundum nimis eſſe aduerto, non penetro, ſed expaueſco, non ſcrutor, inſcrutabilia enim ſunt iudicia eius. In vniuerſali ergo prædeſtinatorum & reprobatorum rationem poſſumus aſſignare, diuinæ ſcilicet iuſtitiæ & miſericordiæ manifeſtabilitatem: ſed in particulari, quare hunc liberet D & non illum, quare hi trahãtur & non illi, inſcrutabile eſt, non aſſignabimus rationem huius, niſi diuinam voluntatem. Viſo quomodo poſſumus aſſignare cauſam & rationem prædeſtinationis, quantum ad prædeſtinatas perſonas: reſtat videre qũo poſſumus aſſignare huiuſmodi rationem & cauſam, quantum ad prędeſtinationis effectum. Aſſignantur autem communiter duo præcipui prędeſtinationis effectus, videlicet infuſio gratiæ, et adeptio glorię. Quãtum ad infuſionem gratię, ex ipſis operibus noſtris non poſſumus aſſignare cauſalitatem: quia opera noſtra non ſunt cauſa, quare nobis infundatur gratia, cum gratia ſub merito non poſſit cadere. Sed quantum ad adeptionem gloriæ, poſſumus aſſignare pro cauſa operum bonitatem: quia licet opera præcedentia gratiá non poſſint gratiam mereri, bona tamen opera facta in gratia gloriã promerentur. Oſtenſo qũo aſſignatur & ratio & cã prædeſtinationis, q̃tũ ad prædeſtinatas perſonas, & quantũ ad prædeſtinationis effectũ: reſtat

Serm. 7.

oſtendere quomodo poſſit declarari huius cauſa & ratio quantum ad ipſam prędeſtinationem, vel quantũ ad prędeſtinationis propoſitum. Circa quod ſciẽdum, quod quantum ad diuinum propoſitum, prędeſtinatio non habet rationem, ſed admirationem: hoc enim (vt Auguſtinus ait in de ſpiritu & littera) eſt in abdito & in profundo iudiciorum dei, cũ ad hoc peruenitur, Cap.36. & cum de hoc ratio quæritur: vt quare deus ſic voluit & quare ſic propoſuit, non eſt rationem redẽdũ, ſed eſt admirandum, & ſtupendum. Ex omnibus tñ his colligitur talis veritas, ꝙ prędeſtinatio, quantum ad prędeſtinatas perſonas, in particulari habet diuinum beneplacitũ & diuinam voluntatem: in vniuerſali habet pro cauſa, Vniuerſi ſpecioſitatem. Quantum ad prædeſtinationis effectum & quantum ad infuſionem gratiæ, ex noſtris operibus non poſſumus reddere cauſalitatem. Sed quantum ad adeptionem glorię, pro cauſa reddere poſſumus noſtrorum operum bonitatem. Sed ſi vlterius prędeſtinationis quæratur cauſa & ratio, nõ B quantum ad prędeſtinatas perſonas, nec quantum ad prædeſtinationis effectum, ſed quantum ad prædeſtinãtis propoſitũ: dicemus quod prędeſtinatio ex hac parte non habet rationem & cauſam, ſed habet ſtuporem & admirationem. His itaq; pręlibatis, apoſtolus, ſicut poſſibile eſt, volens aſſignare rationem & cauſam prędeſtinationis, tria facit: quia primo oſtẽdit, quomodo poſſit aſſignari huiuſmodi cauſa & ratio, quantum ad prędeſtinatas perſonas. Secundo quomodo hoc fieri poſſit quantum ad prędeſtinationis effectum. Tertiò inquirit quomodo hoc fieri habeat, quantum ad prædeſtinantis propoſitum. Secunda, ibi, Quid ergo dicemus? quod gentes quæ non ſectabantur iuſtitiam.) Tertia, ibi, circa finẽ cap. 11. vbi ait Nolo enim vos ignorare fratres myſterium hoc.) Circa primum duo facit: quia primo inquirit, quomodo poſſit aſſignari cauſa C & ratio prædeſtinationis, & quantum ad prędeſtinatas perſonas in particulari. Secundo declarat, quomodo hoc fieri poſſit in vniuerſali, ibi, Quòd ſi deus volens oſtendere iram ſuam.)

In hac autem lectione oſtendit apoſtolus, ꝙ deus nõ eſt Iniquus, aliquos approbando, & aliquos reprobando: & quod huiuſmodi approbatio, & reprobatio, ex diuina voluntate dependet. Declarat etiam in hac lectione, quòd non licet nobis diſceptare, & inquirere, quare deus ſic agat, & quare deus vult ſic facere: declarat etiam quòd licitum eſt deo ſic facere, & licet ei aliquos approbare, & aliquos reprobare, ſicut licet figulo ex eadem maſſa, alia vaſa in honorẽ, & alia in contumeliam facere. Diuiditur autem tota hęc lectio in partes tres: quia primo oſtẽdit quòd deus non eſt iniquus, & tamen ſecundum ſuam voluntatem & beneplacitum, electos approbat, & pręſcitos reprobat & in D durat. Secundò declarat, quod de hoc diſceptare, & rationem quærere, nobis non competat. Tertio manifeſtat, quòd hoc Deo facere liceat. Secunda, ibi, Dicis itaq; mihi.) Tertia, ibi, An non habet poteſtatem.) Circa primum duo facit: quia primo oſtendit, ꝙ deus aliquos approbando, ex hoc apud ſe nullam habet iniquitatem. Secundo declarat, ꝙ omnia hæc, videlicet, tam approbationem aliquorum, quàm etiam reprobationem aliorum, Deus exercet & facit ſecũdum ſuum beneplacitum, & ſecundum ſuam voluntatem, ibi, Moyſi enim dicit.) Continuetur ergo ſic litera, Dictum eſt quod ſine vllis præcedentibus meritis, ſecũdum dei electionem, & ſecundum dei propoſitũ, Iacob eſt approbatus, & Eſau reprobatus: igitur quia ſic eſt quod deus abſq; pręcedentibus meritis, ſecundum ſuum beneplacitum, & ſecundum ſuam voluntatem, aliquos approbat, & aliquos reprobat, Quid ergo dicemus? Nunquid iniquitas eſt apud deum, vnũ approbando, & alterum reprobando? Abſit. Notan-

A dum autem quòd inferius aſſignabitur ratio ab apoſtolo, quare propter hoc nõ ſit iniquitas apud deum: oſtendetur enim inferius quòd liceat deo ſic, ſecundũ ſuam voluntatem, aliquos approbare, & aliquos reprobare, ſicut licet figulo ex eadem maſſa, aliqua vaſa in honorem, & aliqua vaſa in contumeliam, facere. Notandum etiam, quòd deus iuſto iudicio poſſet omnes reprobare, cum omnes ſimus in peccatis geniti, & omnes de maſſa infecta peccati. Quicunq; ergo reprobantur, hoc eſt iuſtitiæ: ſed ſi aliqui ſaluantur, hoc eſt ſupererogationis, & gratiæ, ſiue miſericordię. Vnde Ambroſius, & habetur in gloſa, ait, Non enim eſt iniquus deus, quod vnum dilexit, & alterum odiuit, quia hunc, id eſt, Iacob per miſericordiam elegit: illum, ſcilicet, Eſau per iuſtitiam reprobauit. Et quia non eſt iniquum miſericordiam facere, nec eſt iniquum iuſtitiam exercere, nõ erit iniquitas apud deum, ſi aliquos approbat, & aliquos reprobat. Deinde cum dicit.

B

Moyſi enim dixit, Miſerebor cuius miſereor.

Pręmiſſo quòd non eſt iniquitas apud deum ſi aliquos approbat, & aliquos reprobat: oſtendit quòd hæc, videlicet, tam approbationem bonorum, quàm indurationem & reprobationem malorum, ſecundum ſuam voluntatem faciat: oſtendit enim quòd ſicut vult & ſibi placet, ſic aliquos eligit & approbat, aliquos verò reprobat & indurat: dicebatur.n. ꝙ prędeſtinatio q̃tũ ad prędeſtinatas perſonas in particulari nõ habet cãm niſi diuinũ propoſitũ & diuinã voluntatẽ: & quia in hac lectione (vt dicebatur) agitur de cauſa prędeſtinationis, quantum ad prædeſtinatas perſonas in particulari, ideo hic oſtendit quòd deus abſq; iniquitate eligit & reprobat ſecundum ſuam voluntatem. Circa quod tria facit: quia primo oſtendit quòd C ſecundum diuinam voluntatem & propoſitum, cõtingit eſſe bonorum electionem: ſecundo declarat quòd per huiuſmodi voluntatem & propoſitum, contingit eſſe malorum reprobationem: tertio concludit intentam concluſionem. Secunda ibi, Dicit enim ſcriptura.) Tertia, ibi, Ergo cuius vult.) Ad euidentiam primæ partis, ſciendum, quòd deus nos prædeſtinando, proponit nobis gratiã cõferre, opera nr̃a dirigere, & gloriam nobis dare. Apoſtolus ergo volens declarare hæc omnia eſſe ſecundum diuinam voluntatem & propoſitum, tria facit: quia primo oſtendit, quòd ſecundum diuinam voluntatem & propoſitum eſt gratiæ infuſio. Secundo, quòd ex hoc erit glorię collatio. Tertio manifeſtat quòd ex hoc ſit operum directio. Secunda ibi, Et miſericordiam præſtabo.) Tertia, ibi, Igitur non volentis.) Formetur ergo ſic ratio, Quicunq; ſicut ab ęterno pręſciuit & diſpoſuit, ſic miſere- D tur, & gratiam infundit, ex illius propoſito & beneplacito habet eſſe noſtra electio, & gratię infuſio: deus eſt huiuſmodi, ergo &c. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur autem ſic litera, Benè dico quòd non eſt iniquus deus, ſi proponat & diſponat approbare hos, & non alios, quia hoc non procedit ex iniquitate, ſed ex miſericordia. Dicit enim Moyſi, Miſerebor ſcilicet illius, id eſt, miſerebor vocando, eligendo, & gratiam apponendo, cuius miſereor, vel (vt habet alia litera) cui miſertus ſum, id eſt, cuius propoſui & diſpoſui miſereri. Tunc ergo ſupplenda eſt ratio, ꝙ ſi deus miſeretur, & vocat, & gr̃am infundit, cui miſeretur, id eſt, cui ab ęterno propoſuit, & diſpoſuit miſereri: ergo noſtra electio, & gratiæ infuſio habet eſſe ſecundum diuinam diſpoſitionem, & ſecundum eius beneplacitum. Notandum autem, quòd illud quod dicitur, dictum eſſe Moyſi, in libro Exodi 33. non ſic iacẽt verba, ſed ſic, Miſerebor cui voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit. In quibus verbis expreſſius habetur,

betur, quòd hoc ſit ſecundum dei voluntatem, & bene placitum. Deinde cum dicit.

Et miſericordiam præſtabo cuius miſerebor.

Oſtendit quòd non ſolum quantum ad infuſionem gratię, ſed etiam quantum ad collationem gloriæ, à deo ſecundum ſuum beneplacitum eligimur, & approbamur. Formetur autem ſic ratio, Quęcunq; ſicut ab ęterno pręſciuit & diſpoſuit, ſic miſeretur & gloriā tribuet, ex illius beneplacito & voluntate habet eſſe nr̄a electio, & gloriæ collatio: deus eſt hmōi, ergo &c. De hac autem ratione ponit virtutem medii dicens, Et miſericordiam pręſtabo, ideſt, vitam ęternam & gloriam dabo cuius miſerebor, ideſt, illi, cui ab ęterno propoſui miſereri. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, ꝙ ſi deus illis gloriam dat, quibus ab ęterno propoſuit & diſpoſuit gloriam conferre, non ſolum diuina electio quantum ad gratię preparationem in pręſenti; ſed B etiam quantum ad glorię collationem in futuro, habet eſſe dei beneplacito, & diuina voluntate. Notandum autem, quod hęc duo, quę hic dicūtur, videlicet, Miſerebor cui voluero, quod exponendum eſt de infuſione gratiæ: & Miſericordiam pręſtabo cuius miſerebor, quod exponi poteſt de collatione glorię: ſatis innuuntur, Exo. cap. 23. quia cum ibi dicitur, Miſerebor cui voluero, exponi poteſt, ideſt, cui propoſui gratiam conferre: quod verò ibi ſcribitur, Clemens ero in quē mihi placuerit, ideſt, cui diſpoſui gloriam dare. Notandum etiam, quod (vt Ambroſius ait hæc verba exponendo) miſerebor cuius voluero, ideſt, illius miſerebor vocando, & gratiam apponendo, cuius præſcius eram quod ei miſericordiam daturus eſſem. Sic etiam expoſuit, Miſericordiam pręſtabo, cui miſericordiam pręſtitero, ideſt, illi miſericordiā dabo & gloriam quē ſcio poſt errorem toto corde ad me reuerſurum. C Deinde cum dicit.

Igitur non volentis, neq; currentis, ſed miſerentis eſt dei.

Oſtendit quòd ex ipſa dei miſericordia, & ex ipſo dei beneplacito, diriguntur, & perficiuntur opera noſtra. Eſt enim duplex opus, vnum interius vt velle, & aliud exterius. Vtrunq; autem bonum à deo dirigitur & perficitur in electis. Formetur autem ſic ratio, Quicunq; non poſſunt bene velle, ideſt, bene operari interius, nec bene currere, ideſt, bene operari exterius, ſed totum hoc eſt dei miſerentis. i. à dei miſericordia depēdet & à dei beneplacito, illi eliguntur & in opere diriguntur ſecundum diuinam voluntatem & ſecundum diuinum placitum: nos ſumus huiuſmodi, ergo &c. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur aūt ſic litera, Deus miſeretur cuius diſpoſuit D miſereri, & miſericordiam præſtat cui diſpoſuit miſericordiam præſtare: igitur quia ſic eſt, non eſt volentis (ſupple) velle bonum meritoriē & operari bene interius, nec currentis (ſupple) eſt currere, ideſt operari bene exterius, ſed hoc miſerentis eſt dei. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, ꝙ ſi & velle, & currere, & operari bene exterius, totum dependet ex dei miſericordia et ex dei beneplacito; ergo nos eligimur, & in opere dirigimur ſecundum diuinam voluntatem, & ſecūdum eius beneplacitum. Notandum autem ꝙ circa electos & circa illos, quorum deus diſpoſuit miſereri, eſt tria conſiderare: primò, vt boni ſint per gratiam: ſecundo, vt bene agant per opera meritoria: tertio, vt bona adipiſcantur per gloriam. Et quia omnia hæc ſunt in nobis ſecundum diuinam diſpoſitionem & ſecundum beneplacitum, ideo quòd aliqui ſint electi & approbati, ex diuina miſericordia & eius beneplacito habetur eſſe. Notandum etiam quòd ſicut per viam peruenitur ad terminum localem, ita per opera meritoria poſſu- A mus peruenire ad finem intentum, ipſum enim operari, eſt quoddam currere. Et quia non eſt hominis via eius, & quia à domino greſſus hominis diriguntur, ideo non eſt currentis currere, ſed hoc miſerentis eſt dei: ſic etiam non eſt volentis velle, quia vt habetur Phil. 2. Deus eſt, qui operatur in nobis velle, & perficere, pro bona voluntate. Deinde cum dicit.

Dicit enim ſcriptura Pharaoni, Quia in hoc ipſum excitaui te, vt oſtendam in te virtutem meam: & vt annuntietur nomen meum in vniuerſa terra.

Exo. 9.

Oſtendit quod ſecundum diuinam voluntatem & eius beneplacitum, contingit eſſe aliquorum indurationem & reprobationem: quod patet exemplo Pharaonis: nam ſicut ipſe cui vult miſeretur & quem vult eligit, ita quem vult indurat & quem vult reprobat. Formetur autem ſic ratio, Quem- B cunq; ſecundum ſuum beneplacitum deus reſeruat, ſuſcitat, vel excitat, vt induretur, & vt ex induratione exerceat deus virtutem ſuam in eo, & vt annuntietur nomen dei in vniuerſa terra, ille ſecundum dei diſpoſitionem & ſecundum eius beneplacitum induratur & reprobatur: Pharao autem fuit huiuſmodi, ergo ſecundum eius diſpoſitionem, & ſecundum eius voluntatem fuit induratus, & reprobatus. De hac autem ratione ponit virtutē medii. Cōtinuetur aūt ſic litera, Nō ſolū ꝙ aliquis eligatur, & reprobetur hoc cōtingit ſcdm dei diſpoſitionem & ſecundum dei voluntatem, ſed etiam quòd aliquis induretur et reprobetur, hoc eſt ſecundum dei diſpoſitionem et ſecundum dei voluntatem: quod patet in Pharaone. Dicit enim ſcriptura Pharaoni. i. de Pharaone, Quia in hoc ipſum excitaui te. i. volui te excitare per ſigna manifeſta (ſupple) vt fieres durior, & vt indurarē cor tuū, vt oſtendā virtutē C meam in te, et vt annuntietur nomen meū in te in vniuerſa terra. Tunc ergo eſt ſupplēda ratio, quia ſi deus excitauit Pharaonem vt induraretur, per quam indurationem exercet virtutem ſuam in eo, & annuntiatur nomen dei in vniuerſa terra, patet ꝙ ſicut quem vult eligit, ita quem vult indurat. Notandum autem, quod auctoritas hic dicta habetur Exo. 9. ſub his verbis, vbi dictum eſt Pharaoni, Idcirco poſui te, vt oſtendam in te fortitudinē meam, et narretur nomen meum in omni terra. Notandum etiam ꝙ deus dicitur indurare, vt pluries dictum eſt, non impartiendo malitiam, ſed nō dando gratiam, quod iuſto iudicio dei fit. Sed quare hanc iuſtitiam exerceat in iſto & non in alio, in particulari non poſſumus reddere cauſam, niſi diuinam volūtatem, ſicut ponebatur exemplum de pariete, quod quia hi lapides ſunt ſuperius, illi inferius, per ſe loquēdo ſolā volūtatē artificis cām poſſumus aſſignare. Notandum etiam ꝙ (vt gloſa tangit) hic eſt triplex litera. D Vna litera habet excitaui te: alia, reſeruaui te: tertia, ſuſcitaui te. Erat autem Pharao in malitia ſopitus, excitatus enim fuit per ſigna diuina; ille cum deberet fieri melior, factus eſt peior, & induratum eſt cor eius, quod ex iuſto iudicio dei factum fuit: nam qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc: iuſto enim dei iudicio fit, quod qui non vult à ſua malitia pœnitere, ꝙ ex hoc in aliud peccatum trahatur, & durior, & deterior fiat. Alia litera habet, reſeruaui te. Nam ipſe Pharao non ſolum eſt à domino excitatus, quia erat in malitia ſopitus: ſed etiam à deo reſeruatus, quia erat morte dignus: Deus enim, cum eſſet Pharao dignus morte, reſeruauit ipſum ad vitam per aliquod tempus, vt oſtenderet ſigna ſua in eo, ex qua reſeruatione, & ex quorū ſignorum oſtenſione, cum deberet fieri melior & deberet pœnitere, ipſe non pœnitendo incidit in aliud peccatum, & factus eſt peior, et durior quia peccatū, quod per pœnitentiam non diluitur, mox ſuo pondere in aliud trahit. Eſt etiā tertia littera, ſuſcitaui te. Sed hoc

Virtutem Occumenius interpretatur lōganimitatē.

Apoc. 22.

B. Greg. ſuper Ezech. no. 11.

quaſi in eãdem ſententiam incidit, quia reſeruare aliquem ad vitam, qui ſit dignus morte, eſt quaſi ſuſcitare ipſum à morte. Notandum etiam ꝙ ſi Pharao ſtatim dimiſiſſet populum, non fuiſſent tot ſigna facta, & virtus diuina nõ fuiſſet ita manifeſtata, & nomẽ dei nõ fuiſſet ſic annũtiatũ in vniuerſa terra: ergo ea induratione cordis Pharaonis, deus, q nouit ea malis bona eligere, elicuit inde & eduxit hoc bonum, quòd oſtendit in Pharaone virtutem ſuam, & magnificatum eſt nomen eius in vniuerſa terra. Deinde cum dicit.

Ergo cuius vult miſeretur: & quem vult indurat.

Concludit intentam concluſionem: ea antedictis enim ſequitur hæc concluſio. Formetur autem ſic ratio, Quicunq; ſecundum ſuam diſpoſitionem & ſuum beneplacitum, quos vult eligit, gratiam infundendo, gloriam præparando, & opera dirigendo: et quos vult reprobat, gratiam non tribuendo, ille eſt cuius eſt miſereri, & indurare: deus eſt huiuſmodi vt patet per habita, ergo deus cuius vult miſeretur, & quem vult indurat. Ideo ait, ergo (ſupple) quia ſic eſt, quòd deus ſic approbat, & repsobat ſecundum ſuam voluntatem, cuius vult miſeretur ex gratia & gratuito, & quem vult indurat iuſto iudicio. Notandum autem quod, vt Magiſter ait in gloſa & ſumptum eſt ab Auguſtino ad Sixtum, ſi quæramus meritum obdurationis, & miſericordiæ: obdurationis meritũ inuenimus, miſericordię vero meritum non inuenimus: quia nullum eſt miſericordiæ meritum, ne gratia euacuetur: meritum autem obdurationis eſt peccatum totius maſſæ damnatę. Quiſquis ergo obduratus eſt, noſcat ſe obduratum debite: quiſquis autem adiutus eſt, noſcat ſe gratia adiutum. Notandum etiam ꝙ propter maſſam infectam ea qua naſcimur, omnes ſumus in terra proſtrati: deus autem aliquos ex nobis ſubleuat gratiam tribuendo: alios non ſubleuat, eos in peccatis relinquendo, & grãm non dando. Qui ergo ſaluantur, hoc eſt ex gratia: qui vero damnantur, eſt ea iuſtitia. Verum quia his dat gratiam, & nõ alijs: hoc eſt ea voluntate diuina. Et quia dando dicitur miſereri, & non dando dicitur indurare, cum hoc totum ea ſua voluntate dependeat (vt in quæſtionibus lucidius oſtendetur) ideo dictum eſt. Cuius vult miſeretur: & quem vult indurat. Deinde cum dicit.

Dicis itaq; mihi, Quid adhuc queritur? Voluntati enim eius quis reſiſtit?

Oſtenſo quòd deus miſeretur & indurat prout vult; oſtendit quòd non competit, nec contingit de hoc diſceptare, nec de hoc debent in cordibus noſtris quæſtiones inſurgere. Propter quòd ſciendum, quod in cordibus humanis (quia videtur hoc totum procedere ex dei voluntate) triplex quæſtio oriri poteſt. Vna quæſtio eſt, quòd non debemus ſtudere eſſe boni. Alia, quòd non debemus ſtudere benefacere. Tertia, quod non debemus nobis ad peccatum aliquid imputari: nam ſi totum eſt ea dei ęterno propoſito, & ea dei ęterna diſpoſitione, quare ſtudeo eſſe bonus? nam ſi deus diſpoſuit, bonus ero. Rurſus, quare ſtudeo benefacere? nam qualiter Deus diſpoſuit, taliter operabor. Vlterius, quare Deus conqueritur de homine, & quare ei imputat aliquid ad peccatum: nam talis homo eſt, qualem deus eſſe diſpoſuit. Ita carnales homines arguunt: ita inter ſe diſceptat, & diſputãt. Apoſtolus ergo volens inhibere huiuſmodi diſputationem & diſceptationem, duo facit: quia primo proponit quod intendit: ſecundo probat propoſitum. Vel primo ponit huiuſmodi diſceptationem: ſecundo quod non debemus ſic diſceptare et ſic diſputare, adducit contrariam rationem, ibi, O homo

A tu quis eſ. Continuetur autem ſic, dictum eſt ꝙ deus cui vult miſeretur, & quem vult indurat, & quod omnia eueniunt ſicut diſpoſuit: cum ergo ita ſit, Dicis itaq; mihi, tu homo carnalis, Quid adhuc queritur, id eſt, quare ab aliquo queritur, vt ſtudeat benefacere? Vel quid adhuc queritur. i. quare deus conqueritur de nobis, cum peccamus? & quare imputat nobis aliquid ad peccatum? hoc enim eſt ex voluntate ſua, cui non poſſumus reſiſtere. Ideo ait, Voluntati enim eius quis reſiſtit? quaſi diceret, ſic arguit homo carnalis, ꝙ quia voluntati diuinę nullus poteſt reſiſtere, & deus cuius vult miſeretur, & quem vult indurat: ideo quid, id eſt quare queritur, ꝙ homo ſit bonus, vel quod bene faciat? & quare deus queritur de homine, et imputat ei aliquid ad peccatum? quaſi diceret, Non deberet. Deinde cum dicit.

O homo, tu quis es qui reſpondeas deo? B Nunquid dicit figmentum ei qui ſe finxit, Quid me feciſti ſic?

Quod non debemus ſic diſceptare adducit contrariam rationẽ. Formetus autem ſic ratio. Sicut ſe habet figmentum ad figulum, ita nos habemus ad deum: ſed figmentum non diſceptat cum figulo, quare ipſum tale fecerit: ergo nec nos debemus nec poſſumus diſceptare cum deo, quare ſic diſpoſuerit, & ordinauerit. Ideo ait, O homo, tu quis es qui reſpondeas Deo: Nunquid dicit figmentum ei qui ſe finxit, id eſt, ei à quo factum eſt, Quid me feciſti ſic? ergo per locum à ſimili, nec tu debes dicere, Quid me feciſti ſic? & quare ſic ordinaſti? Notandum autem quòd, ſecundum Ambroſium, vt habetur in gloſa, magna indignitas eſt, & præſumptio; hominem contradicere Deo, iniquum iuſto, malum bono, imperitum perfecto, infirmum forti, mortalem immortali, ſeruum domino, creaturam

C creatori. Notandum etiam quòd ſecundum Auguſtinum in de verbis apoſtoli, & habetur in gloſa, ſi loqui poſſet pecus, & dicere deo, Quare me feciſti pecudem, cum iſtum feceris hominem? nonne iuſte diceres, ô pecus, tu quis es, qui reſpõdeas deo? Sic & in propoſito, ſi deus dat gratiam illi, cum à te, & à quolibet homine, iuſte poſſit gratia ſubtrahi, tu quis es qui de dei iuſtitia conquereris: non poſſumus ergo de deo conqueri, nec deo reſpondere: attamen de his omnibus, in quæſtionibus diffuſius eſt tractandum. Deinde cum dicit.

An non habet poteſtatem figulus luti ex eadem maſſa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam.

Oſtenſo quòd non licet nobis de hoc diſceptare, probat quòd licet deo ſic diſponere & ſic facere. Formetur autem ſic ratio, Sicut ſe habet lutum ad figulũ, ſic nos habemus ad deum: ſed licet figulo ex eadem maſſa luti facere aliud vas in honorem, aliud in con-

D tumeliam: ergo licet Deo ea eadem maſſa humana alium eligere, & alium reprobare. De hac ratione ponit virtutem medij, dicens, An non habet poteſtatem figulus luti, id eſt, qui operatur de luto, nonne licet ſibi, & habet iuſtam poteſtatem ea eadem maſſa luti facere aliud vas quod eſt in honorem, aliud in contumeliam? ergo et à ſimili, iuſtam poteſtatem habet deus ex eadem maſſa humana alium eligere, & alium reprobare. Notandum autem quòd ſi deus ſecundum ſuum beneplacitum operatur, & licet ei ſic facere, ergo non eſt iniquus. Tota ergo hæc lectio eſt probatio eius quod in principio proponebatur, videlicet, quòd nõ eſt iniquus deus vnum eligendo, & alium reprobando. Notandum etiam quod exemplum apoſtoli valde decens eſt ea parte materiæ lutoſæ, de qua proponitur figulus operari. Nã ſicut lutũ totũ ẽ infectũ & infectionẽ habet à ſe non à figulo ſic tota maſſa humani generis eſt infecta, & infectionem illam nõ habet à deo, ſed ex ſuo

ex ſuo vitio eſt corrupta. Et ſi figulus conſideraret vilitatem luti, iuſte omnia vaſa ex eo facta faceret in contumeliam: ſic conſiderata infectione humanæ maſſæ, iuſte omnes poſſet reprobare. Quòd ergo aliquos approbet, & eligat, hoc eſt ex eius benignitate. Notandum etiam quod hoc ſimile non ſolum eſt ad propoſitum ex parte materiæ, ſed etiam ex parte opificis. Nam ſicut quòd figulus faciat aliqua vaſa in honorē, & aliqua in contumeliam ex eadem maſſa, poteſt aſſignari ratio in vniuerſali, ſed in particulari (vt dicebatur) non eſt aliqua ratio, niſi voluntas artificis: ſic et in propoſito, quòd aliqui approbentur, & aliqui reprobentur, poteſt aſſignari ratio in vniuerſali, ſed in particulari, quare hi, & non illi, per ſe non aſſignatur ratio, niſi voluntas opificis. Notandum etiam quòd hic eſſent aliqua dubitanda, ſed propter prolixitatem expoſitionis textus, illa vſq; in finem capituli differemus.

LECTIO. XXX.

QVód ſi Deus volens oſtēdere iram, & notam facere potentiam ſuam, ſuſtinuit in multa patientia vaſa iræ apta in interitum, vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ, quæ præparauit in gloriam.

Soluta prima quæſtione, quomodo in tam ardua & excellenti materia, quantum ad perſonas prædeſtinatas, poteſt reddi cauſa vel ratio, vt conſiderentur particulariter: quia in talibus debemus aſſignare cauſam & rationem, diuinam voluntatem, dicentes quod cuius vult miſeretur, & quem vult indurat. In parte iſta vult ſoluere ſecundam quæſtionem, quomodo poſſumus aſſignare rationem et cauſam, quantum ad perſonas prædeſtinatas, prout vniuerſaliter accipiuntur: quia huiuſmodi rationem & cauſam aſſignare poſſumus diuinæ iuſtitiæ & miſericordiæ manifeſtabilitatem: vniuerſaliter enim loquendo, quare aliqui damnantur, & aliqui ſaluantur, eſt, vt manifeſtetur diuina iuſtitia, & oſtendatur eius miſericordia. Sed in particulari, quare hi, & non illi, non eſt cauſa directè, & per ſe loquendo, niſi voluntas artificis, vt quia deus ſic voluit, & diſpoſuit. Declarat ergo quomodo aſſignanda ſit ratio in vniuerſali. Circa quod duo facit: quia primo facit quod eſt dictum: ſecundo ne conqueramur de miſericordia dei, diuinam miſericordiam commendat & laudat. Vel poſſumus vniuerſaliter dicere & quaſi in idē reddit, dicētes q̄ Apoſtolus in hac parte duo facit: quia primo oſtēdit q̄ deus agit rōnabilit̄. Scđo q̄ agit miſericorditer, ibi, Quos & vocauit.) In prima parte intēdit talē rōne, Quicunq; aliquos reprobat, & aliquos eligit, vt in reprobis oſtēdat ſuū irā & ſuam iuſtitiam, in electis vero oſtendat ſuam glorioſam miſericordiam, ille rationabiliter agit: deus eſt huiuſmodi, ergo &c. Ideo ait, Quòd ſi deus (ſupple) aliquos reprobat, volens oſtendere iram ſuam idest ęternā pœnā, quę iuſte redditur malis; & volens notam facere potentiam ſuam in electis, ſuſtinuit in multa patientia vaſa irę apta in interitum, ideſt, malos dignos morte, vt oſtenderet diuitias gloriæ, ideſt, copioſam & glorioſam miſericordiam ſuam, in vaſa

A miſericordiæ, ideſt, in electis: quæ vaſa, ideſt, quos electos præparauit in gloriam. Notandum autem quòd ipſi mali ordinantur ad bonum electorum: nam quicunq; malus eſt, vel ideo ſubſtinetur, ſecundum Auguſtinum, vt corrigatur: vel vt per eū bonus exerceatur. In Pſal. 63. Ipſa ergo vaſa iræ apta in interitum, ideſt, ipſi mali cū eſſent ſtatim digni morte, ſuſtinentur tamen in multa patientia propter electos, vt electi per ipſos malos, & in hoc ſeculo, ſint magis exercitati: & in futuro, cōparatione illorum, magis appareant glorioſi. Notandum etiam quòd ex hoc poteſt patere expoſitio textus: nam deus ſuſtinet malos propter electos dupliciter. Primo, vt per malos oſtendat potentiam ſuam in vaſa miſericordiæ, & hoc in præſenti ſeculo, vbi per malos, bonos purgat, in quo maxime declaratur diuina poſſibilia: qui nouit malis vti ad bonum, vt ad purgationem bonorum. Secundo deus ſuſtinet malos, non ſolum vt oſtendat potentiam ſuam in pręſenti

B per malos purgando bonos, ſed vt oſtēdat diuitias gloriæ ſuæ in futuro, faciendo apparere ad comparationem malorum bonos eſſe amplius glorioſos. Notandum etiam quòd ait Deum ſubſtinere in multa patientia vaſa apta in interitum, in quo maxime refulget diuina iuſtitia: nam ſi mali digni interitu reſeruantur vt pœniteant & nō penitent, magis apparet quod in futuro poſtea damnantur iuſte. Notandum etiam quod (vt ſæpe ſæpius dictum eſt) in vniuerſali poſſumus aſſignare rationem & cauſam, quare aliqui reprobantur, aliqui eliguntur: quod (vt dicebatur) ideo cōtingit, vt manifeſtetur diuina iuſtitia in reprobis, & diuina miſericordia in electis. Quantum ad reprobos, duplex iuſtitia: vna quæ erit in futuro, quia deus ibi iram oſtendet: alia in præſenti, quia deus hos malos in multa patiētia ſuſtinet: iuſtius enim damnabitur in

C futuro, qui ſuſtinetur in multa patientia in præſenti. Sic etiam erga bonos tangitur duplex miſericordia: vna in præſenti, vbi oſtendetur pœnitentiam ſuam, per malos purgando bonos: & alia in futuro, vbi oſtēdet diuitias gloriæ ſuę, faciendo bonos copioſius & peramplius glorioſos. Vtroq; enim modo deus miſericorditer agit circa electos: et quia hic vult oſtendere potentiam ſuam, eos purgando: & quia in futuro vult oſtendere diuitias ſuas, eos glorificando. Deinde cum dicit.

Quos & vocauit, non ſolum ex Iudæis, ſed etiam ex Gentibus.

Oſtenſo quòd deus agit rationabiliter: declarat q̄ agit miſericorditer, oſtendens quod nullus poteſt de dei miſericordia conqueri, nullus poteſt dei miſericordiam accuſare. Sunt autem ſex, quantum ad præſens ſpectat, propter quæ aliquis conqueritur de miſericordia eius, & propter quæ quis retrahitur, ne ad mi-

D ſericordiam illā accedat. Primū eſt, ſi mia illa ſit particularizata et contracta, & non ſe extendat, et non ſit parata extendere ſe ad omnes. Secundo, ſi miſericordia illa non ſit larga & ſufficiens, & non ſit parata extendere ſe ad inimicos, & odientes. Tertio, ſi nō ſit manifeſta, & nō ſit patens, & euidens. Quartò, ſi ſit ardua, et dura, & non ſe flectat ad perſonas viles, & debiles. Quinto, ſi multa requirat, & non ſit ad habendum facilis, ſed ſit multas difficultates continens. Sexto, ſi ſit remiſſa, et non ſit auxilia præbens. Apoſtolus ergo volens diuinam miſericordiam oſtendere, & volens claudere ora loquentium, ne de diuina miſericordia conquerantur: oſtendit quod diuina miſericordia, eſt generalis, & ſufficiens, eſt patens, & eſt nobis condeſcendens, eſt facilitatem continens, & eſt auxilia præbens. Tria autem iſtorum inducuntur propter Gētiles: reliqua vero propter Iudęos. Videbantur enim gentiles à deo eſſe remoti, dei eſſe inimici, & dei eſſe ignari. Ne ergo primo gentiles ſe excuſarent, quod nollent ac-

A cedere ad dei miſericordiam propter remotioné, & propter diſtantiam: oſtendit Apoſtolus diuinam miſericordiam eſſe generalem, & quòd parata eſt ſe extendere ad quantuncunq; remotos, & ad omnes. Secũdo, ne gentiles ſe excuſent propter inimicitiam, dicentes, Nos ſumus inimici dei, non poterimus miſericordiam eius conſequi: oſtendit ſecundo quòd miſericordia illa eſt larga, & ſufficiens, & parata eſt ſe extendere ad inimicos, & odientes. Tertiò ne gẽtiles ſe excuſarent propter ignorantiam, dicentes quòd dei miſericordiam non poſſumus conſequi, quia huiuſmodi miſericordia non eſt nota & euidens: oſtendit apoſtolus quòd diuina miſericordia eſt nota, & patens. Sic etiam & Iudæi tripliciter ſe poſſent excuſare: primo propter eorum imbecillitatẽ: ſecundo propter legis difficultatem: tertio, propter auxilii carentiam, & defectibilitatem. Poſſent enim dicere Iudęi, Maiores noſtri, Pontifices, & Phariſei contradicunt Euangelio: nos qui relinquimur & ſumus reſidui, ſumus debiles, viles, nõ poterimus huiuſmodi miſericordiam conſequi. B Ad hanc tollendam obiectionem, ait Apoſtolus quòd diuina miſericordia eſt flexibilis vſq; ad reliquias, eſt vſq; ad perſonas viles condeſcendens. Secundò ſe poſſent excuſare Iudęi propter legis difficultatem, dicentes, ꝙ ipſam legem Moſaicam obſeruare non poterant propter difficultatem: ideo forte dicerent quòd nec euangelicam legem obſeruare poſſent. Adhoc autem tollendum, ait Apoſtolus quòd miſericordia chriſti, & doctrina euangelica, eſt quid abreuians, & quid facilitatem habens. Tertiò ſe forte excuſarent Iudęi propter auxilii carentiam, & defectibilitatem. Ad remouendã ergo hanc obiectionem, oſtendit quòd miſericordia chriſti eſt prompta, relinquens nobis ſemen, & auxilia prębens. Ideo apoſtolus Dei miſericordiam ſex modis laudat, & commendat: tripliciter propter Gentiles: & C tripliciter propter Iudęos. Nam primo oſtendit quòd huiuſmodi miſericordia eſt generalis, & eſt parata ſe extendere ad remotos, & ad omnes. Secundò quòd eſt larga, & ſufficiens, & parata ſe extendere ad inimicos, & odientes. Tertio quod eſt manifeſta, & patens, & parata ſe extendere ad ignorantes. Quartò, quòd eſt placabilis, & flexibilis, & parata ſe extendere ad perſonas relictas, & impotentes. Quinto quòd huiuſmodi miſericordia, & doctrina chriſti, eſt abreuians, & facilitatem habens. Sexto & vltimò, quòd eſt prompta, & auxilia prębena. Secunda, ibi, Sicut in Oſeę dicitur.) Tertia, ibi, Et erit in loco.) Quarta ibi, Iſaias autem clamat.) Quinta ibi, Verbum enim conſumans. Sexta, ibi, Et ſicut prędixit Iſaias.) In prima ergo parte intendit oſtendere quòd miſericordia dei eſt generalis, & eſt parata ſe extendere ad remotos, & ad omnes. Formetur autem ſic ratio, Quęcunq; miſericordia vocat D non ſolum Iudęos, ſed etiam Gentes, illa miſericordia eſt generalis, & eſt parata ſe extendere ad remotos, & ad omnes: diuina miſericordia eſt huiuſmodi, ergo &c. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur autem ſic, Dictum eſt quòd deus vaſa miſericordiæ, ideſt, electos pręparauit in gloriam: (quos) ſcilicet electos, & ſecundum ſuam miſericordiam, & vocauit, non ſolum ex Iudęis, ſed etiam ex Gentibus. Tũc ergo eſt ſupplenda ratio, quòd ſi dei miſericordia eſt parata ſe extendere, non ſolum ad Iudęos, ſed etiam ad Gentes, ergo eſt generalis, quia ſe extendit ad remotos, & parata eſt ſe extendere ad omnes. Notandum autem quòd miſericordia dei ſecundum efficientiam eſt generalis, quantum ad genera ſingulorum: ſed quantum ad ſufficientiam, eſt generalis etiam, quantum ad ſingulos generum. Efficienter enim ſe extendit huiuſmodi miſericordia ad genera ſingulorum, quia de quolibet genere, & quolibet ritu, aliqui ſalui ſunt. Sed ſecundum ſufficientiam eſt generalis, quantum ad omnes, & quantum ad ſingulos generum: nam licet omnes non efficiantur ſalui, miſericordia tamen dei ſufficiens eſt ad ſaluandum omnes, & quantum eſt de ſe, parata eſt ad omnes ſe extendere. Deinde cum dicit.

Sicut in Oſee dicit, Vocabo non plebem meam, plebem meam: & nõ dilectam, dilectam: & non miſericordiam conſecutã, miſericordiam conſecutam. Cap. 2.

Oſtendit quòd huiuſmodi miſericordia eſt larga & ſufficiens, parata ſe extendere ad inimicos, & odientes. Formetur autem ſic ratio, Per quancunq; miſericordiam non plebs dei vocatur plebs dei, & plebs non dilecta vocatur dilecta, & plebs non miſericordiam conſecuta vocatur miſericordiam conſecuta, illa miſericordia eſt larga & ſufficiens, & extendit ſe ad inimicos & ad odientes: miſericordia dei eſt huiuſmodi, ergo &c. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur ſic litera. Benè dico, quòd miſericordia dei ſe extendit vſq; ad gentes & vſq; ad eos qui erant inimici iuſtitiæ, qui non apprehendebant hanc iuſtitiam, ſicut dicitur in Oſee (vt habetur Oſee. 1.) vocabo non plebẽ meam, plebẽ meam: & non dilectã meam, dilectã meam & non miſericordiam conſecutam, miam conſecutã. Tunc ergo eſt ſupplenda ſic ratio, quòd ſi huiuſmodi ſit, miſericordia eſt larga & ſufficiens, & extendit ſe ad inimicos & odientes. Notandum autem quòd tribus carebant Gentiles in ſtatu gentilitatis, quę conſecuti ſunt per miſericordiam dei: nam primo non erant plebs dei, quia carebant fide: ſecundo non erant plebs dilecta, quia carebãt charitate: tertio nõ erant plebs, quæ eſſet miſericordiam conſecuta, quia non ordinabantur ad gloriam, & ſecundum quòd huiuſmodi carebant ſpe ęternæ hęreditatis. Ideo ait, Non plebem meam) id eſt, Gentes quæ prius non cognoſcebant me per fidem, (vocabo plebem meam) vt per fidem me cognoſcant: (& non dilectam meam) ideſt, gentilitatem, quæ carebat charitate, (vocabo dilectam meam) vt ex charitate & dilectione ſeruiat: (& non miſericordiam conſecutam) ideſt, gentilitatem, quæ non ordinababatur vt conſequeretur miſericordiam gloriæ æternæ, & non habebat ſpem ęternę hęreditatis, ordinabitur, vt conſequatur miſericordiam ęternæ gloriæ. Deinde cum dicit.

Et erit in loco vbi dictum eſt eis, Non plebs mea vos: ibi vocabuntur filii dei viui.

Adducit tertiam rationem, oſtendens quòd miſericordia dei eſt patens & euidens, quòd extendit ſe ad ignorantes. Ad cuius euidentiam ſciendum, quòd illud eſt patenter & euidenter tale, vel quod eſt vniuerſaliter tale, vel quod eſt tale in loco contrario: vt tunc ignis, vel quodcunq; aliud corpus eſſet patenter calidum, quando calefaceret vniuerſaliter, vel quando calefaceret in loco contrario & in loco frigido: cum ergo Gentiles vniuerſaliter in toto mundo, dicti ſint miſericordiam conſecuti, vel etiam in loco contrario vt in Iudęa ſic ſunt appellati, manifeſta & patens eſt miſericordia dei erga Gentes, & huiuſmodi miſericordia ſe extendit vſq; ad ignorantes, ideſt, vſq; ad Gentes, quæ ignorabant deum. Formetur autem ſic ratio, Per quancunq; miſericordiam Gentiles ignorantes deum vniuerſaliter in toto mundo, vel in loco contrario vt in Iudęa appellati ſint miſericordiam conſecuti, & vocati filii dei, illa miſericordia, per quam ſic vocati ſunt, eſt euidens & patens, & extendit ſe vſq; ad ignorantes: huiuſmodi autem eſt miſericordia dei etiam erga gentes, ergo &c. De hac autem ratione ponit virtutem medii, dicens. Et erit in loco, ideſt, in toto mundo vniuerſaliter, vt exponit gloſa: vel erit in loco contrario vt in Iudęa, ibi vocabuntur

Gentiles

Gentiles filii dei. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, quòd ſi in toto mundo vocabatur Gentiles non plebs dei, et poſtea ibi, id eſt, in toto mundo vocati ſunt filii dei, vel in loco contrario vt in Iudęa, vbi gentiles vocabantur non plebs dei, ibi, id eſt, in eodem loco vocati ſunt poſteà filii dei: & quia ſic eſt, multum eſt euidens, & manifeſta, miſericordia Dei. Deinde cum dicit.

Eſa.10.c. Eſaias autem clamat pro Iſrael, Si fuerit numerus filiorum Iſrael tãquàm arena maris, reliquiæ ſaluæ fient.

Adducit quartam rationem, oſtendens quod miſericordia dei eſt plicabilis & flexibilis & flectit ſe vſq; ad reliquias Iudęorum, id eſt, vſq; ad perſonas paucas, & viles. Formetur autem ſic ratio, Quęcunq; miſericordia extendit ſe ad reliquias filiorum Iſrael, id eſt, vſq; ad perſonas paucas & debiles, illa miſericordia eſt plicabilis & flexibilis: huiuſmodi autem eſt miſericordia dei, ergo &c. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur autem ſic litera, ſic commèdauimus per tres rationes præmiſſas miſericordiã dei quantum ad gentiles; reſtat ergo commendare eam quantum ad Iudęos, quam poſſumus commendare auctoritate Eſaię. Ideo ait, Eſaias autem clamat pro Iſrael, Si fuerit numerus filiorum Iſrael tanquàm arena maris). i. licet ſint filii Iſrael tanquàm arena maris, (reliquiæ) id eſt, illi qui relinquuntur ab aliis, qui ſunt viles & pauci: vel (reliquiæ) id eſt, illi qui relinquentur circa finem mundi, (ſaluę fient.) Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, quòd multum eſt plicabilis & flexibilis miſericordia dei, cum ad perſonas huiuſmodi ſe extendat. Notandum autem quòd maiores Iudęorum, vt Scribæ, & Phariſei, maxime ſunt auerſi à miſericordia dei: & quia maiores ſunt auerſi, & etiam quia maior pars eſt ſic auerſa, ideo illi qui relinquuntur, dicuntur eſſe viles & pauci. Notandum etiam quod filii Iſrael comparantur arenę maris, vt gloſa tangit, quia ſunt ſteriles à gratia fidei, & à fructu boni operis. Deinde cum dicit.

Verbum enim cõſumans, & abbreuians in æquitate: quia verbum breuiatum faciet dominus ſuper terram.

Oſtendit quòd miſericordia facta per chriſtum non ſolum eſt plicabilis & flexibilis, ſed etiam facilis & difficultatẽ tollens. Formetur autem ſic ratio, Quęcunq; doctrina, & quęcunq; miſericordia, eſt abbreuians, conſumans, & æquans, illa eſt facilis & difficultatem tollens: ſed verbum dei, doctrina euangelica, miſericordia dei, eſt huiuſmodi, ergo eſt facilis & difficultatem tollens. Continuetur autem ſic litera, Benè dico quòd reliquiæ filiorum Iſrael ſaluę fient: & quia licet eos lex non poſſet ſaluare, ſaluabit tamen eos verbum Euangelii, quæ eſt miſericordia chriſti. Ideo ait, Verbum) id eſt verbũ euangelii (conſumans) id eſt, legem perficiens, (& abbreuiãs) id eſt, omnia ad chriſtum, & dilectionem terminans, faciet (ſupple) dominus, in (æquitate) id eſt, in ęqualitate (quia dominus) id eſt, chriſtus ſuper terram exiſtens faciet verbum abbreuiatũ: quoniam mia dei nunc eſt facilis, & difficultatẽ remouens. Notãdũ aũt quòd verbum euangelii eſt conſumans ratione perfectionis: eſt abreuians ratione dilectionis: eſt in æquitate rõne reſecationis. Cõſumãs ẽ rõne perfectiõis, quia per euangelium lex conſumatur & adimpletur. Abbreuians eſt ratione dilectionis, quia in Euangelio nihil aliud quàm dilectio radicaliter pręcipitur: non poteſt eſſe breuius verbum, nec breuior doctrina quã ea quæ in vno verbo, id eſt, in dilectione completur. Rurſus huiuſmodi verbum eſt in ęquitate, ratione reſecationis: quia lex fuit verbum prolixum, quia continebat non ſolum moralia, ſed etiam cæremonialia: ſed Euangelium eſt verbum ęquum, quia tantum con-

A tinet, quantum debet: nam moralia complet, cæremonialia reſecat. Notandum etiam quod hic tangitur triplex cauſa facilitatis legis Euangelicę, & per oppoſitum tangitur triplex cauſa difficultatis legis Moſaicę. Nam lex Moſaica eſt difficilis ad ſuſtinendum, & ad faciendum quæ iubebat, primò ratione imperfectionis, quia vt poſſemus facere quæ iubebat, auxilium & gratiam non præſtabat. Secundo erat difficilis ratione timoris, quia quicunq; ex timore aliquid facit, illud difficiliter toleratur. Tertio erat difficilis ratione prolixitatis, quia præcepta ceremonialia grauia & importabilia iubebat. Lex autem euangelii primo eſt facilis, quia eſt conſumans ratione perfectionis: eſt enim hæc lex conſumans & perfecta, præbens auxilia, vt poſſimus implere quæ imperat. Secũdo huiuſmodi lex ẽ facilis, quia eſt abbreuians ratione dilectionis: in dilectione enim totum breuiter continetur quod in Euangelio mandatur: & quia hæc lex eſt lex amoris, & in

B amore breuiter comprehenditur, ideo dicitur facilis, quia difficilia & ferè impoſſibilia, facilia & dulcia facit amor: eſt enim onus amore ſuaue, & iugum dilectione leue. Tertio huiuſmodi lex eſt facilis, quia eſt æquans ratione reſecationis: eſt enim hoc verbum ęquale, non prolixum; reſecantur enim in Euangelio omnes illę prolixitates, & omnes illæ cæremoniæ, quæ erant onera grauia, & importabilia: ideo lex euangelii eſt facilis, quià reducit omnia ad ęqualitatem, & illa onera grauia & importabilia tollit, & reſecat. Notandum etiam quod dominus antequam fieret homo, dedit verbum prolixum, vt legem Moſaicam: ſed dominus veniens ſuper terram, id eſt factus homo, quia cũ fuit homo factus, ſuper terram venit, quia tunc in terris viſus eſt & cum hominibus conuerſatus eſt: dominus ergo ſic ſuper terram veniens, fecit verbũ abbreuiatũ quia dedit verbum legem euangelicam, quę eſt verbũ

C conſumans, æquans, & abbreuians. Deinde cum dicit.

Et ſicut prædixit Eſaias, Niſi dominus ſabbaoth reliquiſſet nobis ſemen, ſicut Sodoma facti eſſemus, & ſicut Gomorrha ſimiles fuiſſemus. Eſa.1.c.

Adducit ſextam rationem, quòd miſericordia dei non eſt remiſſa, ſed eſt auxilia prębens, quia per huiuſmodi miſericordiam datum eſt nobis ſemẽ, in quo eſt maxima virtus, ſemen enim eſt maximum virtute, licet ſit minimum quantitate: hoc autem ſemen eſt ipſe chriſtus, vel eſt ipſum euangelium, vel ſunt ipſi apoſtoli, vt exponit Gloſa: iſta enim ſunt magna auxilia ad ſalutem. Formetur autem ſic ratio, Per quancunq; miſericordiam relinquitur & datur nobis ſemen per quod ſaluamur, illa non eſt remiſſa, ſed eſt magna auxilia prębens: huiuſmodi autem eſt miſericordia dei, ergo &c. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Con-

D tinuetur autem ſic, Miſericordia dei non ſolum eſt plicabilis & nobis condeſcendens, non ſolum eſt abbreuians & difficultatem tollens, ſed etiam eſt prompta & auxilia prebens, ſicut predixit Iſaias, vt habetur ſui lib. cap. 1. Niſi dominus ſabbaoth, id eſt, dominus exercituum reliquiſſet nobis ſemen, id eſt, euangelium: vel reliquiſſet nobis ſemen, id eſt, chriſtum, qui fructum vitæ protulit: vel niſi reliquiſſet nobis ſemen, id eſt, niſi reliquiſſet nobis reliquias Iudæorum ſaluandas, vt apoſtolos, & alios bonos, per quos quaſi per quoddam ſemen creuit ſeges chriſti: ſicut Sodoma fuiſſemus, & ſicut Gomorrha fuiſſemus ſimiles, niſi nobis tanta auxilia data eſſent. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, quod cum tot auxilia dentur nobis per miſericordiam dei, ſequitur quod huiuſmodi mia non ſit remiſſa, ſed auxilia præbens. Notandum autem quod Sodoma interpretatur muta, & ſignificat peccatum contra legem, per quod ſumus muti ad confitendum nomen

chriſti. Gomorrha interpretatur aſpera, & ſignificat peccatum contra mores, per quod ſine gratia exiſtentes ſumus aſperi & ſumus ſpinis vitiorum operti. Niſi ergo dominus reliquiſſet nobis ſemen, fuiſſemus ſicut Sodoma peccando cōtra fidem: & fuiſſemus ſicut Gomorrha, peccando contra mores: periſſemus ergo, niſi deus tantum ſemen, & tanta auxilia nobis tribuiſſet.

Dubitaret forte aliquis de eo quòd apoſtolus ait, Vt oſtēderet diuitias ſuas in vaſa miſericordiæ. Quia Gloſa exponens, quomodo deus in vaſa miſericordiæ oſtendit copioſam & glorioſam miſericordiam ſuā, ait, Quidam ſunt quibus nec gratiam apponit deus, vt Eſau, & Pharaoni: aliis autem infert, quaſi coactis vt apoſtolo Paulo. Sed contrà: Deo non placent ſeruitia coacta. Pręterea Auguſtinus in lib. ſententiarum Proſperi, ait, Nemo inuitus benefacit. Dicēdum quod
Cap. 1. (vt diſtinguit Philoſophus tertio Ethicorum) quędam ſunt ſimpliciter voluntaria, quædam ſunt ſimpliciter inuoluntaria, quædam verò mixta: nam proiicere merces in mari, ne nauis patiatur naufragium, dicitur eſſe quid mixtum. habet enim aliquid de voluntario quia volunt proiicere, vt ſaluentur: & aliquid de inuoluntario, quia diſplicet eis proprias res amittere: tamē (vt ibidem probatur) licet hæc actio ſit mixta, plus eſt tamen voluntaria, quàm inuoluntaria: nam in ipſis hominibus exiſtentibus in mari, eſt mouere brachia, & capere res, & proiicere eas: ſi ergo non eſſet hoc plus voluntarium, quàm inuoluntarium, non acciperent res proprias ad proiiciendum eas: timore ergo mortis inducuntur, vt proiiciant res proprias: non tamen ſimpliciter coguntur, imo voluntarie mouent membra ad capiendum res illas, vt ipſas proiiciant: vnde in talibus eſt aliquid ſimile coactioni, non tamē eſt proprie coactio. Sic & in propoſito, fuit aliquid ſimile coactioni, in quantum Paulus timore perterritus, motus fuit ad credendum, non tñ ibi fuit proprie coactio. Nam et ſi cętera qs poſſit nolēs, credere tñ (de credere fideli loquendo) nō pōt quis, niſi volens. Nā in diffinitione
Credere. ipſius credere intercipitur volūtas: eſt. n. credere, cū voluntate aſſentire. Et quia diffinitio eſt eſſentialis diffinito, eſſentiale eſt ipſi credere, vt volendo aſſentiamus; quia (vt dicebatur) licet eſſet ibi aliquid ſimile coactioni, quia inductus eſt timore ad credendum; non tamen fuit ſimpliciter coactio, quia volens credidit: nihil eſt enim magis in poteſtate noſtra, quàm velle, vel non velle. Quod ergo volendo facimus, ad illud non directè cogimur.

Vlterius forte dubitaret aliquis de eodem verbo Apoſtoli, Nam gloſa exponens ipſum verbum apoſtoli, quomodo deus oſtendit diuitias gloriæ ſuæ, ait, ꝙ de iuſtitia iudicat deus, non de pręſcientia: & quod dei iuſtitia, non dei pręſcientia cauſa eſt, quare aliquis ſit dignus apud deum vita ęterna. Sed cōtra: ſcientia dei cauſat res, ſcientia noſtra cauſatur à rebus, vt dicit Cō-
Com. 51. ment. 12. Metaphy. in illo cap. Sentētia patrum; ergo dei pręſcientia omnia iſta cauſat, & facit. Dicendum ꝙ (vt communiter diſtinguitur) duplex eſt ſcientia, ſpeculatiua, & practica: ſcientia ſpeculatiua non eſt cauſa rerum, quia tunc ſimul fierent oppoſita: ſpeculatione enim per rectum cognoſcitur rectum & obliquum, iux-
Tex. 85. ta illud Philoſophi. 1. de Anima, Rectum eſt iudex ſui, & obliqui. Sed ſcientia practica eſt cauſa rerum, per quā determinatur opus fiendū. Cùm Gloſa ergo ait, quod dei preſcientia non eſt cauſa, quare aliquis ſit dignus vita ęterna: loquitur de ſcientia vt ſumitur ſpeculatiuè, cuius modi eſt ſcientia ſimplicis notitiæ: non autem loquitur de ſcientia practica, quæ eſt ſcientia approbationis.

Vlterius forte dubitaret aliquis de illo verbo apoſtoli, Quos & vocauit. Nam magiſter exponens, quomodo deus vocat, ait, ꝙ vocat ſecundum gratiam, nō

A ſecundum debitum: dum & paruulis ſubuenit, quorū nulla merita dici poſſunt: & maiores præuenit, vt habere aliqua merita bona poſſint. Sed cōtra: ſi paruuli nulla merita habent, eis non deberetur vitæ ęternæ præmium: debetur eis huiuſmodi præmium, ergo habent aliquod meritum. Dicendum ꝙ tantum fuit meritum chriſti, quod propter huiuſmodi meritum, totū humanum genus non ſolum poteſt redimi, ſed etiam infinitus theſaurus ex hoc collatus eſt Eccleſiæ: vnde Vnde Indulgentię manāt, facit eccleſia (cū videt expedire) indulgentias. Paruuli ergo licet non habeant merita propria, tamen quia per baptiſmum ſunt conſepulti cum chriſto, comitatur eis meritum chriſti: & ex huiuſmodi merito digni ſunt vita æterna.

LECTIO. XXXI.

B QVid ergo dicemus? Quòd gentes quæ non ſectabantur iuſtitiam, apprehenderunt iuſtitiam: iuſtitiam autem, quæ ex fide eſt.

Poſtquàm ſuperius determinauit apoſtolus, quomodo in tam ardua materia poſſit aſſignari ratio et cā quantum ad prædeſtinatas perſonas. In parte iſta oſtendit, quomodo poſſit ibi aſſignari ratio, & cauſa quantum ad prædeſtina-
C tionis effectum. Sunt autem (quantum ad pręſens ſpectat) duo prædeſtinationis effectus, videlicet, Infuſio gratiæ, & Adeptio gloriæ. Illi enim ſunt prædeſtinati, quibus deus ſcdm ſuū ſanctum propoſitum præparauit gratiam in præſenti, & gloriam in futuro. Per opera autem noſtra (vt ſupra dicebatur) non poſſumus reddere rationem quantum ad collationem gratiæ, quia gratia non cadit ſub merito, & opera pręcedentia gratiam non ſunt cauſa, quare nobis gratia infunditur: opera ergo pręcedentia gratiam non merentur eam nec ſunt cauſa eius. Tamen opera facta in gratia merentur gloriam, & ſunt cauſa, quare nobis gratia tribuatur. Si ergo quæratur, Vtrū p opera nr̃a poſſimus reddere rationem et cauſam quantum ad prædeſtinationis effectum? Plana eſt ſolutio: quia, cum duo ſint effectus prędeſtinationis, infuſio gratię, & adeptio gloriæ; ex operibus præcedentibus non poteſt reddi ratio, quantum ad noſtram iuſtificationem, vel quan-
D tum ad gratiæ infuſionem: ſed ex operibus in fide & gratia factis, poteſt reddi ratio, quantum ad gloriæ adeptionem. Apoſtolus ergo volens oſtendere quomodo opera noſtra ſe habent ad prædeſtinationis effectum, duo facit: quia primo oſtendit quomodo ſe habent opera noſtra ad iuſtificationem noſtram, & ad infuſionem gratiæ: ſecundo declarat quomodo ſe habent opera noſtra ad adeptionem gloriæ, & ad ſalutē illam ęternam, ibi, in principio decimi capituli, Fratres voluntas quidem.) Circa primum tria facit ſecundum quòd tripliciter oſtendit quod quantum ad hūc effectum prępdeſtinationis, qui eſt iuſtificatio vel gratię infuſio, non poteſt reddi ratio ex operibus noſtris: quia opera iuſtificationem pręcedentia, iuſtificationem noſtram & gratiæ infuſionem mereri non poſſunt. Primo enim probat hoc ex gentium vocatione: ſecundò ex Iudæorum reprobatione: tertiò ex chriſti offenſione. Secunda, ibi, Iſrael verò.) Tertia, ibi, Offenderunt enim.)

In prima parte intendit talem rationem, Quicunq;

non ſtando

A non ſectando iuſtitiam, veram iuſtitiam apprehendũt, illi non ex operibus efficiuntur iuſti; Gentiles ſunt huiuſmodi, ergo Gentiles non ex operibus efficiuntur iuſti: & per conſequens ex operibus non eſt iuſtitia, nec ex operibus noſtris eſt infuſio gratiæ. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur ergo ſic, dictum eſt ꝙ Gentiles ſunt vocati, & iuſtificati: & quòd Gentiles, qui non erant plebs dei, nec erant plebs dilecta, vocati ſunt plebs dei, plebs dilecta; & quia ſic eſt, quid ergo dicemus? quòd gentes quæ non ſectabantur iuſtitiam, ideſt, quæ non faciebant opera legis, apprehenderunt iuſtitiam; non iuſtitiam qualencunq;, ſed iuſtitiam quæ eſt ex fide, ideſt, iuſtitiam veram. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, ꝙ ſi gentiles non ſectando iuſtitiam, & non faciendo opera legis, ſunt iuſtificati, ergo non ſunt iuſtificati ex opibus: & per conſequens ex operibus non eſt iuſtitia. Deinde cum dicit.

B **Iſrael verò ſectando legem iuſtitiæ, in legem iuſticię non peruenit. Quare? Quia nõ ex fide: ſed quaſi ex operibus.**

1 Probat hoc idem, videlicet, ꝙ ex operibus non ſit iuſtitia, ex Iudęorum reprobatione. Formetur autem ſic ratio, Quicunq;, ſectando legem iuſtitiæ, volendo iuſtificari ex operibus non per fidem, non peruenerãt in legem iuſtitiæ, per illos ſufficienter oſtenditur ꝙ nõ eſt iuſtificatio ex operibus: Iſrael eſt huiuſmodi, ergo per Iſrael ſufficienter oſtenditur ꝙ ex operibus nõ eſt iuſtificatio. De hac autem ratione ponit virtutem medii, dicens, ꝙ Iſrael ſectando legem, ideſt, opera legis faciendo, in legem iuſtitiæ non peruenit: quare? quia nõ ex fide quærebat iuſtitiam, ſed quaſi ex operibus quærebat iuſtificari. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, quòd ſi Iſrael volens iuſtificari non ex fide ſed ex operibus, & ſectando legem iuſtitiæ, ideſt, ſectando opera legis, non peruenit in legem iuſtitiæ, ideſt, non potuit apprehendere iuſtitiam verã, ſufficienter datur intelligi, ꝙ per opera noſtra non eſt iuſtitia, quia Iſrael ſectando huiuſmodi opera veram iuſtitiam non potuit conſequi. Notandum autem ꝙ (vt dicebatur ſupra cap. 3.) ex operibus legis non iuſtificatur omnis caro: & quia ex operibus legis non eſt iuſtitia, & per propria noſtra merita nõ poſſumus iuſtificari nec mereri gratiã, ideo Iſrael volẽs iuſtificari nõ ex fide ſed ex ſuis operibus & ex propriis meritis, in verã iuſtitiã nõ potuit puenire. Et quia ſic eſt, ſufficiẽter datur intelligi, ꝙ ex propriis operibus non habet eſſe iuſtitia. Deinde cum dicit.

C

Eſa. 28. d. & 8. c. 1. Pe. 2. b. **Offẽderũt. n. in lapidẽ offẽſiõis ſicut ſcriptũ ẽ, Ecce pono i Siõ lapidẽ offẽſiõis, & petrã ſcãdali: & oĩs q credit i eũ, nõ cõfundet.**

Oſtendit hoc idẽ, videlicet, ꝙ ex operibus nõ eſt iuſtitia, ex chriſti offenſione. Formetur aũt ſic rõ, Quibuſcũq; chriſtus in quẽ qui crediderit nõ cõfunditur, eſt lapis offenſionis & petra ſcãdali, illi nõ iuſtificãtur: ſed Iſrael volẽs iuſtificari ex propriis meritis, chriſtus, qui oẽs credẽtes iuſtificat, fuit lapis offenſionis & petra ſcãdali, ergo Iſrael ex propriis operibus nõ ẽ iuſtificatus: & p cõſequẽs p propria opa nõ eſt iuſtitia. De hac aũt rõne ponit virtutẽ medii. Cõtinuetur aũt ſic, Benè dico ꝙ Iſrael volens iuſtificari nõ ex fide ſed ex propriis operibus, nõ peruenit in legẽ iuſtitię, & nõ potuit iuſtificari, quia hoc faciẽdo offendit i lapidẽ offenſionis. i. in chriſtũ, qui fuit eis lapis offenſionis, ſicut ſcriptũ eſt. Eſa. 28. Ecce) quaſi euidẽter (pono in Sion), i. in Iudęis (lapidẽ offenſionis, & petrã ſcãdali). i. chriſtũ, qui erit vobis Iudęis lapis offenſionis, & petra ſcandali: (& oĩs qui credit in eum nõ cõfundetur.) Tũc ḡ eſt ſupplẽda rõ, ꝙ ſi Iſrael volẽdo iuſtificari nõ ex fide ſed ex operibus, offenderũt in chriſtũ, qui oẽs credẽtes iuſtificat, & chriſtus fuit eis lapis offẽſiõis, & petra ſcãdali: patet ꝙ Iſr. ex propriis opibus iuſtificari nõ poterũt: & p cõſequẽs ex propriis opibus nõ eſt iuſtificatio. Notãdũ aũt,

D

A ꝙ p illũ, i quẽ oẽs credẽtes nõ cõfundũtur: & p illũ, q iuſtificat oẽs credẽtes in ſe, oportet nos iuſtificari: Iudęi ergo offendẽtes in chriſtũ, ſicut offendebãt in eũ, ſic nõ iuſtificãtur: & qa offendebãt in eũ, volẽdo iuſtificari p propria opa, ideo p propria opa iuſtificari nõ poterũt & p cõſequẽs ex propriis operibus nõ eſt iuſtitia. Notãdũ ẽt, ꝙ ſicut ſi eẽt lapis in via poſitus, in lapidẽ illũ offenderet, & alliderẽt pedes ſuos nõ rectè incedẽtes: ſic chriſtus fuit lapis in via poſitus, in quẽ lapidẽ offenderũt Iudęi, & alliſerũt ſe ipſos ad illũ lapidẽ, eo ꝙ nõ debitè incedebãt. Notãdũ ẽt, ꝙ xp̃s ẽ lapis offẽſionis ipſis Iudęis, & erit eis petra ſcãdali: ſed lapis offenſionis fuit in p̃nti: petra ſcandali erit in Iudicio futuro. Nã ſicut paruus lapillus in via, qa nõ cauetur & nõ curatur de eo pp paruitatẽ eius, iõ multotiẽs hmõi lapis ẽ lapis offenſionis, & offendit & allidit pedes; ſic xp̃s latẽs in humilitate carnis nõ eſt agnitus, ideo offenderũt in illum Iudęi, & ſunt fracti & alliſi; ita ꝙ in hoc ſeculo fuit xp̃s

B Iudęis lapis offenſionis vl' lapis alliſionis, ſed in futuro erit petra ſcãdali. Scãdalũ dicitur obex vel obſtaculũ ĩ via poſitũ. Iudęi ḡ in hoc ſeculo nõ rectè incedẽtes, in futuro inuenient xp̃m tãq; eis obſtaculũ, & erit eis obex & petra ſcãdali. Notãdũ ẽt ꝙ ſcdm gloſam exponitur hoc idẽ aľr, vt ſiat differẽtia inter petrã, & lapidẽ; vt dicatur petra añ politionẽ, lapis poſt politionẽ: xp̃s ergo ante paſſionẽ fuit petra, poſt paſſionẽ fuit lapis, qa ibi fuit politus, vbi infirmitatis nãm depoſuit. Chriſtus ergo añ paſſione fuit Iudęis petra ſcãdali, qa illo tpe ſcãdalizati ſunt in eũ Iudęi, iraſcẽtes, & idignãtes, eo ꝙ filiũ Dei ſe faceret: ſed fuit lapis offenſionis in paſſione qñ Iudęi tũc in eũ maxime offẽderũt, & excęcati ſunt.

1. Ad euidẽtiã aũt dictorũ dubitatur, Vtrũ ſit iniquus deus aliquos approbãdo? Et vř ꝙ ſic: quia q pares ſunt pariter tractari debẽt, nõ. n. eſt ęquũ paria impariter p tractare, et ſi nõ eſt ęquũ, ergo eſt iniquũ: cũ ergo oẽs de

C eadẽ maſſa & oẽs ſimus quodã modo pares, iniquus vř deus, ſi nos impariter p tractat, & aliquos nřm eligat, & nõ alios. In cõtrariũ eſt Apl's, dicẽs, Nõ eẽ iniquũ deũ, ſi miſeretur cui miſerebitur, & miam p̃ſtetur cui miam pręſtabit. Dicẽdũ ꝙ ſi eſt aliq̃ cã pp q̃ videtur deus iniquus, aliquos eligẽdo, & aliquos approbando, hæc eſt, quia videtur apud ipm ex hoc eẽ acceptio pſonarũ: q̃re ſi probare poterimus ꝙ faciẽdo hoc, nõ accipit pſonã, nõ poterit ex hoc iniquus fieri. Propter qd ſciẽdũ, ꝙ accipere pſonã, eſt cõſiderare in pſona qd nõ eſt cõſiderãdũ: vt ſi qs debẽs diſtribuere eccl'iaſtica bñſicia deberet cõſiderare i pſonis bñficiãdis bonitatẽ morũ, magnitudinẽ ſciẽtię. Si verò cõſideret alia nõ cõſiderãda, vt propinquitatẽ carnis, fauorẽ pſonę: dicetur ille talis pſonarũ acceptor. Et vt appareat quo hoc nomẽ originẽ ſũpſerit, Notãdũ ꝙ in pſona p̃nt eſſe cõditiones ptinẽtes negotio, de quo agitur: & cõditiones ipertinẽtes. Cõditiones aũt ptinẽtes dicũtur cõditiones negotii: cõditiones impertinẽtes, dicũtur cõditiones pſonę. Vt p̃nta ſi in iudicio agatur de hęreditate cõferenda, cõditio ptinẽs, eſt ꝙ ſit filius defũcti: cõditio ipertinẽs, ꝙ ſit amicus Iudicis. Iudex ḡ debet cõſiderare cõditionẽ ptinẽtẽ. i. cõditionẽ negotii: nõ aũt cõditionem impertinẽtẽ, quę dicitur cõditio pſonę. Quia ſi iudex velit cõferre hęreditatẽ alicui, nõ qa ſit filius defuncti, ſed qa ſit amicus eius dicetur pſonę acceptor: qa cõſiderabit nõ cõditionẽ negotii, ſed conditionẽ perſonę. Hoc viſo, patet ꝙ nõ põt eẽ pſonarũ acceptor in his q̃ ex mera gra tribuũtur, qa i talibus nihil p̃t cõſiderari, qd nõ ſit cõſiderãdũ: nã talia ſicut qs põt tribuere vt vult, ſic ad ea cõſiderãda, põt cõſiderare quę vult. Cũ ḡ deus ex ſua mera liberalitate tribuat nobis ſua bona, põt ea tribuere vt vult, & qbus vult, & hoc faciẽdo nõ eſt iniquus, & apud ipſum nõ eſt acceptio perſonarũ.

D De acceptione pſonarum.

Vlterius forte dubitaret aliquis, Vtrũ deus ſit iniquus, aliquos reprobando? Et videtur quòd ſic: quia licet poſſit pares impariter pertractare in diſtribuendo dona, quia (vt dictum eſt) illa dona ex mera libera 2.

litate tribuit: tamen videtur omninò eſſe iniquum, in
infligendo pœnam, & pares impariter pertractando:
quare, cum antequàm nati eſſemus, omnino eramus
pares, iniquus videtur fuiſſe deus, ita reprobare hos,
& non alios: & ita præſcire hos ad pœnam, & non il-
los. Dicendum quod hæc quæſtio ex præhabitis eſt
ſoluta: nam ſi nos naſceremur ex maſſa pura, & ex
gente non infecta, forte non inueniretur via ad eua-
dendum, quin dignum eſſet quod deus omnes ap-
probaret, & quòd iniquum eſſet, ſi aliquos approba-
ret. Cum ergo ſit è contrario, quia omnes naſcimur
ex maſſa lutoſa, & ex radice apoſtatica, ſi nullus inde
liberaretur, nullus poſſet de deo conqueri. Vnde
Cap.199. Auguſtinus in enchiridion & habitum fuit ſupra in
Gloſa, ait, Vniuerſum quippe genus humanum tam
iuſto dei iudicio in apoſtatica radice damnatum eſt,
vt ſi nullus inde liberaretur, nullus poſſet vitupe-
rare dei iuſtitiam. Quòd ergo aliquorum miſeretur,
hoc eſt ex ſua miſericordia, & ex ſua bonitate: quòd
aũt aliquos reprobat & aliquos indurat .i. indurare
permittit, hoc eſt ex nulla iniquitate, ſed ex ſua iu-
ſtitia. Vnde Auguſtinus in eodem enchiridion, Miſe-
retur ex magna bonitate, & indurat nulla iniquitate.
In hanc etiam eandem ſententiam incidit idem Au-
guſtinus, ſuper Ioannem, cum ait, Tota enim natura
Tract.53. in ipſa radice vitiata, diuino iudicio, diuinæ dam-
nationis eſt ſubiecta, & merito peccati, vniuerſa dam-
nata. Cum ergo id ſupplicii recipiant vaſa iræ, quod
omnibus debebatur, & ab illo liberentur vaſa miſeri-
cordiæ; in altero æquitas, in altero miſericordia per-
ſpicua eſt. Quod vero dicebatur: quia iniquum eſt in-
fligendo pœnas, & pares impariter pertractare. Dici
debet, quod verum eſſet, ſi non omnibus illis debere-
tur pœna: & quia totum humanum genus eſt infectũ,
iuſto dei iudicio, omnes damnari poſſent: quòd ergo
aliqui non damnantur, hoc non eſt iniquitatis ſed mi-
ſericordiæ: quicunq; verò damnãtur, hoc non eſt ini-
3. quitatis, ſed iuſtitiæ.

Vlterius forte dubitaret aliquis, Vtrum ex operi-
bus noſtris poſſit aſſignari cauſa æternæ electionis, vt
dicamus quòd deus hos ab æterno elegit, quia ſcit eos
bona facturos? Et videtur quòd ſic per illud Ambro-
ſii, qui exponens Miſerebor cuius miſertus ero, ait,
Eius miſerebor, cuius præſcius eram quòd miſericor-
diam daturus eſſem, ſciens conuerſurum illum, &
permanſurum apud me. Ex operibus ergo noſtris, quę
deus in ſua præſcientia præſciuit, poteſt ratio aſſigna-
ri, quare deus hunc approbauerit, & propoſuerit eius
miſereri. Præterea idem Ambroſius exponens, Miſeri-
cordiã pſtabo cui miam pſtitero, ait, Et miam dabo,
quẽ pręſciui poſt errorẽ recto corde reuerſurũ ad me:
ergo bona opera noſtra, quæ deus habet in ſua præ-
ſcientia, ſunt cauſa, quare nos eligat. Dicendum quòd
ſecundum quoſdam, ideo opera noſtra non ſunt cauſa
ęternæ electionis, quia temporale non poteſt eſſe cau-
ſa æterni. Sed hoc non ſufficit: quia licet opera noſtra
Ep.105. ſint in tempore facta, ſunt tamen ab æterno præſci-
ta. De quibus Auguſtinus ad Sixtum loquens, & habe-
tur ſupra in Gloſa, ſuper illo verbo, Nunquid iniqui-
tas apud deum, ait, Nemo dicat deum, quia futura ope-
ra præuidebat, alterum elegiſſe, alterum reprobaſſe.
Propter quod ſciendum, quòd ſicut ſcientia dei cau-
ſat ſcita, ita volũtas dei cauſat ſcita, nõ.n. quia res ſunt
ideo Deus ſcit eas; ſed è cõtrario, ſicut ẽt quia deus pro
ponit nobis dare gratiã, iõ ſumus bona opera facturi;
no aũt quia ſumus bona opera facturi, ideo deus nos
prædeſtinauit, vel nobis propoſuit gratiam ſe daturũ.
Cum ergo quęritur, Vtrum opera noſtra bona, prout
ſunt à Deo præſcita, ſint aliquo modo ratio & cauſa
æternæ electionis? patet ꝙ non: nam non quia deus
præſcit nos bona futuros, ideo nos prædeſtinat, &
proponit nobis gratiam dare: ſed magis, e contrario

A quia nos prædeſtinat & proponit gratiam dare, ideo
præſcit nos bona futurus. Quod ergo arguebatur de
Ambroſio quòd deus miſeretur, id eſt, proponit miſe-
reri ei, quem præſcit bona facturum, vel ei quem ſcit
ad ſe recto corde reuerſurum: dici debet, quòd iſta ſe
conuertuntur, Quem deus prædeſtinat, illum præſcit
bona facturum, & è conuerſo, Illum quem deus præ-
deſtinat, & cui proponit gratiam dare, concomitatur
hoc, quòd ille ſit bona facturus, & quòd deus præſcit
illum bona facturum: tamen (vt patet per habita) ipſa
bona opera factura non ſunt cauſa diuinæ prædeſtina-
tionis vel diuini propoſiti, ſed econtra diuinum pro-
poſitum & diuina prædeſtinatio, eſt cauſa bonorum
operum futurorum. Verba ergo Ambroſii non ſunt
intelligenda cauſaliter, ſed concomitanter.

Vlterius forte dubitaret aliquis vtrum ex parte o- 4.
perum noſtrorum, poſſimus aſſignare rationem & cau-
ſam æternæ reprobationis: vt ideo deus æternaliter
B nos reprobet, quia ſcit nos mala facturos, vł quia ſcit
futuros nos malos. Et videtur quòd ſic: quia Auguſti-
nus ab Bonifacium, & habetur in Gloſa, ſuper illo ver- Ep.106.
bo, An non habet poteſtatem, ait, Hæc maſſa (ex qua
ſumus) ſi eſſet ita media, vt quemadmodum nihil boni
ita nec mali, aliquid mereretur, non fruſtra videretur
iniquitas, vt ex ea fierent vaſa in contumeliam. Quare
ergo poſſint ex ea aliqui reprobari, eſt infectio, & pec-
catum, & prauitas exiſtens in illa maſſa. In cõtrarium
eſt auctoritas prius tacta Aug. ad Sixtũ, ꝙ nemo dicat
deũ, quia futura opera preuidebat, alterum elegiſſe, &
alterũ reprobaſſe. Dicẽdũ ꝙ vř prima facie dicẽdũ ee,
ꝙ ſicut reprobatur lignũ propter tortuoſitatem, ne
fiat inde ſagitta, quia illa tortuoſitas & illa obliquitas
impediret ſagitta, nec recte in ſignum tenderet: ſic pec-
catum humanæ maſſæ, vel peccatum perſonale, quod
deus præſcit, impedit ne aliquos eligat, vel ꝙ aliquos
prædeſtinet ad ęternã vitam: quia huiuſmodi peccatũ
C videtur portare impedimentum illi prædeſtinationi.
Sed licet ſic videatur, non eſt ſic abſolute loquendũ:
nam ſi artifex, qui ex ligno operatur ſagittam, poſſet
(ſi vellet) omnem tortuoſitatem à ligno remouere, &
ſi omnia ſibi famularentur ad nutũ, vt faciliter poſ-
ſet à ligno omnem obliquitatem tollere, non poſſet
eſſe tortuoſitas principalis cauſa, quare ex ligno tor-
tuoſo ſagittas nõ faceret. Poſſemus enim dicere, quòd
artifex ille, vt ſuam ęquitatem ſeruaret, nunquàm ali-
quod reprobaret, niſi præſciret illum tortuoſum
fore: tamen tortuoſitas non eſſet per ſe & principa-
lis cauſa reprobationis, cum poſitum ſit quòd arti-
fex ille poſſet ſolo nutu ſine omni difficultate om-
nem tortuoſitatem à ligno tollere. Sic & in propo-
ſito: deus, vt ſuam æquitatem ſeruet, nunquàm ali-
quos reprobat, niſi quos præſcit mala facturos, vel
quos præſcit de maſſa apoſtatica & infecta naſcitu-
D ros: attamen huiuſmodi peccata & infectiones, vt ſunt
à deo præſcitæ, non ſunt principalis cauſa, quare
Deus nos reprobet: quia poſſet deus omnem talem
infectionem tollere, omnem voluntatem immutare,
& in bonum conuertere, iuxta illud Auguſtini in Cap.98.
Ench. Quis porrò tam impie deſipiat, vt dicat Deum
malas hominum voluntates quas voluerit, quando
voluerit, vbi voluerit, in bonum non poſſe conuer-
tere? Dicamus ergo, quòd quoſcunq; deus prædeſti-
nat, illos præſcit bona opera facturos, tamen illa bo-
na, vt ſunt à deo præſcita, non ſunt cauſa diuinæ
prædeſtinationis: nã (vt dicebatur) nõ qa pręſcit bona
facturos, ideo prædeſtinat, ſed è conuerſo quia pdeſti-
nat, & proponit miſereri, ideo pręſcit bona facturos.
Sic ẽt quoſcũq; reprobat, ſcit eos mala opa facturos:
illa tñ opa nõ ſunt principalis cã diuinę reprobatio-
nis, quia poſſet deus oẽm volũtatẽ (ſi vellet) in bonũ
cõuertere; nec ẽt hmõi mala opera ſunt cauſata à deo
reprobãte, ſicut bona ſunt cauſata à deo prædeſtinan-
tem: quia

tem;quia deus,per ſe loquendo,nullo modo eſt cauſa deficiens,ſed efficiens:malum autem nõ habet cauſam efficientem, ſed deficientem. Sed ſi quæratur qualiter huiuſmodi mala opera, vt ſunt à deo præſcita, ſe habent ad diuinam reprobationem, cum non ſint cauſa; nec cauſata. Dici debet quòd mala opera licet nõ ſint cauſa reprobationis directa & principalis,poſſunt tamẽ aliquo modo dici cauſa ſine qua non; quia deus nunquàm aliquos reprobaret, niſi eos futuros malos præſciret. Et per hoc patet ſolutio ad obiectum, quia niſi maſſa eſſet apoſtatica,non fierent inde vaſa in contumeliam.

4. Vlterius forte dubitaret aliquis, Vtrum temporalis vocationis,vel tẽporalis obdurationis, poſſimus cauſam aſſignare ex parte operum noſtrorum? Et videtur quod ſic:quia cuius vult miſeretur,& quem vult indurat:cum ergo induratio dicat quid temporale, videtur quòd ipſius indurationis temporalis non poſſimus aſſignare cauſam,niſi diuinam voluntatem. Præterea,ſecundum Apoſtolum ſimile videtur eſſe de miſericordia,& de reprobatione:ſed ipſius miſericordiæ non poſſumus aſſignare cauſam opera noſtra, nec ipſius ergo obdurationis. Dicendum ꝙ non eſt ſimile de temporali vocatione, & de temporali induratione: quia licet temporalis vocationis,quę ſit per gratiam, non poſſimus aſſignare directè cauſam ea parte operum noſtrorum, cum gratia non cadat ſub merito: ipſius tamen obdurationis poſſumus aſſignare cauſam, peccata noſtra. Vnde Auguſtinus ad Sixtum, & habetur in Gloſa,ſuper illo verbo,Cuius vult miſeretur, ait, Si quærimus meritum obdurationis, & miſericordiæ: obdurationis meritum inuenimus,miſericordiæ verò non, quia nullum eſt miſericordiæ meritum,ne gratia euacuetur, quæ gratis datur,non meritis redditur:meritum autem obdurationis eſt peccatum totius maſſæ damnatæ. Propter argumenta tamen ſciendum,quòd deus obdurat,& iſte obduratur. Sed deus obdurat, non ꝙ malitiam impertiatur,ſed quod gratiam non impartitur: iſte tamen obduratur propter malitiam,quam exercet. Simpliciter ergo & abſolute loquendo, iſte obduratur propter peccatum:cum non eſt ſimpliciter & abſolute concedendum,quòd deus obduret propter peccatum, cum poſſet ipſum peccatum tollere, & ipſam voluntatem in bonum conuertere. Et quia poteſt,& non facit,dicitur quòd cuius vult miſeretur,& quem vult indurat:ſicut dicebamus de artifice, qui poſſet tortuoſitatem à ligno remouere, & tamen multa ligna tortuoſa reprobat. Simpliciter ergo loquendo, quantum eſt ex parte ligni,ipſum lignum reprobaretur propter tortuoſitatem:ſed quantum eſt ex parte artificis,non ſimpliciter hoc cõcedemus,quia ipſe propter hoc reprobaret, cum poſſet ipſam tortuoſitatem tollere. Inde eſt ergo quòd aliquando inuenimus etiam de temporali obduratione,quòd deus quos vult indurat, quia poſſet,ſi vellet,omnem voluntatem in bonum conuertere. Aduertendum tamen quòd non eſt ſimile de iuſtificatione,& induratione:quia nec iſte iuſtificatur propter bona opera ſua, nec eum deus iuſtificat propter huiuſmodi opera; ſed totum eſt ex dei miſericordia. Sed ex parte obdurationis, iſte obduratur propter ſua mala merita,licet deus obduret ipſum ꝑꝑ ſuam iuſtitiã. Et licet dicatur deus obdurare, quia vult, quia poteſt ipſum peccatum tollere, & voluntatem in bonum conuertere, & non velit. Et ſi quæritur, quare non vult: & quomodo non vult? Sicut poſſumus in tanta materia loqui,hoc per ſequentes quæſtiones clarius oſtendetur.

5. Vlterius forte dubitaret aliquis, Vtrum ſit aliqua ſimilitudo inter ea quæ videmus in naturalibus, & ea quæ aſpicimus in gratuitis. Dicendum quod licet non ſit per omnem modum ſimile de directione naturalium,prout deus dirigit res naturales in proprios fines:& de directione gratuitorum,prout deus dirigit nos & prædeſtinat in vitam ęternam; tamen magna ſimilitudo eſt inter hoc, et illud; quia ſicut deus dedit naturas rebus, & quantum eſt de ſe, dirigit in bonum finem, tamen propter corruptionem aliquam in ſemine plantæ,vel in ſemine animalium, vel in aliqua re naturali, fit deuiatio à fine,& contingunt mõſtra in natura. Sic & in propoſito: deus dedit hominibus liberum arbitrium, & quantum eſt de ſe, quemlibet dirigit in bonum: tamen propter corruptionem aliquam in appetitu,fit deuiatio à fine, & non conſequimur illud bonum, ad quod deus nos dirigit. Sicut ergo in naturalibus poſſet deus facere, quod ſemper naturalia conſequerentur finem ſuum,& quod nullum monſtrum contingeret in natura: ſic poſſet deus in gratuitis omnem voluntatem immutare in bonum, ita vt nullus deuiaret à fine: attamen, quia decet deum ſic adminiſtrare res, vt earum proprios curſus eas agere ſinat; ita ex quo dedit deus liberum arbitrium homini, decet deum ſic nos in bonum dirigere, vt liberè noſtros curſus agere ſinat. Et ſicut in naturalibus aliquando contingit miraculum, vt cum immutatur ordo naturæ, vt cum cæcus viſum recipit,vel cum mortuus reſurgit: ſic & in huiuſmodi gratuitis contingit aliquando aliquid quod eſt ſimile miraculo in natura, vt cum deus aliquem, quaſi coactum, inducit ad bonum,ſicut dicebatur ſupra de apoſtolo Paulo. Quare ſicut ſi res naturales vellent diſputare cum deo, & diceret aliquid quod eſſet in natura monſtrum, vtputa ſi naſceretur equus cum duobus pedibus, ſi ille equus deo diceret, Quare me feciſti ſic? reſponderet Deus, Ego dedi naturam rebus, & omnes res quantum eſt ex me direxi in bonum, & in ſuos fines:tamen quia naturæ ſunt defectibiles,in multis ſeminibus corruptiones contingunt, ex qua corruptione, tu equus natus es cum duobus pedibus, & defectiuus. Ego autem deus, qui bonus ſum, potui omnes huiuſmodi corruptiones à ſeminibus remouere, ſed non decet me, qui naturam dedi naturalibus rebus, motu proprios impedire; ſed ſic volo adminiſtrare res vt earum proprios curſus eas agere ſinam. Diceret ergo deus in tantum huiuſmodi monſtra ſunt à me volita,in quantum permiſi corruptiones fieri in ſeminibus, & in quantum hmõi corruptiones potui ĩpedire,ſed nolui qa volui naturas rerum proprios curſus peragere. Sic et in propoſito, ſi diceret quis,quare ego ſum damnatus? quare non conſequutus vitam eternam? Reſponderet deus, ego dedi liberum arbitrium hominibus, quantum eſt ex me, omnes homines direxi in bonum; tamen propter corruptionem factam in voluntate, vel in libero arbitrio, facta eſt deuiatio a tali fine; & tu non conſecutus es vitam ęternam. Ego autem, qui ſum eſſentialiter bonus, licet potuiſſe talem corruptionem à libero arbitrio remouere, tamen nolui; ſed ſic volui adminiſtrare res vt eas ſuos curſos agere ſinem. Talia ergo in tantum ſunt à me volita,in quantum ſunt à me permiſſa, & in quantum potuerunt à me impediri, & non ſunt impedita. Quare autem hæc ipſe impedire nolui? quia (vt ſæpe ſæpius dictum eſt) proprios curſus eorum nolui impedire,niſi forte ex miraculo in natura,vel ex aliquo, quod eſt ſimile miraculo in gratuitis, vt cum aliquẽ quaſi coactum ad fidem adduxi.

Augu.7.di ciuit.dei cap.30

6. Vlterius forte dubitaret aliquis,dato eẽ magnã ſilitudinẽ inter ea quę videmus in gratuitis,& in nalibus, Vtrũ ſit aliqua ſilitudo inter ea quę videmus ĩ gratuitis,& artificialibus? Dicẽdũ ẽt ꝙ & in artificialibus poſſumus adducere ſile:ſed ſi volumus ĩ artificialibus ſile

eſſe quaſi omnino ad propoſitum, imaginemur aliquem ſagittantem ſagittare multas ſagittas, quæ ſagittæ habent liberum arbitrium, ille ergo ſagittator omnes illas ſagittas in ſignum dirigat, multę tamen illarum ſagittarum propter liberum arbitrium ab huiuſmodi directione ſe auertant. Hoc poſito, quæcunq; ſagittę in ſignum pergunt, hoc eſt ex ſagittante eas impellente, quęcunq; à ſigno deuiant, hoc eſt ex propria malitia & ex libero arbitrio ſe auertente. Sic & in propoſito: quia ſicut per impulſionem arcus omnes ſagittæ diriguntur in ſignum, ſic per gratiam omnes prædeſtinati impelluntur in vitam æternam. Deus ergo, quantum eſt de ſe, paratus eſt omnes dirigere; paratus eſt omnes nos in uitam ęternam impellere: paratus eſt omnibus gratiam dare. Sed nos propter liberum arbitrium (in adultis), licet propter peccatum primi parentis (in paruulis) ab iſta impulſione deuiamur. Quicunque ergo ſaluantur, hoc eſt ex diuina miſericordia, & ex diuino impulſu: quicunq; verò damnantur, hoc eſt ex dei iuſtitia, & ex eorum peccato. Eſt enim in hac materia diligenter aduertendum, quando homo loquitur de ęterna vocatione, electione, vel de æterna reprobatione: vel quando loquitur de temporali iuſtificatione, & de temporali obduratione, vel de temporali reprobatione. Debemus enim imaginari, quòd ſicut nunc boni actualiter deſtinantur & impelluntur in vitam ęternam: & ſicut mali per liberum arbitrium ab huiuſmodi impulſu ſe auertunt & deuiant: ſic Deus ab ęterno in ſeipſo, ante mundi conſtitutionem, bonos in vitam ęternam præimpellebat & prędirigebat; & futuros malos ſe ab huiuſmodi impulſu auerſuros pręuidebat. Qui ergo ab huiuſmodi impulſu ſe non debebant auertere & ſe nunc non auertunt, nunc deſtinantur & mittuntur per diuinum impulſum in vitam ęternam: ab ęterno autem Deus prędeſtinauit & præmiſit in hunc finem ſecundum diuinum propoſitum. Qui autem ſe debebát auertere & qui nunc ſe auertunt, nunc ſunt actualiter indurati & dicuntur ab ęterno reprobati. De electis ergo non eſt quæſtio, quin ipſi per diuinam miſericordiam ſaluentur, & per propria opera futura, quę deus præuidit, (vt ſupra diffuſius dicebatur) non quia ſic à deo ſunt prædeſtinati, ſed magis econtra. Nam (vt dicebatur) non quia erant bona facturi, ideo deus eos prædeſtinauit & ſaluare propoſuit; ſed e conuerſo, quia deus eos prædeſtinauit & ſaluare propoſuit, ideo erant bona opera facturi. Sed de malis videtur eſſe dubitatio exorta, vtrum propter mala opera, quæ deus præuidit eos facturos, eos reprobauerit. Nam licet nunc quilibet actualiter reprobetur propter infectionem maſſæ humanę, vt patet in illis paruulis, quibus non ſubuenitur per meritum chriſti, cuiuſmodi ſunt paruuli non baptizati: vel propter peccata propria, quæ ſunt ſuperaddita, vt patet in adultis, qui ab impulſu gratię ſe auertunt: non tamen debemus ſimpliciter concedere, quòd deus ab ęterno reprobauerit, quia præuidit huiuſmodi infectionem vel huiuſmodi auerſionem: nam tunc eſſet ſimpliciter & directe huiuſmodi infectio vel auerſio tota cauſa reprobationis ęternę, quando non poſſet huiuſmodi infectiones tollere, nec poſſet huiuſmodi auerſiones in bonum immutare. Cum ergo hoc voluerit permittere, & noluerit impedire, totum ad diuinam voluntatem eſt referendum, vt dicamus quòd quos voluit elegit, & quos noluit reprobauit. Quare autem vult tales defectus permittere, & non vult, cum poſſit, omnes huiuſmodi obliquitates impedire: alio modo declaratum eſt per ſimile in naturalibus, & per ſimile in artificialibus: & per ea quæ dicentur in ſequentibus quæſtionibus, clarius oſtendetur. Ad præſens autem ſcire

A ſufficiat, quòd peccata præuiſa, vel infectio à deo præſcita, non eſt ſimpliciter cauſa, quare deus omnes hos reprobet; cum poſſit omnem huiuſmodi infectionem tollere, omnem malam voluntatem in bonam conuertere. Poſſent tamen alio modo talia dici cauſa ſine qua non; quia deus nullos reprobat, quos neſciat mala facturos, vel de infecta maſſa naſcituros.

7. Vlterius forte dubitaret aliquis, vtrum ſimile ſit de æterna reprobatione, & de temporali obduratione. Et videtur quòd ſic: quia ſicut in temporali obduratione eſt duo conſiderare, quia eſt conſiderandus iſte qui induratur, & deus qui indurat: ſic in æterna reprobatione conſiderandus eſt iſte qui ſecundum dei præſcientiam reprobatur, & deus qui reprobat. Et ſicut in temporali induratione iſte induratur propter peccata propria, & propter infectionem maſſæ, de qua naſcitur. (Non eſt tamen dicendum quòd principalis cauſa, quare deus B induret & indurare permittat, ſit peccatum proprium vel infectio maſſæ de qua oritur, cum ſæpe ſæpius dictum ſit, quòd deus poſſet infectionem maſſæ tollere, & voluntatem à peccato auertere, & in bonum commutare: ita quòd aliter reſpondendum eſt, quare iſte induratur, & quare deus ipſum indurat vel indurari permittat, Nam iſte induratur, propter maſſæ de qua naſcitur infectionem, vel propter propriam auerſionem: Deus autem ipſum indurat vel indurari permittit, non propter hoc per omnem modum, cum poſſit omnia hæc remouere & tollere: ſed dicemus cum Apoſtolo, quòd cui vult miſeretur miſericordiam cum eo agendo, & quem vult indurat; iuſtitiam in ipſo exercendo: vel cui vult miſeretur gratiam tribuendo, & quem vult indurat non tribuendo malitiam, ſed non exhibendo gratiam. C Sic etiam in propoſito, vt videtur, ſe habet; quia & de æterna reprobatione (vt videtur) aliter loquendum eſt, quare iſte à deo æternaliter reprobatur, & quare ipſum deus æternaliter reprobat: nam niſi deus præſciret hominem de infecta maſſa naſciturum, vel ab impulſu gratiæ ſe auerſurum, nunquàm hic reprobaretur à deo, vt ſatis innuit Auguſtinus ad Bonifacium. Ergo (vt videtur) cum quęritur, quare hic reprobatur? reſpondendum eſt, quia deus præſcit ipſum mala facturum, vel præſcit ipſum de infecta maſſa naſciturum. Sed ſi quæratur, quare deus ipſum reprobat? non dicemus, quòd iſta ſit principalis & tota cauſa, cum deus poſſit omnia hæc tollere: ſed dicemus, quòd antequàm boni vel mali aliquid agamus, non ex operibus, ſed ſecundum electionem diuinam, & ſecundum diuinum propoſitum, & ſecundum dei vocationem, dictum eſt, hos elegi, D hos autem reprobaui: poſſet enim eos iuſte reprobare, ſed propter ſuá benignitatem vult per miſericordiam aliquos eligere, & per iuſtitiam aliquos reprobare.) Ergo, vt videtur, ſimile eſt de temporali induratione, & de æterna reprobatione.

Reſp. Dicendum quòd licet ſint multa verba dicta ad declarationem veritatis, & licet ea dictis poſſit magis veritas elucidari, non tamen dicendum eſt quod ſit omnino ſimile de reprobatione æterna, & de temporali induratione: quia aliter loquendum eſt de iuſtitia abſoluta, & de iuſtitia ordinata: & aliter loquendum, prout deus omnia in ſeipſo diſpoſuit ab æterno, & prout ſecundum illam diſpoſitionem omnia peragit: quia prout in ſeipſo omnia eſſentialiter diſpoſuit, hoc magis pertinet ad ſuum beneplacitum & ad ſuam voluntatem, licet hæc voluntas iniqua vel iniuſta eſſe non poſſit: ſed prout omnia temporaliter ſecũdum ſuos curſus dirigit, hoc

gi ; hoc alio modo reſpicit rerum aptitudinem et cōmoditatem. Æterna ergo reprobatio magis referenda eſt ad diuinum propoſitum & ad eius voluntatem quę iuſta eſt, quia non ſolum aliquos ſed omnes etiam ſi vellet iuſte reprobare poſſet : temporalis autem induratio magis referenda eſt ad propriam prauitatem: vel in paruulis, temporalis reprobatio referenda eſt ad maſſę humanę infectibilitatem. Sic ergo magis propriè videtur loquendum eſſe, & ſic iſta videntur adaptanda: licet ſcriptura ſacra non ſolum ęternam reprobationem, ſed etiam temporalem indurationem, ad diuinam voluntatem aliquando referat: quod ideo verum eſt, quia cum deus poſſit omnes has prauitates impedire, vult tamen hęc mala permittere, ſciens ꝙ poſſit de malis bona elicere.

8. Vlterius forte, dato ꝙ deus poſſit iuſte aliquos reprobare, quia non ſolum aliquos ſed et omnes reprobare poſſet ſi vellet, dubitaret aliquis, Vtrū deceat eū ſic facere, ꝙ aliquos approbet, aliquos reprobet : aliquos eligat, aliquos pręſciat. Dicendum ꝙ agens vl'e (vt in quibuſdam noſtris editionibus theologicis diffuſius diximus) per ſe debet intendere vniuerſale bonum: ſi autem intendat particulare bonum, hoc eſt vt illud particulare bonum redundat in bonum commune: ſed ſi particulare bonum redundaret in malum commune, non ſpectaret ad agens vniuerſale, tale particulare bonum intendere. Ex hoc ergo poteſt patere ſolutio quæſtionis, per ſimile quod videmus in aliis: nam ſi quodlibet membrum eſſet oculus, eſſet melius quodlibet membrum, poſito quòd oculus ſit nobiliſſimum membrorum : totum autem corpus eſſet inde peius, quia corpus ſic compactum, cuius omnia membra eſſent oculi, ſolum videret, non autem audiret, nec aliis ſenſibus vteretur. Ad illud ergo agens, quod intenderet habere curam totius corporis, ſi ſpectaret facere quòd omnia membra eſſent oculi, licet (vt dicebatur) ex hoc quodlibet membrum eſſet inde melius, totum autem corpus eſſet inde peius. Sic & ſi quilibet color eſſet albus, quilibet color eſſet inde melior, & quilibet color eſſet pulchrior: tota tamen figura, quæ debet conſtare ex coloribus variis, eſſet inde turpior: nā niger color benè ordinatur, & iuxta alios ponitur eminentius, quoniam dat aliis vt magis placeant, & laudabiliores ſint. Non ergo ſpectaret ad pictorem qui debet habere curam totius picturæ, facere quòd omnes colores eſſent albi, etiam ſi poſſet. Non bene argueret qui diceret, color albus eſt colorum pulcherrimus, ergo pictor, ſi vult facere figuram pulchram, debet eam facere totam albam : quia varietas colorum magis picturam venuſtat & eam pulchriorem reddit, quam ſi exiſtat tota alba. Sic & in propoſito : ſi quilibet ſaluaretur, quilibet eſſet inde melius, totum tamen vniuerſum non eſſet ita pulchrum, quia non refulgeret ibi ita diuina iuſtitia : quia (vt ait Auguſtinus in Ench.) malum benè ordinatum & ſuo loco poſitum, eminentius commendat bona, vt magis placeant, & laudabiliora ſint. Non ſpectat ergo ad deum, qui poteſt ex malis bona elicere, omnia mala impedire, licet poſſet, ſi vellet: immo ſpectat ad ipſum permittere aliqua mala fieri, vt pulchrius ſit vniuerſum, & vt in vniuerſo non ſolum manifeſtetur ſua miſericordia in beatificatione bonorum, ſed etiam manifeſtetur ſua iuſtitia in reprobatione & in damnatione malorum. Vult ergo deus aliquos damnari, & aliquos ſaluari, vt oſtendat ſuam iram, ideſt, ſuam iuſtitiam in vaſa iræ apta in interitum, ideſt, in malos : & vt oſtendat diuitias gloriæ ſuæ, ideſt copioſam gloriam ſuam & miſericordiam in vaſa miſericordię, ideſt, in bonos. Sed quare hos in particulari vult ſaluari, hos verò damnari, noli conſiderare, ſi non vis errare.

1. Sent.d.41. q.prin.a.ar.1

Cap.10.

9. Vlterius forte dubitaret aliquis, vtrum illi qui A damnantur poſſint ſe de Deo conquerere? Dicendum quòd mali qui damnantur, non poſſunt de deo conqueri, imo debent ſe de deo laudare : nam non loquendo de paruulis, quia de eis ſecus eſt, cum non habeant pœnam ſenſus, vt in tractatu noſtro de Peccato originali diffuſius diximus, & manifeſtius diximus, ꝙ non habent paruuli vnde de deo poſſint conqueri, immo de ipſo ſe laudare poſſunt: loquendo tamen de adultis, vbi difficultas eſſe videtur, dicere poſſumus quòd hi non ſolum de deo non debent conqueri, immo de ipſo ſe debent laudare : nam pie debemus credere quod nullus adultus eſt, ſi faceret totum quod in ſe eſſet, quin deus oſtenderet ei viam veritatis, & quin ei ſuam miſericordiam tribueret, & quin ſaluaretur. Debent ergo damnati ſe laudare de deo, quod Deus eis multotiens inſpirauit bonum, & ipſi ſemper dura ceruice ſe auerterunt ab illo. De ſeipſis ergo conque- B rantur, quia non fecerunt totum quod in eis fuit: de deo autem ſe commendent, quia eos multotiens congregare voluit, ſicut gallina congregat ſuos pullos ſub ala, & noluerunt: immo ſemper ſua malitiā reſtiterunt.

Vlterius forte dubitaret aliquis, Vtrum debea- 10.
mus ſtudere benefacere, & vtrum nobis debeat imputari, ſi mali ſumus? Et videtur quòd non : quia ſi deus præuidit iſtum damnandum, damnabitur : ſi ſaluandum, ſaluabitur. Præſcito ergo quid prodeſt benefacere, ſi vltimò damnabitur? & præſcito quid obeſt male facere, ſi vltimo ſaluabitur? Dicendum quòd hæc quæſtio duos errores implicat Primum, quòd diuina præſcientia ſic neceſſitatem imponat rebus, vt à nobis liberum arbitrium tollat : quod falſum eſt. Nam licet diuina præſcientia non fallatur, tamen huiuſmodi præſcientia non tollit à rebus contingentiam ſuam, immo quæ con- C tingentia contingere debeant, contingenter contingunt; & quæ de neceſſitate ſunt, de neceſſitate eueniunt : ſicut ponit exemplum Boethius in libro de Conſolatione philoſophica, quòd oculus non fallitur ſi videat hominem currere, & videat ſolem oriri; & tamen homo currit contingenter, ſol de neceſſitate oritur. Quare cum diuina prouidentia non tollat contingentiam à rebus, & etiam non tollat liberum arbitrium à rebus et ab hominibus, ſi ergo peccas, libere peccas, & nullus te cogit ad peccandum : ergo ex tua culpa damnaris; & tibi imputandum eſt, ſi peccas, & ſi non ſtudes bona facere. Secundum propoſita quæſtio errorem implicat : quia credit quòd diuina præſcientia, vel diuina prædeſtinatio, ſecundas cauſas excludat : quod falſum eſt. Nam deus præuidit iſtum ſaluandum, quòd debebat multa bona facere; & ſi pecca- D bat debebat pœnitere, & ad vltimum debebat in charitate mori. Ipſa enim opera noſtra bona, quæ ſunt ſecundaria cauſa ſalutis noſtræ, non excluduntur à diuina prædeſtinatione. Quare ſi ſic præuiſus eſt iſte ſaluandus, quia debet multa bona facere; ſi illa bona non faciat, non ſaluabitur. Quilibet ergo debet ſtudere eſſe bonus, vt bonam faciat prædeſtinationem ſuam. Sic etiam præuidit iſtum damnandum, quia debebat multa mala facere, & de ipſis non pœnitere. Quare ſi illa mala non faciat, ſaluabitur : immo quod dicendum eſt de ſaluatione & damnatione, veritatem habet & de quolibet negotio. Nam ſicut præuidit deus quòd debebam ſaluari, ita præuidit quòd debebam comedere. Præuidit tamen hoc modo, quod debebam mihi quærere cibum, debebam me ponere ad mēſam. Sicut ego deriſione eſſem dignus, ſi dicerē ꝙ deus pręuidit quod debebam comedere, igitur hoc oportet impleri: non oportet ergo ire me ad menſam,

Lib.5. proſa vlt.

nec oportet me cibum quærere, ſed veniet per ſe ipſum, & intrabit os meum: ſi ſic dicerem, quilibet me derideret, et diceret, deus præuidit ꝙ deberes comedere, ſed hoc modo, quod debebas ad menſam ire, quod debebas hoc et hoc facere: quod ſi non facias, non manducabis. Sic et in propoſito: deridendus eſt qui dicit, Non oportet me benefacere, ſi ſum præuiſus ſaluari, ſaluabor. Immo dicendum quòd eſt ſic loquendum, ꝙ debes ſtudere benefacere, quia præuiſus es ſaluari: ſed per hunc modum, quòd debes multa bona operari: quæ ſi non operaberis, non ſaluaberis. Nullus ergo debet ſe retrahere, quin bonum faciat: et quilibet debet ſibi cauere, ne male agat: quia uos bona facientes et a malis abſtinentes, habebimus vitam æternam, et fruemur ipſo Deo, qui eſt ſuper omnia benedictus, Amen.

LECTIO. XXXII.

CAP. X.

FRatres, voluntas quidem cordis mei & obſecratio ad deum fit pro illis in ſalutem.

Vt dicebatur duo ſunt præcipui prædeſtinationis effectus, videlicet, infuſio gratiæ, quæ eſt noſtra iuſtificatio in præſenti: & adeptio gloriæ, quæ erit noſtra ſaluatio, et noſtra beatificatio in futuro. Volens ergo apoſtolus inquirere, vtrum ex operibus noſtris poſſumus aſſignare rationem & cauſam quantum ad prædeſtinationis effectum, probat quòd non poteſt aſſignari ratio ex operibus quãtum ad infuſionem gratiæ, quia opera præcedentia gratiam, non poſſunt gratiam promereri: ſed poteſt aſſignari huiuſmodi ratio quantum ad adeptionem gloriæ, quia opera facta in fide, et in gratia, ſalutem et gloriam promerentur. Continuabitur ergo ſic hæc pars ad præcedentem, quòd poſtquàm probauit apoſtolus quòd ex operibus præcedentibus fidem nõ poſſumus mereri iuſtitiam & gratiã: in parte iſta declarat quod ex operibus fidei, vel ex operibus factis in fide, poſſumus ſalutem & gloriam promereri. Diuiditur autem huiuſmodi pars in partes duas. Nam primò compatitur Iudæis, qui deuiabant à veritate fidei, et oſtendit quòd operibus fidei poſſumus ſalutem acquirere. Secundo ne videatur in partem Gentium declinare eo quòd erat gentium apoſtolus, oſtendit quòd Gentes erga Iudæos non debeant ſe iactare, nec debeãt ſe præferre. Secunda pars incipit ibi, in principio vndecimi capituli. Dico ergo nunquid repulit.) Circa primum duo facit: quia primo de perditione Iudæorum à fide deuiantium, ſe habere compaſſionem declarat. Secundo quòd per opera fidei poſſumus ſalutem conſequi, manifeſtat, ibi, Quæ autem ex fide eſt.) Circa primum tria facit; quia primo circa Iudæos ait ſe habere compaſſionem. Secundo huiuſmodi compaſſionis ſubiungit rationem. Tertio quod Iudæi non eſſent in ſtatu ſaluandorum, & quòd non conſequerentur veram iuſtitium, adducit probationem multiplicem. Secunda ibi, Teſtimonium enim perhibeo.) Tertia ibi, ignorantes enim.)

In prima parte ergo intendit oſtendere quòd compatitur Iudæis, & dolet de eorum perditione. Formetur autem ſic ratio, Quicunq; voluntate, id eſt, deſiderio cordis, & obſecratione, id eſt, oratione, & adiuratione oris intercedit ad deum pro Iudæis in ſalutem, A id eſt vt ſaluentur, ille compatitur Iudæis, et dolet de eorum perditione: ego ſum huiuſmodi, ergo et cet. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur autem ſic, Dictum eſt ꝙ Iſrael in legẽ iuſtitiæ nõ peruenit, & ꝙ offendit in lapidem offenſionis: & quia ſic eſt, et Iſrael deuiauit à via fidei, & à via veritatis, cõpatitur eorum perditioni. Ideo ait, Fratres, voluntas quidem cordis mei, id eſt, voluntas vera, & verum deſiderium ex intimo cordis procedens, et obſecratio. i. cum adiuratione oratio fit à me ad deum pro illis. i. pro Iudæis in ſalutem, id eſt vt ſaluentur. Tunc eſt ſupplenda ratio, quod cum ego ſic ex corde velim ſic obſecrare, id eſt ſuplicare, vel ſic per ſacra adiurare pro Iudæis vt ſaluentur: patet quod ego compatior eis, & doleo de eorum perditione. Notandum autem quod aliqui ex Iudæis erant conuerſi, ſed maior pars in ſua peruerſione remanſerat. Poteſt ergo hæc vox apoſtoli eſſe, quòd dicat fratres ad Iudæos conuerſos, pro Iu- B dæis auerſis: vt ſit ſenſus, ò Fratres, ò Iudæi conuerſi, ego ſic ſupplico ad deum pro illis, id eſt pro Iudæis auerſis. In quo apoſtolus dicit, ꝙ non ex odio erga Iudæos ſed ex charitate loquitur, cum eos fratres appellet. Notandum etiam ꝙ obſecrare, vt ſuperius dicebatur, eſt per ſacra adiurare: vt ſiquis diceret ad chriſtũ, Adiuro te domine Ieſu chriſte per mortẽ tuã, per paſſionem tuam, per reſurrectionem tuam, et per alia ſacra opera tua, vt hoc et hoc debeas mihi facere. Ille ſic loquens, obſecraret, quia per ſacra adiuraret. Sic ergo faciebat apoſtolus, quia adeò ſalutem Iudæorũ deſiderabat, ꝙ per huiuſmodi ſalutem Deum per ſacra adiurabat. Notandum etiam (vt gloſa ait, & ſumptum eſt ab Auguſtino in de Verbis apoſtoli) eo ipſo quòd apoſtolus deprecabatur pro non credentibus vt credant, pro auerſis vt conuertantur, dat intelligere ꝙ hoc non ex meritis, ſed ex dei gratia fiat. Deinde cum dicit.

C **Teſtimonium enim perhibeo illis quòd æmulationem quidem dei habent, ſed non ſecundum ſcientiam.**

Poſita compaſſione, ſubiungit compaſſionis rationem. Formetur autem ſic ratio, Quicunque habent zelum dei & æmulationem circa diuina, & peccant per ignorantiam, pro illis potiſſime eſt orandum: Iudæi ſunt huiuſmodi, ergo &c. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur ergo ſic littera, bene dico quòd ego obſecro pro Iudæis, vt ſaluentur, & rationabile eſt vt ſic fiat, quia teſtimonium perhibeo illis ꝙ æmulationem, id eſt zelum quidẽ Dei habẽt ſed nõ ſecundum ſcientiam: id eſt, zelus ille eſt indiſcretus; arbitrantur enim obſequium ſe præſtare deo, ignorantes quid faciant. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, quòd cum ſit ſic, iuſtum eſt orare pro illis. Notãdum autem Io. 16. a D quod (vt gloſa tangit, & ſumptum eſt ab Ambroſio.) Scribæ & Phariſei ex inuidia mouebantur contra chriſtum, ſed alia plebs mouebatur ex errore: vnde Petrus Act. 3. dicebat in Actibus, Scio, fratres, ꝙ per ignorantiam hoc egiſtis. Apoſtolus ergo dicit hic, orandum eſſe pro illis, qui habebant zelum dei, non ſecundum ſcientiã; id eſt, pro illis qui per ignorantiam peccabant ſeu delinquebant. Notandum etiam (vt gloſa tangit) quod apoſtolus Paulus aliquando fuit ſimiles illis: vnde ipſe Timoth. 1. de ſe ipſo teſtatur, Miſericordiam conſecutus ſum, quia ignorans feci. Videns ergo apoſtolus ex iis, quæ in ſe ipſo expertus fuerat, multos ex Iudæis habere zelum dei, non ſecundum ſciẽtiam, & peccare per ignorantiam, compatitur eis, & innuit iuſtum eſſe, pro illis orare. Deinde cum dicit.

Ignorantes enim iuſtitiam dei, & ſuam quærentes ſtatuere: iuſtitiæ dei non ſunt ſubiecti.

Oſtenſa

A Oſtenſa circa Iudæos ſua compaſſione, & adducta ratione: quòd Iudæi non eſſent in ſtatu ſaluandorum, & quòd deuiarent à vera iuſtitia, adducit multiplicem probationem. Circa quod tria facit, ſecundum quod hoc tripliciter probat. Nam primò probat hoc ex eo quòd ſuam iuſtitiam ſtatuere volebant. Secundò ex eo quod chriſtum, qui eſt finis legis, & qui iuſtificat omnes credentes, ignorabant: et quia eum ignorabant non recipiebant. Tertiò probat hoc ex eo ꝙ lex eos non iuſtificabat, & vitam æternam non præbebat. Secūda, ibi, Finis enim legis.) Tertia, ibi, Moyſes. n. ſcripſit.) In prima parte intendit talem rationem, Quicunq; ignorant dei iuſtitiam, id eſt, quicunq; ignorant fidem dei ſiue fidem chriſti per quam iuſtificamur, & ſuam iuſtitiam quærunt ſtatuere, illi deuiant à via fidei & à vera iuſtitia, & iuſtitiæ dei nō ſūt ſubiecti: Iudæi ſūt huiuſmodi, ergo &c. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur ergo ſic littera, Multi ex Iudæis habent zelum dei non ſecundum ſcientiam, & peccant per ignorantiam, quia ipſi (ignorantes dei iuſtitiam), id eſt ignorantes fidem chriſti, quæ ē à deo, & quæ nos iuſtificat, (& ſuam) iuſtitiam (quærentes) id eſt, volentes (ſtatuere: iuſtitiæ dei non ſunt ſubiecti.) Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, quòd quia ſic eſt, compatiendum eſt eis quod non iuſtificentur, quia deuiant à via fidei, & à vera iuſtitia. Deinde cum dicit. B

Finis enim legis, chriſtus: ad iuſtitiam omni credenti.

Adducit ſecundam rationem quòd Iudęi non iuſtificantur, & deuiant à vera fide, & à vera iuſtitia: quæ ratio ſumitur ex eo quòd ignorabant, & non recipiebant chriſtum, qui eſt finis legis, & eſt dator iuſtitiæ omni credenti. Formetur autem ſic, Quicunq; ignorant, & C non recipiunt chriſtum, qui eſt finis legis, & eſt dator iuſtitiæ omni credenti, illi non iuſtificantur, & deuiant à vera fide, & à vera iuſtitia: Iudæi ſunt huiuſmodi, ergo &c. De hac ratione ponit virtutem medii. Continuetur autem ſic littera, Benè dico ꝙ Iudæi ſunt ignorantes dei iuſtitiam, quia ignorant chriſtū, qui ē finis legis, ad iuſtitiam omni credenti, id eſt, qui eſt dator iuſtitiæ omni credenti: ex fide ergo chriſti eſt iuſtitia, nō ex lege. Tunc eſt ratio ſupplenda, quòd cum Iudęi ignorent hanc Dei iuſtitiā. i. ignorēt chriſtū, qui eſt finis legis, & qui eſt dator iuſtitiæ omni credenti, ipſi nō iuſtificantur, ſed deuiant & à vera fide & à vera iuſtitia. Notandum autem ꝙ Iudæi per carnales obſeruantias, & per præcepta legis, quæ propriis legis viribus credebāt implere poſſe, nō quærebant iuſtitiam fidei, ſed propriam iuſtitiam quęrebant ſtatuere. Nam licet lex à deo data eſſet, tn̄ quia ipſi credebant propriis viribus poſſe legem implere, & eam ſic implebant eſſe iuſti ex propriis viribus, per propria merita D quærebant iuſtificari: volebant enim (vt gloſſa ait) ꝙ propria merita pręcederēt grām, & p propria merita volebant habere iuſtitiam. Et quia ignorabant iuſtitiā dei, & propriam iuſtitiam quærebant: ideo à vera fide, & à vera iuſtitia cecidere, & iuſtitiæ dei non fuerē ſubiecti. Notandum autem ꝙ chriſtus dicitur finis legis tripliciter. Primo, quia Cæremonialia terminauit. Secundo, quia moralia ſuppleuit. Tertiò, quia legalia in ſe ipſo pertulit. Terminauit enim cæremonialia, quia nunc per aduentum chriſti ſumus ab illis cęremoniis, & ab illis obſeruantiis abſoluti. Suppleuit moralia, quia vbi lex quantum ad moralia præcepta minus Mat. 5. dixit, chriſtus illa adimpleuit, iuxta illud Matthæi, Nō veni legem ſoluere, ſed adimplere. Pertulit in ſe ipſo legalia, qa ipſe in ſe ipſo legem obſeruauit: fuit. n. circūciſus, fuit in tēplo præſentatus, & alia, quæ lex præcipiebat, voluit obſeruare. Deinde cum dicit.

Leui. 18. a.
Execb. 20. b.

Moyſes enim ſcripſit, quoniā iuſtitiam A quæ ex lege eſt, Qui fecerit homo, viuet in ea.

Oſtendit Iudæos non eſſe in ſtatu ſaluādorum, & dicit eos à vera fide & à vera iuſtitia declinaſſe, quia lex nō iuſtificabat, nec dabat ſalutem æternam, ſed temporalem. Formetur autem ſic ratio Quæcunq; lex dat vitam temporalem, facientes iuſtitiam illius legis, nec verè iuſtificantur, nec obtinebunt æternam ſalutem: ſed lex Moſaica dabat vitam temporalem, ergo Iudæi facientes iuſtitiam illius legis, non vere iuſtificātur, nec ex hoc poterant obtinere æternam ſalutem. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur autem ſic, Benè dico ꝙ Iudæi ignorant dei iuſtitiam, & quod ipſi Iudæi non ſunt in ſtatu ſalutis vere, Moyſes enim ſcripſit, quoniam iuſtitiam quę ex lege eſt, homo quia fecerit, in ea (ſupple) iuſtitia, id eſt, per eam iuſti- B tiam viuet, id eſt, non punietur pœna legali: vel viuet vita naturę, id eſt nō punietur punitione mortis. Tūc eſt ſupplenda ratio, quòd ſi ſic lex dabat iuſtitiam temporalem, facientes iuſtitiam illius legis non verè iuſtificabantur, nec ex hoc obtinebant ſalutem æternam. Notandum autem differentiam inter legem veterem, & legem nouam: quia ibi promittebantur bona temporalia, iuxta illud Iſaiæ, Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis: Hic autem promittuntur bona æterna, iuxta illud Matthæi, Pœnitentiam agite, appropinquabit regnum celorum. Rurſus in illa lege fiebat comminatio de morte corporali, iuxta illud Iſaię, Quòd ſi nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis; gladius deuorabit vos. Sed in lege noua fit cōminatio de morte ſpirituali, & de morte æterna: vnde Dominus dicebat, Nolite timere eos qui occi- C dunt corpus, animam autem non poſſunt occidere: ſed potius illum timete, qui corpus & animam poteſt mittere in gehennam ignis. Non obſeruantes ergo legem moſaicam, occidebantur corporaliter: quia ſic erat præceptum in lege, Maleficos non patieris viuere. Obſeruantes autem legem illam, non occidebantur corporaliter, ſed reſeruabantur ad vitam, iuxta illud Leuitici, Cuſtodite leges meas atq; iudicia, quæ faciens homo viuet in eis. Notandum etiam quod cum lex Moſaica (vt tactum eſt) diceretur dare vitam temporalem, quia obſeruantes eam non occidebantur: patet quod facientes iuſtitiam illius legis, non vere iuſtificabantur, nec ex hoc ſalutem æternam obtinere poterant.

Leu. 18. vbi dicitur, cuſtodite leges meas atq; iudicia quæ faciens homo viuet i eis.
Eſa. 1.
Matth. 5.
Eſa. 5.
Matth. 10.
Exo. 22.
Leui. 18.

Dubitaret forte aliquis de eo quod Apoſtolus ait, quòd obſecrabat ad deum pro illis, id eſt, pro Iudæis, ad ſalutem, id eſt, vt ſaluarētur. Sed contra: ſciebat eos eſſe reprobos, & per conſequens pręſcitos: fruſtra ergo obſecrabat. Dicendum quòd apoſtolus in generali ſciebat multos ex Iudæis eſſe præſcitos, ſed neſciebat D in ſpeciali qui eſſent illi. Nam multi tunc, cum apoſtolus hanc epiſtolam ſcripſit, erant ex Iudæis reprobi, qui poſtea ſunt conuerſi, & erant prædeſtinati vt deberent finaliter benefacere: & quia preces ſanctorum iuuant pręde ſtinationem noſtram, non quòd mutent diuinum propoſitum, vt quod per preces ſanctorum Deus mutetur, & aliter faciat quàm propoſuit: ſed iuuantur prędeſtinati pp preces ſanctorū, vt fiat de eis quod deus diſpoſuit. Nam ſicut dicimus ꝙ preces Stephani profuerunt Paulo; ſic dicere poſſumus, ꝙ fortè preces Pauli profuere multis ex Iudęis vt ꝙ forte multi ex Iudęis ſic pręuiſi, debebāt ſaluari, auxiliantibus eis pręcibus Pauli. Non ergo fruſtra obſecrabat, nec in vanum orabat. Act. 7.

Vlterius forte dubitaret aliquis de eo quod apoſtolus ait, quod Iudęi habebant ęmulationem dei, ſed nō ſecundum ſcientiam: quod gloſſa exponens, ait, Illa ęmulatio, ſiue ille zelus dei non erat ſecundum ſcientiam, quia ſtultus erat: nam ſtultum eſt patrem conſi-

teri, & filium negare. Sed contra: Iudęi ergo confitebantur patrem: quod falſum eſt, cum non confiterentur diſtinctionem perſonarum. Dicendum quod ad hoc quidam reſpondent, dicentes, quòd gloſa accipit hic patrem eſſentialiter, non notionaliter. Sed contra: pater eſſentialiter ſumptus non dicitur relatiue ad filium, ſed ad creaturam: non ergo ſtultum eſſet confiteri patrem eſſentialiter, & tamen negare filium: ſed forte ſtultum eſſet cõfiteri patrem ſic patrem, & negare creaturam, cum oſtenſum ſit, patrem ſic ſumptum relatiue non dici ad filium, ſed ad creaturam. Sed ad hoc ipſi reſpondent: dicunt enim, ꝙ omnis paternitas eſt à prima paternitate: nam primo intelligitur ꝙ dicatur pater notionaliter vel perſonaliter; ſecũdo quòd perſona patris referatur ad filium; & poſteà intelligimus quod pater dicatur eſſentialiter, ſecundum ꝙ tota Trinitas refertur ad creaturam, & ſecundum quod tota Trinitas dicitur pater creaturæ. Vnde apoſtolus ad Epheſios ait, Flecto genua mea ad patrem domini (B) (Eph. 3.) noſtri Ieſu chriſti, ex quo omnis paternitas in cęlo & in terra nominatur. Ergo à paternitate ſumpta perſonaliter, ſecundum ꝙ perſona patris eſt pater domini noſtri Ieſu chriſti, ſumitur omnis alia paternitas. Hoc poſito, arguatur ſic. Iudæi non confitebantur patrem eſſe prout paternitas ſumitur eſſentialiter, quia confitebantur ipſum eſſe patrem creaturæ: ſed paternitas ſumpta eſſentialiter præſupponit paternitatem ſumptam perſonaliter; ergo confitebantur ipſum eſſe patrem prout ſumitur paternitas perſonaliter vel notionaliter: ſed paternitas ſic ſumpta dicitur relatiue ad filium: ergo ſtulti erant, concedendo ſic patrem, & negando filium. Sed licet hoc videatur ſubtiliter dictum, modicum tamen habet ſtabilitatis: quia ſi ex paternitate eſſentialiter ſumpta poſſemus arguere ſufficienter paternitatem perſonaliter acceptam, tunc ex creaturis poſſemus ſufficienter arguere diſtinctionem (C) perſonarum: quod falſum eſt. Nam licet non poſſimus intelligere, quod aliqua creatura procedat à deo, niſi quia deus ſit intelligens & ſit volens, quia deus per intellectum & voluntatem omnia produxit in eſſe: tamẽ quod ex illo intelligere procedat verbum realiter diſtinctum ab intelligente, & ꝙ ex illo velle producatur amor realiter diſtinctus ab amante: hoc probare non poſſumus, ſed fides catholica tenet. Deus ergo per ſuũ intelligere et per ſuum velle, omnia creata produxit in eſſe. Et ſuppoſito ꝙ per illud intelligere procedat verbum realiter diſtinctum ab intelligente; verbũ illud erit ratio omnis emanationis: & mediante illo verbo, omnia verba producentur. Sed ſi verbum eſt ratio & cauſa productionis creaturæ, relatio, quam habet pater ad verbum, erit ratio & cauſa illationis, quã habet ad creaturam. Quare cum relatio, quam habet ad verbum, ſit paternitas ſumpta perſonaliter: relatio, quam habet ad creaturam, ſit paternitas ſumpta (D) eſſentialiter: verè eſt ꝙ à paternitate ſumpta perſonaliter, omnis paternitas in cælo & in terra nominatur. Sed licet hæc ſit veritas, hanc tamen veritatem non poſſumus probare, niſi ſuppoſita hac veritate fidei, videlicet, quod per intelligere patris gignatur Verbum realiter diſtinctũ à patre, per quod facta ſunt omnia. Sed quia Iudæi non multum curarent ſupponere catholicas veritates, per hoc contra eos inniti non poſſumus: quia ipſi tales veritates non recipiunt. Proptee hoc poſſumus dicere, quòd cum in lege eorum multa eſſent ſcripta de Patre, prout paternitas ſumebatur perſonaliter, ſtulti erant, confitendo legem, et per conſequẽs, confitendo patrem, & negando filium.

Vlterius forte dubitaret aliquis de eo quod apoſtolus ait, Finis enim legis, chriſtus. Sed contra: prima ad (Timoth. 1.) Timotheum, Finis præcepti eſt charitas: nõ ergo chriſtus. Dicendum quod non eſt inconueniens eiuſdem eſſe plures fines: cum tamen vnus huis ordinetur ad (A) alium: vt deambulationis poſt cęnam poſſunt eſſe duo fines, videlicet, calefactio ſtomachi & ſanitas corporis: ſed calefactio ſtomachi ordinatur ad ſanitatem corporis. Sic pręceptorum legalium finis eſt charitas, & etiam finis eſt chriſtus: ſed vnus iſtorum ordinatur ad alium: quia charitas noſtra & dilectio, quam lex vetus figurabat, & lex noua imperat, ordinatur ad chriſtum.

LECTIO. XXXIII.

QVæ autem ex fide eſt iuſtitia, ſic dicit: ne dixeris in corde tuo, Quis aſcendit in cælum? id eſt chriſtum deducere. (Detr. 30.c.)

Poſtquàm apoſtolus oſtendit, ꝙ iuſtitia legis veram ſalutem non tribuebat: in parte iſta declarat, ꝙ iuſtitia fidei nos vere iuſtificat, & opera fidei nos vere ſaluant. Circa quod duo facit: quia primo oſtendit ꝙ iuſtitia fidei ſaluat credentes: ſecundo declarat ꝙ huiuſmodi iuſtitia reddit inexcuſabiles non credentes, ibi, Sed non omnes obediunt.) Circa primum duo facit: quia primò oſtendit quòd iuſtitia fidei credentes ſaluat: ſecundo declarat qualiter hoc eſſe contingat, ibi, Corde enim creditur.) Circa primum tria facit, ſecundum ꝙ tripliciter probat ꝙ iuſtitia fidei ſaluat: nã primo probat hoc ex bonorum ſublimatione: ſecun(C)do ex malorum depreſſione: tertio ex ſcripturæ ſacrę atteſtatione. Secunda, ibi, Aut quis deſcendit.) Tertia, ibi, Sed quid dicit ſcriptura.)

In prima parte intendit talem rationem, Quęcunq; iuſtitia, ſi obſeruetur, nos ducit ad cęlum, illa nos ſaluat & beatificat: iuſtitia fidei eſt huiuſmodi, ergo illa nos ſaluat, & beatificat. De hac ratione ponit virtutẽ medii. Continuetur autem ſic, Iuſtitia legis faciebat viuere hominem corporaliter, ſed iuſtitia quæ eſt ex fide facit hominem ad cęlum aſcendere, & ſaluat ipſum ęternaliter. Ideo ait, Iuſtitia autem, quæ eſt ex fide, ſic dicit: ne dixeris in corde tuo, Quis (ſupple) obſeruans hanc iuſtitiam, aſcendit in cęlum: quaſi diceret ꝙ nullo modo debemus dubitare in corde, quin ex iuſtitia fidei aſcẽdamus in cęlum. Ideo ne dicas hoc, ꝙ nullus aſcendat in cælum ex hac iuſtitia: quia hoc idem eſt ac ſi dicas, Chriſtum deducere. Quaſi dicat, quod hoc dicendo, chriſtum deducimus, ideſt, chriſtum deorſum (D) ducimur, & ipſum aſcendiſſe negamus. Tunc ergo eſt ſupplẽda ratio, ꝙ ſi ex iuſtitia fidei aſcendimus in cælum, & ſi iuſtitia fidei ſic ſublimat bonos: ex ipſa bonorum ſiue iuſtorum ſublimatione patet, ꝙ ex iuſtitia fidei eſt vera ſalus. Notandum ꝙ hęc littera, Quę autem ex fide iuſtitia eſt, ſic dicit.) poteſt dupliciter legi: primò ꝙ intelligatur hoc de ſcriptura ſacra; vt ſit ſenſus, ꝙ iuſtitia, ideſt, de iuſtitia quę ex fide eſt, ſic dicit (ſupple) ſcriptura ſacra, Ne dixeris in corde tuo, Quis aſcẽdet in cęlum? prohibet enim ſcriptura ſacra quòd nõ debeas cogitare in corde tuo de iuſtitia fidei, ꝙ nullus per eam aſcendat in cælum. Quòd autem hoc dicat ſcriptura ſacra, patet per illud quod habetur Deuteronomii, vbi dicitur, Mandatum hoc quod ego tibi (Deut. 30.) præcipio hodie, non ſupra te eſt, nec in cęlo ſitum, vt poſſis dicere, Quis noſtrum valeat in cœlum aſcẽdere, vt deferat illud, ideſt, verbum fidei ad nos. Verba ergo illa Deuteronomii debent ſic intelligi, ꝙ non prius in cœlum aſcendimus, & poſtea ſuſcipimus verbum fidei:

ſed verum

ſed verbum fidei eſt prope nos,& eſt poſitum in corde
noſtro;per quod verbum poſſumus in cælum aſcende-
re.Secundo modo poteſt intelligi hęc littera de ipſa
iuſtitia fidei : vt ſit ſenſus,ꝙ iuſtitia,quæ eſt ex fide, ſic
dicit,& ſic alloquitur quemcunq; hominem fidelem,
Ne dixeris in corde tuo,ideſt,ne cogites , Quis aſcen-
dit in cælum. Prohibet enim iuſtitia fidei cogitare ꝙ
nullus per huiuſmodi iuſtitiam in cælum aſcendat:
quia hoc cogitare eſt chriſtum deducere,ideſt,eſt chri
ſtum deorſum ducere . Notandum etiam quòd caput
eſt coniunctum membris : ſingula ergo membra non
poſſunt in cęlum aſcendere,niſi chriſtus, qui eſt caput
noſtrum,illuc aſcendat. Dicere ergo , quòd per iuſti-
tiam fidei,per quam ſumus membra chriſti, non aſcen
dimus in cęlum.hoc eſt chriſtum deducere, ideſt,chri-
ſtum deorſum ducere : & eſt negare ipſum aſcendiſſe.
Tunc ergo eſt ſupplenda ratio , quòd cum inconue-
niens ſit chriſtum detrahere,& negare ipſum aſcendiſ-
ſe,inconueniens eſt etiam dicere , quòd per iuſtitiam
fidei non aſcendamus in cælum, & quòd per iuſtitiam
fidei non ſaluemur . Quòd enim per iuſtitiam fidei ſal
uemur,& in cęlum aſcendamus,teſtatur tam ſcriptura
ſacra, quàm etiam fides in corde infuſa . Notandum
autem quòd hæc littera,Quis aſcendit in cęlum ? po-
teſt exponi dupliciter,& de capite,& de membris:quia
non debes cogitare in corde tuo , quòd chriſtus non
aſcenderit , nec quòd membra non aſcendant . Nam
quodcunq; cogitas,chriſtum detrahis , ideſt , chriſtum
deorſum trahis,& negas ipſum aſcendiſſe ; quia ſi non
aſcendit caput,planum eſt quod non aſcendit chriſtus
cum ipſe ſit caput. Rurſus,ſi non aſcendunt membra,
negamus chriſtum aſcendiſſe , cum membra habeant
coniunctionem ad caput.Deinde cum dicit.

Aut quis deſcendet in abyſſum? hoc eſt Chriſtum à mortuis reuocare.

Oſtenſo quòd iuſtitia fidei ſaluat , quia facit obſer-
uantes eam in cęlum aſcendere:in parte iſta oſtendit,
quòd huiuſmodi iuſtitia ſaluat , quia facit non obſer-
uantes deſcendere in abyſſum. Formetur autem ſic ra
tio,Quæcunq; iuſtitia non obſeruantes facit deſcende
re in abyſſum,cum oppoſitorum oppoſitæ ſint ratio-
nes,illa iuſtitia obſeruantes ſaluat,& facit nos , & eos
aſcendere in cęlum:iuſtitia fidei eſt huiuſmodi , ergo
&c.De hac autem ratione ponit virtutem medij.Con-
tinuetur autem ſic , dictum eſt quòd non debes dicere
in corde tuo de obſeruantibus iuſtitiam fidei , Quis
aſcendit in cęlum ? aut nõ debes dicere in corde tuo,
Quis(ſupple) non obſeruans huiuſmodi iuſtitiam de-
ſcendet in abyſſum,ideſt,in infernum?quia hoc eſt chri
ſtum ee mortuis reuocare . Tunc ergo eſt ſupplenda
ratio,quòd ſi iuſtitia fidei non obſeruata damnat , &
facit non obſeruantes in abyſſum deſcendere ; ergo
huiuſmodi iuſtitia ſaluat, & facit obſeruantes in cæ-
lum aſcendere. Eo ergo ipſo quòd aliqui deſcendunt
in infernum,vt non obſeruantes iuſtitiam fidei : & alij
qui aſcendunt in cęlum , vt obſeruantes iuſtitiam il-
lam:arguere poſſumus , quòd huiuſmodi iuſtitia det
ſalutem.Notãdum autem,ꝙ(vt dicebatur) oppoſito-
rum oppoſitę ſunt cauſæ,& quòd idem poteſt eſſe cau
ſa oppoſitorũ,aliter tñ & aliter ſumptũ:vt nauta per
pñtiam eſt cauſa ſalutis, per abſentiã naufragij.Quic-
quid ergo per abſentiam cauſat naufragium, per præ
ſentiam cauſat ſalutem.Eo ergo ipſo quòd iuſtitia fi-
dei abſens & non obſeruata , demergit in abyſſum &
damnat:illa præſens & obſeruata , ſubleuat in cælum
& ſaluat.Notandum etiam,quòd chriſtus mortuus eſt,
vt nos redimeret,ne damnaremur:& mortuus eſt,vt ad
inferna deſcenderet,& ſanctos patres ibi exiſtentes,in-
de ſecum adduceret . Si ergo nullus pro iuſtitia non
obſeruata ad abyſſum deſcenderet,ad quid ergo chri-
ſtus mortuus eſſet,vt à nobis peccatum tolleret,& no-
A bis ſuam gratiam daret vt faceret nos ſuam iuſtitiam
obſeruare?Fruſtra ergo eſſet mors eius,ex quo propec
cato & iuſtitia nõ obſeruata,nullus ad inferna deſcẽde
ret.Rurſus ſi nõ obſeruantes iuſtitiã ad inferna nõ de-
ſcẽderet,multo magis ſancti patres illuc nõ deſcẽde-
rũt:& ſi ſancti patres nõ deſcẽderũt ad Iferna,ad qd ḡ
chriſtus mortuus eſſet,& ad inferna deſcenderet, & in-
de ſanctos patres ſecum adduceret? Dicere ergo quòd
nullus ad abyſſum deſcendit , eſt chriſtum ex mor-
tuis reuocare, ideſt,inutilem facere mortem chriſti: &
eſt ponere chriſtum mortuum non fuiſſe . Notandum
etiam quòd ſicut prima littera,Quis aſcendit in cęlũ.)
poteſt exponi de chriſto:vt ſit ſenſus, quòd non debe-
mus cogitare chriſtũ in cælum non aſcendiſſe: ſic hęc
ſequens littera,Aut,quis deſcendit in abyſſum.)poteſt
exponi de chriſto,quia non debemus cogitare chriſtũ
ad inferos non iuiſſe,vt gloſa tangit.Melius tamen vi-
detur & congruentius,vt præcedens litera exponatur
de obſeruantibus iuſtitiam fidei:vt ſit ſenſus , quòd nõ
B debemus cogitare,quòd nullus obſeruans iuſtitiam ta
lem,in cælum aſcendit. Et ſequens littera exponatur
de non obſeruantibus huiuſmodi iuſtitiam; vt ſit ſen-
ſus,quòd non debemus cogitare,ꝙ nullus non obſer-
uans huiuſmodi iuſtitiam,in abyſſum vadat:quã expo
ſitionem etiam tangit gloſa,& ſecundum quam expo-
ſitionem formatæ ſunt rationes.Deinde cum dicit.

Sed quid dicit ſcriptura? Prope eſt verbum in ore tuo, & in corde tuo. hoc eſt verbum fidei, quod prædicamus. Quia ſi confitearis in ore tuo dominum Ieſum, & in corde tuo credideris, quòd deus illum ſuſcitauit à mortuis:ſaluus eris. Deut. 30.c.

Probat hoc idem,videlicet,quòd fides nos ſaluet ex
C ſcripturæ ſacrę atteſtatione . Formetur autem ſic ra-
tio.Quodcunq; verbum ſalutiferum eſt propè in ore
tuo & in corde tuo,per illud verbum oportet te ſal-
uari,ſed(vt teſtatur ſcriptura ſacra)verbum fidei ſalu-
tiferum,eſt ſic propè in ore tuo,& in corde tuo : ergo
per verbum fidei oportet te ſaluari, & per fidẽ ſaluus
eris.de hac autem ratione ponit virtutem medij. Con
tinuetur ſic littera . Bene dico ꝙ iuſtitia fidei nos ſal-
uat,& per fidem ſaluamur:quod patet non ſolum per
bonorum in cælum aſcenſionem , & ex malorum in
abyſſum demerſionem,ſed & patet per ſcripturæ ſa-
cræ atteſtationẽ hoc idem.Ideo ait,ſed quid dicit ſcri-
ptura?Propè eſt verbum in ore tuo ad confitendum,
& in corde tuo ad credendum . Et ſubdit , exponens
huiuſmodi verbum,quòd Hoc,ideſt,verbum iſtud,de
quo loquitur ſcriptura ſacra,eſt verbum fidei , quod
prædicamus.Quia ſi confitearis in ore tuo dominum
noſtrum Ieſum chriſtum,& in corde tuo credideris , ꝙ
deus pater illum excitauit vel ſuſcitauit à mortuis:
ſaluus eris.Tunc ergo eſt ſupplenda ſic ratio,Quòd ſi
D ſic eſt propinquum verbum fidei per quod ſaluamur,
oportet nos per fidem ſaluos fieri . Notandum aũt ꝙ
aliud eſt eſſe calidum, & aliud eſt calefacere:nam cali-
dum non calefacit, niſi appropinquatum ſit paſſiuo,
quod poſſit calefieri.Sic etiam aliud eſt eſſe ſalutiferũ,
& aliud eſt ſaluare:nam ſalutiferum non ſaluat,niſi ſit
appropinquatum ei quod poteſt ſaluari.Vt ergo apo
ſtolus verbum fidei,quod eſt verbum ſalutiferum , o-
ſtenderet quòd nos ſaluet,ait , ꝙ huiuſmodi verbum
eſt prope in ore nr̃o & in corde noſtro.Notãdũ ẽt ꝙ
verba veteris legis longe erant a nobis: quia nõ erãt
conſona nobis : non erant nobis proportionata , cũ
eſſent iugum & onus,quod nec nos, nec patres noſtri,
portare potuimus.ſed verba euangelica , verba fidei,
ſunt propè in ore ad confitendum,prope in corde ad
credendum . Sunt etiam hæc nobis propinqua , quia
ſunt nobis conſona, ſunt nobis proportionata , ſunt

leuia, ſunt ſuauia ad portandum. Iuxta illud, Iugum A
Matth. 3. enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue. Verba enim veteris legis propter ſui longinquitatẽ, & improportionem, non ſic nobis erant ſalutifera, vt verba legis nouæ. Notandum etiam ꝙ lex noua potiſſime differt à lege veteri in iis quæ pertinent ad chriſtum: quia lex vetus hoc figurabat, quod lex noua expreſſe clamat. Igitur per verbum poſſumus intelligere vel ipſum Chriſtum, qui eſt Verbum patris: vel prædicationem factam de chriſto, ſiue doctrinam euangelicam, quam Chriſtus tradidit. Et quia hæc ſic ſunt referenda ad chriſtum, ideo apoſtolus ait, Si confitearis in ore tuo dominum Ieſum, & in corde tuo credideris, ꝙ deus ſuſcitauit eum à mortuis: ſaluus eris. Notandum quòd hęc ſcriptura ſacra, quę ſic dicit, verbum eſſe prope
Deut. 30. nos, habetur Deuteronomio, vbi dicitur, Mandatum hoc, quod ego præcipio tibi, non ſupra te eſt, nec procul poſitum &c. Et ſequitur, Sed iuxta te eſt ſermo valde, in ore tuo & in corde tuo, vt facias illum. Deinde B cum dicit.

Corde enim creditur ad iuſtitiam: ore autem confeſſio fit ad ſalutem.

Oſtenſo ꝙ iuſtitia fidei ſaluat: oſtendit qualiter hoc eſſe contingat. Circa quod tria facit: quia primo oſtendit ꝙ huiuſmodi iuſtitia te ſaluat, ſi cõfitearis eã integraliter. Secũdo declarat ꝙ huiuſmodi iuſtitia te ſaluat, quia ẽ parata ſaluare oẽs generaliter. Tertio manifeſtat ꝙ huiuſmodi iuſtitia te ſaluat, quia parata eſt ſaluare omnes copioſe, & perfectibiliter. Secunda, ibi, Dicit enim ſcriptura.) Tertia, ibi, Non enim diſtinctio.) In prima parte intendit talem rationem, Illa iuſtitia per quam corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem, ſi debeat te ſaluare, oportet ꝙ confitearis eam corde et ore, interius & exterius, & oportet ꝙ confitearis eam totaliter & integraliter: huiuſmodi autem C eſt iuſtitia fidei; ergo ſi vis per eam ſaluus fieri, oportet ipſam totaliter confiteri. De hac autem ratione ponet virtutem medii. Continuetur autem ſic littera, Bene dico, ꝙ ſi tu vis ſaluus eſſe, oportet ꝙ tu confitearis in ore tuo dominum Ieſum, & ꝙ in corde tuo credas: oportet enim quòd totaliter & integraliter confitearis hanc fidem, ſi vis ſaluari, quia corde creditur ad iuſtitiam, id eſt, ad iuſtificationem habendam; ore autẽ confeſſio fit ad ſalutem, id eſt, ad ſalutis perfectionem: nam imperfecta eſt fides, & non ſufficit ad ſalutem, ſi quis non confiteatur eam ore, cum adeſt tempus et opportunitas confitendi. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, ꝙ ſi oportet ad ſalutem, fidem confiteri corde interius, ore exterius, oportet eam confiteri totaliter & integraliter. Notandum autem ꝙ corde creditur ad iuſtitiam, quia per fidem homo iuſtificatur; ſed illam iuſtitiam homo perdit, & non peruenit ad ſalutem, niſi D cum adeſt tempus, eam ore confiteatur. Vnde Augu-
Cap. 6. ſtinus in libro Cõtra mendacium, & habetur in gloſa, ait, Non incaſſum eſt additum, Ore autem cõfeſſio fit ad ſalutem. Nonne penè omnes, qui Chriſtum coram perſecutoribus negauerunt, quod de illo credebant, corde tenuerunt & tamen ore non confitendo, perierunt, niſi qui pœnitentia reuixerunt? Deinde cum dicit.

Dicit enim ſcriptura, Omnis qui credit in illum, non confundetur.

Eſa. 28. d.

Oſtenſo qualiter fides ſaluat, quia ſaluat, ſi confiteamur eam integraliter: oſtendit qualiter fides ſaluat, quia parata eſt ſaluare generaliter. Intendit autem talem rationem, Per quancunq; fidem quicunq; credit non confunditur, illa fides ſaluat generaliter: ſed per fidem chriſti quicunq; credit in illum nõ confunditur: ergo fides chriſti ſaluat generaliter. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur autem ſic, Dictum eſt ꝙ hoc modo ſaluat fides, ſi cõfiteamur corde et ore, id eſt, ſi cõfiteamur integraliter: eſt etiam modus ſaluationis fidei, quia parata eſt ſaluare generaliter: & ꝙ ſic ſit patet, quia dicit ſcriptura, Omnis qui credit in illum, id eſt, in chriſtum, non confundetur. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, quòd cum per fidem chriſti, omnis qui credit in illum non confundatur, fides chriſti ſaluat generaliter. Notandum autem quòd hæc ſcriptura, & hæc auctoritas ſumpta eſt ab Iſaia ſecundum aliam litteram. Tamen noſtra littera non ſic Eſa. 28.
habet: non enim habemus in noſtra littera, Omnis qui credit in eum, non confundetur: ſed habemus, Omnis qui credit in eum, non feſtinet. In quo datur intelligi, quòd credulitas hæc eſt diſcreta et rationalis, & per conſequens quòd eſt ſalubris. Eſt enim conſuetudo, ꝙ, cum quis diſcrete & rationabiliter vult incedere, ait, Non feſtines. Deinde cum dicit.

Non enim eſt diſtinctio Iudæi & Græci. Nam idem dominus omnium, diues in omnes qui inuocant illum. Omnis enim quicunq; inuocauerit nomen domini, ſaluus erit.

Ioel. 2. g.

Oſtendit quòd huiuſmodi fides parata eſt ſaluare copioſe & abundanter. Circa quod tria facit: quia primo facit quod dictum eſt: ſecundo quoddam quod ſuppoſuerat manifeſtat: tertio, ad confirmandum propoſitum, adducit auctoritatem ſacræ ſcripturæ. Secunda, ibi, Quomodo ergo inuocabunt.) Tertia, ibi, Sicut ſcriptum eſt.) In prima parte intendit talem rationẽ, Per fidem illius, qui eſt dominus omnium tam Iudęorum, quàm Gentium, & qui eſt diues, id eſt, copioſus & abundans in omnes qui inuocant illum, & per fidem illius, cuius nomen quicunq; inuocauerit, ſaluus erit, per fidem illius ſaluabitur copioſe & abundanter: ſed huiuſmodi eſt fides dei, vel huiuſmodi eſt fides chriſti: ergo per huiuſmodi fidem ſaluabimur copioſe & abundanter. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur ſic littera, Benè dico ꝙ fides chriſti ſaluat generaliter, quia omnis qui credit in illum non confundetur: etiam huiuſmodi fides ſaluat copioſe & abundanter: quia non eſt diſtinctio Iudęi & Græci. Nam idem eſt dominus omnium, diues, id eſt, copioſus & abundans in omnes qui inuocant illum. Immo ſic eſt copioſus & abũdans in omnes ꝙ omnis quicunq; inuocauerit nomen dñi, i. quicunq; inuocauerit filiũ patris, qui eſt nomen eius & verbũ eius: vel quicũq; inuocauerit nomẽ dñi, i. quicũq; debite orauerit ad dominum, ſaluus erit. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, quòd huiuſmodi ſit fides chriſti, cum huiuſmodi ſit fides dei: quia eſt fides eius, qui eſt diues, id eſt, copioſus & abundans in omnes: ſequitur quòd huiuſmodi fides ſaluat copioſe, & abundanter. Notandum autem ꝙ hæc auctoritas, (Omnis quicunq; inuocauerit nomen domini: ſaluus erit.) ſcribitur Ioelis. 2. Gloſa tamen intitulat hanc auctoritatem Iſaię, vbi non eſt ſcripta ſub iſtis verbis; tamen Iſaię quaſi habetur eadem ſentẽtia, vbi dicitur, Et omnem qui inuocat nomen meum, in gloriam meam creaui eum, formaui eum, & feci eum. Notandum etiam quod in fide Iſa. 43.
eſt tria conſiderare, videlicet, eos à quibus creditur: eũ in quem creditur: & fidem per quam creditur. Secundũ hoc ergo tangitur in littera triplex abundantia & triplex copioſitas: vna ex parte horum à quibus creditur, quia ita eſt copioſa & abundans iſta fides, quòd omnes tenentur ad eam tam Iudęi, quàm Gręci, quia in hoc non eſt diſtinctio Iudęi & Gręci, i. Iudęi & Gẽtilis, ſed omnes ad hanc fidem tenentur. Secunda copioſitas tangitur ex parte eius in quem creditur, quia idẽ eſt dominus omnium, diues, id eſt, copioſus & abundans in omnes qui inuocant illum, id eſt, in omnes qui

orant ad eum. Tertia copioſitas & abundantia tangitur ex parte fidei per quam creditur, quia ita eſt copioſa & abundans in omnes huiuſmodi fides, quòd omnis quicunque inuocauerit nomen domini, ideſt, ſolum quod inuocet nomẽ eius, ſaluus erit. Ecce magna largitas, magna copioſitas, quòd ad ſolam inuocationem ſalus datur. Deinde cum dicit.

Quomodo ergo inuocabunt in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient ſine prædicante? Quomodo verò prædicabunt, niſi mittantur?

Quoddam quod ſuppoſuerat declarat & manifeſtat: dixerat enim ꝙ omnis quicunque inuocauerit nomen domini, ſaluus erit. Declarat autem & manifeſtat, B quomodo habeat fidem huiuſmodi innocatio, oſtendens ꝙ habet fidem per miſſionem Apoſtolorum: nam ex hoc inducimur ad inuocandum, quia apoſtoli ad nos miſſi ſunt. Intendit antem talem rationem, Quicunque non poſſunt inuocare niſi credant, non poſſunt credere niſi audiant, non poſſunt audire niſi prædicẽt, non poteſt eis prędicari niſi mittantur ad eos apoſtoli & prædicatores, oportet, ſi illi debent inuocare nomen domini, ꝙ inuocent per prædicatorum & apoſtolorum miſſionem: nos ſumus huiuſmodi, ergo ſi debemus nomen domini inuocare, oportet ꝙ inuocemus per predicatorum & apoſtolorum miſſionem. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur ergo ſic littera, Benedictum eſt, quòd omnis qui inuocauerit nomen domini, ſaluus erit: ſed ſi quæratur, quomodo ſiat huiuſmodi inuocatio; dici poteſt, quòd C ſit per prædicatorum vel apoſtolorum miſſionem: ꝙ autem ſic ſiat, patet, quia quomodo ergo, vel quomodo autem, vt habet alia littera, inuocabunt in quem non crediderunt? non enim poſſumus inuocare vel orare vel deprecari aliquem niſi credamus & habeamus ſpem in illo. Aut quomodo credent ei, quem nõ audierunt? non enim poſſumus ſperare de aliquo, de quo non audiuimus fieri mentionem. & ſubdit, Quomodo autem audiant ſine prædicante? quaſi dicat, nõ potuerunt audire niſi aliquis eis prædicauerit, & ait, Quomodo verò prædicabunt niſi mittantur? quaſi dicat, quod non erunt veri apoſtoli nec veri prædicatores niſi miſſi. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, ꝙ quia nõ poſſunt inuocare niſi credant, nec credere niſi audiãt, nec audire niſi eis prædicetur, nec eis prædicari niſi mittantur ad eos apoſtoli & prædicatores: ergo de primo ad vltimum, modus per quem debent inuocare, eſt per prædicationem apoſtolorum & prædicatorum; quod probare volebamus. Notandnm autem ꝙ D (vt dicitur in Elenchis) omne quod quis nouit, aut diſcens aut inueniens nouit: inuentioni autem maxime deſeruit viſus, quia plures differentias rerum demõſtrat, vt dicitur in primo Methaphiſicæ. diſciplinæ autem maxime deſeruit auditus, quia (vt dicitur) ille ſolus eſt ſenſus diſciplinabilis. Cum ergo ea quæ ſunt fidei ſint ſupra rationem, non poſſumus ſcire ea inueniendo, ſed ſcimus ea addiſcendo & audiendo. Ideo benè dictum eſt, ꝙ non credent ei quem non audierũt. Notandum etiam ꝙ duplex ẽ auditus; interior, ſecundum quem loquitur nobis ſpiritus ſanctus; & exterior ſecundum quem loquuntur nobis prædicatores. Et licet in aliquibus de lege ſpeciali forte potuit ſufficere ſolus auditus interior, tamen quantum eſt de lege cõmuni, vt hic loquitur apoſtolus, vt inſtruamur in fide, requiritur auditus exterior, vt inſtruamur & doceamur per prædicatores. Ideo benè dictum eſt, ꝙ non audient, ideſt, non erunt docti & inſtructi ad ea quæ ſunt fidei, quantum eſt de lege communi, ſine prædicãte, ideſt niſi inſtruantur per prędicatores & apoſtolos.

A Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, ꝙ cum nulli rite & debite prædicent niſi mittantur, ideo benè dictum eſt, ꝙ requiritur, quantum eſt de lege communi, miſſio apoſtolorum & prædicatorum, ſi debeamus nomen domini inuocare. Deinde cum dicit.

Sicut ſcriptum eſt, Quam ſpecioſi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona. Iſa.52. Nahum.1.d.

Confirmat propoſitum per auctoritatem ſacrę ſcripturę oſtendens per ſacram paginam, ꝙ à domino ſit miſſio prædicatorum, & eorum qui euangelizant pacem, & bona. Formetur autem ſic ratio; Quicquid eſt pulchrum & ſpecioſum, eſt à domino: ſed teſte ſcriptura ſacra, pedes, ideſt, miſſiones, & aduentus euangelizantium bona, & euangelizantium pacem, ſunt pulchri & ſpecioſi: ergo huiuſmodi aduentus, & huiuſmodi B miſſiones ſunt à domino. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur autem ſic littera, Non poſſumus inuocare, quantum eſt de lege communi, niſi mittantur ad nos prædicatores, & euangelizatores: ſed huiuſmodi miſſiones prædicantium, & euangelizantium, ſunt à domino, ſicut ſcriptũ eſt, Quàm ſpecioſi pedes, ideſt, quàm ſpecioſi aduentus ſunt, & quàm ſpecioſe ſunt miſſiones euangelizantium pacem, ideſt, euãgelizantium reconciliationem, & iuſtificationem in præſenti: & euangelizantium bona, ideſt, euangelizantium bona æterna, & pręmia æterna in futuro. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, quòd cum omne ſpecioſum ſit à domino, huiuſmodi aduentus & huiuſmodi miſſiones ſunt à domino. Notandum autem quòd huiuſmodi auctoritas ſcripturę, ſumpta eſt Iſaiæ. 52 vbi non ſunt omnino hæc verba, ſed ibi dicitur. Quã C pulchri pedes ſuper montes annuntiantis & prædicantes pacem, & annunciatis bonum, prædicantis ſalutem. (Eſa.52. in margin beside "Quàm ſpecioſi pedes")

Dubitaret forte aliquis de illo verbo apoſtoli, Omnis qui credit in eum non confundetur. Sed contra; mali chriſtiani habent fidem & credunt, & tamen, niſi à malitia deſiſtant, confundentur. Dicendum, ꝙ (vt dicebatur ſupra) aliud eſt credere deo, & aliud eſt credere deum, & aliud eſt credere in deum: quam diuiſionẽ etiam Auguſtinus facit. Credere autem in deum (vt Auguſtinus ait) eſt credendo diligere, & credendo in eum ire: & quia hoc modo non credunt mali chriſtiani, ideo confundentur. Significanter ergo in littera non dicitur, Qui crediderit ei, vel qui crediderit illum: ſed Qui crediderit in illum, non confundetur.

Vlterius forte dubitaret aliquis de eo quod dicitur in littera, Quomodo credent ei, quem non audierũt? quod gloſſa vno modo exponit, dicens, ꝙ nõ poſſumus credere ei, quẽ nõ audiuimus interius vel exterius: quia ſi D nulla ſit facta nobis mentio exterius, vel nulla ſit facta inſpiratio interius, non poſſumus credere. Alio modo exponit gloſa, ꝙ non poſſumus credere ei, quem non audiuimus, ideſt, ei cui non obediuimus. Sed contra: multi ſunt mali chriſtiani, qui non obediunt deo, & tamen credunt. Dicendum ꝙ (vt dicitur) duplex eſt fides: formata, & informis. Fides autem formata, ſemper eſt cum charitate coniuncta: informis autem, eſt à charitate ſeparata. Qui ergo non obedit deo, non credit fide formata, licet poſſit credere fide informi.

Vlterius forte dubitaret aliquis de eo quod apoſtolus ait, Quomodo prędicabunt niſi mittantur? quod gloſa exponens ait, ꝙ iſtud non recipit quæſtionem; quia non ſunt verè apoſtoli niſi miſſi, nec prædicabunt niſi mittantur: quòd ſi prędicarent non miſſi, nulla ſigna virtutum illis teſtimonium perhiberent. Sed cõtra; multi venient dicentes, Domine in nomine tuo dęmonia eiecimus: quibus reſpondebitur, Neſcio vos. Matth.7. Ergo multi, qui non ſunt miſſi, habebunt ſigna virtutum, perhibentia eis teſtimonium. Dicendum ꝙ mira-

cula non ſunt teſtimonia vitæ,ſed doctrinæ; repertum eſt aliquotiens,quòd male viuentes,miracula fecerint: ſed nunquàm repertum eſt, quòd miracula fecerint mendacia prædicantes.Et quia veritas à quocunq; dicatur,à ſpiritusancto eſt:ipſi mali,inquantum vera dicũt,poſſunt dici à deo miſſi.Vnde gloſa ait, & ſumpta eſt ab Auguſtino,quòd pſeudoprophetas & benè nunciantes,ideſt,vera dicentes,miſit deus,qui nouit in bono malis vti.

LECTIO. XXXIIII.

SEd non omnes obediunt Euangelio.

Poſtquàm apoſtolus oſtendit ſuperius, quòd iuſtitia fidei ſaluat credentes : in parte iſta declarat(vt dicebatur)quomodo per huiuſmodi iuſtitiam redduntur inexcuſabiles non credentes. Circa quod duo facit : quia primo oſtendit ꝙ multi fidem non ſuſcipiunt. Secundo declarat,quòd non ſuſcipientes fidem,per ignorãtiam ſe excuſare non poſſunt,ibi, Sed dico , nunquid non audierunt.)Circa primum tria facit ; quia primo proponit quod intendit : ſecundò quod dixerat , per auctoritatem Iſaiæ declarat:tertiò ex his quę dixerat, qualiter habeat eſſe fides,arguit & concludit . Secunda,ibi,Iſaias enim dicit.)Tertia ibi,Ergo fides ex auditu.)In prima parte intendet talem rationem, Quicũq; non obediunt euangelio,illi fidem non ſuſcipiũt: ſed non omnes obediunt euangelio,ergo non omnes fidẽ ſuſcipiunt. De hac autem ratione ponit virtutem medii,vel minorem tantum.Continuetur autem ſic , Dictum eſt quòd omnes credentes fides ſaluat : quia omnis qui credit in illum non confundetur : tamen quia non omnes credunt , non omnes fidem ſuſcipiunt, Ideo ait,ſed non omnes obediunt euangelio.Tunc ergo eſt ſupplenda ratio,ꝙ cum non obedientes euangelio,fidem non ſuſcipiant :ſed non omnes obediunt, ergo non omnes fidem ſuſcipiunt.Deinde cum dicit.

Iſa.53.a. **Iſaias enim dicit , Domine , quis credidit auditui noſtro?**

Quod dixerat declarat per auctoritatem ſcripturę ſacre,quòd multi euangelio non obediunt.Formetur autem ſic ratio, Quicunq; non credunt auditui prophetarum & apoſtolorum,illi euangelio nõ obediũt: ſed multi ſunt huiuſmodi,ergo &c . De hac autem ratione ponit virtutem medii.Continuetur ſic, Bene dico ꝙ non omnes obediunt euangelio:quia Iſaias dicit vt habetur Iſaię 53.Domine quis credidit auditui noſtro?Quaſi dicat,ꝙ credunt pauci auditui noſtro.i.auditui prophetarum & apoſtolorum.Tũc ergo eſt ſupplenda ratio,ꝙ ſi non credentes auditui prophetarũ & apoſtolorum,non obediunt euangelio , cum multi ſint tales,multi non obediunt euangelio . Notandum autem quòd apoſtolus volens probare multos non obedire euangelio , ſpecialiter inducit auctoritatem Iſaię, quia inter cæteros, ipſe eſt Euangelii pronunciator apertior : quare qui non credunt auditui Iſaiæ, qui ſic Euangelii hiſtoriam viſus eſt euidenter texere,planum eſt illos euangelio non obedire.Notandum etiam ꝙ duplex eſt auditus:vnus prophetarum ,& alter populi: nam prophetæ audiunt à deo inſpirante,& populus audit à propheta inſpirato

A referente:quare ibi quodam modo eſt duplex auditus, & quodammodo vnus auditus,quia eadem propheta refert , quæ ei dominus inſpirauit . Vult ergo dicere Iſaias,quis credidit auditui noſtro. i. quis credidit his quæ à te inſpirante audiuimus ; vel quis credidit auditui noſtro,ideſt,quis credidit his quæ nos inſpirati diximus , & retuliſmus? quaſi dicat , pauci:& quia pauci ſunt tales,& quia multi ſunt non credentes,multi ſunt Euangelio non obediẽtes. Deinde cum dicit.

Ergo fides,ex auditu: auditus autem per verbum chriſti.

Et hic quæ dixerat, arguit,& concludit,qualiter habeat eſſe fides.Propter quod ſciendum eſt,quòd(vt dicebatur ſupra)non credent ei , quem non audierunt; & non audient,niſi mittantur prædicatores & apoſtoli.Ad credere ergo requiritur audire , & requiritur ꝙ mittantur prædicatores & apoſtoli ad prædicandum verbum chriſti.Formetur autem ſic ratio,Quicquid facit B nos credere , illud eſt per auditum & per verbum chriſti;ſed fides facit nos credere,ergo fides eſt ex auditu,& auditus per verbum chriſti,ideſt,per apoſtolos & prædicatores miſſos ad prædicãdum verbum chriſti. De hac autem ratione ponit ſolam concluſionẽ.Cõtinuetur aũt ſic,dictum eſt ꝙ nõ credimus niſi audiamus & nõ audimus niſi mittãtur nobis apoſtoli & ꝓdicatores nũciantes nobis verbũ chriſti;& qa ſic eſt, ſi quęratur qualiter habeat eſſe fides, dicemus ꝙ fides eſt ex auditu:auditus autem ille eſt per verbũ chriſti.i.p prędicatores & apoſtolos nunciantes verbum chriſti. Notandum ꝙ,vt gloſa tangit, non per noſtra merita eſt iſte auditus,ſed per verbum chriſti , ideſt, per gratiam chriſti mittentis nobis prædicatores & doctores verbi euangelizantes:quod verbum euangelicum , eſt verbũ chriſti. Deinde cum dicit.

C **Sed dico , Nunquid non audierunt ? Et quidem in omnem terram exiuit ſonus eorum : & in fines orbis terræ verba eorum.** Pſal.18.a.

Oſtenſo,quòd multi fidem non ſuſcipiunt:oſtẽdit ꝙ non ſuſcipientes,ſe per ignorantiam excuſare nõ poſſunt.Circa quod duo facit:quia primo oſtendit de omnibus generaliter.Secundo de Iudæis ſpecialiter , ibi, (Sed dico,nunquid Iſrael.)In prima parte intendit talem rationem,Quicquid in omnem terram eſt auditũ, & in fines orbis terræ eſt diuulgatum,circa illud nulli ſe poſſunt per ignorantiam excuſare:ſed fides chriſtiana in omnem terram per apoſtolos eſt audita, quia in omnem terram exiuit ſonus eorum,& in fines orbis terræ,eſt huiuſmodi fides diuulgata : quia in fines orbis terræ verba eorum exiuere:ergo circa hanc fidem nulli ſe excuſare poſſunt per ignorantiam.De hac autem D ratione,ponit virtutem medii.Continuetur ſic , dictũ eſt quòd fides eſt ex auditu: & quia ſic eſt,cũ fides chriſtiana vbiq; ſit audita,nulli nõ ſuſcipiẽtes eam,poſſunt ſe excuſare,dicentes,Non audiuimus chriſtianam fidẽ, & quidẽ,vel (vt habet alia littera)equidẽ.i.certe (ſupple)audiere.Ideo ſubdit,,In omnẽ terrã exiuit ſonus eorum,ideſt,fama apoſtolorum: & in fines orbis terræ exiere verba eorum,ideſt,apoſtolorum. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio,quòd ſi in omnem terram ſonus chriſtianę fidei per apoſtolos eſt auditus , & verba apoſtolorum circa fidem chriſtianam in fines orbis terrę ſunt diuulgata,circa fidem chriſtianam ſuſcipiendam nulli ſe poſſunt per ignorantiam excuſare.Notandum autem ꝙ hoc qđ dico (In omnẽ terram) poteſt referri ad terras propinquas,,& ad Iudæos . Quod vero ſubditur(Et in fines orbis terræ.)poteſt referri ad terras remotas, & ad gentiles:vt ſit ſenſus , quòd fides chriſtiana eſt audita in omnem terram propinquam, & inter Iudæos : & etiam diuulgata in fines orbis terræ , & in

omnem

omnem terrã remotam, & inter gentes. Notandũ etiam ꝙ ſonus poteſt eſſe non ſignificatiuus: ſed verba dicuntur voces ſignificatiuę. Ideo ſignãter dicitur, ꝙ in oẽm terram propinquã & inter Iudęos exiuit ſonus apoſtolorũ: quia Iudęi noluere per intellectum attendere ad illa verba, & noluere ea ſuſcipere: ſed in fines orbis terrę et ad terras remotas, & inter gẽtiles, non ſolũ exiuit ſonus eorum, ſed exiuere verba: quia gentiles ea perceperunt, & prædicationes apoſtolorũ ſuſceperunt. Notandum etiam ꝙ cum dicitur (In omnem terrã exiuit ſonus eorum) licet nõ eſſet adhuc factum, cũ Dauid iſta verba protulit, quia nondum erãt apoſtoli: tñ propter certitudinem, ponitur pręteritũ pro futuro. Notandum etiam ꝙ cum dicitur, In omnem terram exiuit ſonus eorũ) vt gloſa tangit, non eſt hoc referendũ ad apoſtolos ſolum, ſed ad apoſtolos & ad alios prædicatores, qui apoſtolorum veſtigia ſunt ſequuti. Deinde cum dicit.

Deut. 32. **Sed dico, Nunquid Iſrael non cognouit? Primus Moyſes dixit, Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem, in gentem inſipientem, in iram vos mittam.**

Oſtendit ſpecialiter de Iudæis, ꝙ nõ ſe poſſunt per ignorantiam excuſare. Circa quod tria facit ſecundũ ꝙ tres rationes adducit ad propoſitum. Secunda ibi, Iſaias aũt audet.) Tertia, ibi, Ad Iſrael aũt.) Ad euidentiam primæ partis, ſciendũ, ꝙ nullus ęmulatur, vel inuidet, vel dedignatur contra aliquos, de aliquo bono niſi cognoſcat illud bonum. Formetur ergo ſic ratio, Quicunq; æmulantur & ad iram mouentur erga gentes, quia cõuerſæ ſunt ad fidem, illi bonum fidei cognoſcunt, & erga fidem non ſe poſſunt per ignorantiã excuſare; Iudęi ſunt hmõi, ergo &c. De hac aũt ratione ponit virtutem medii. Continuetur aũt ſic, dictũ eſt de omnibus generaliter, ꝙ nõ ſe poſſunt per ignorantiam excuſare, ſed dicẽdũ eſt hic de Iudæis ſpecialiter. Ideo ait, Sed dico, Nũquid Iſrael non cognouit?) id eſt, nunquid Iſrael pōt ſe excuſare per ignorantiam, dñm non cognouiſſe: immo cognouit, & non poteſt ſe excuſare. Ideo ſubdit, ꝙ primus Moyſes dixit, Ego vos Iudæos adducã) .i. adduci permittam (ad æmulationẽ) .i. ad inuidiam in non gentem) .i. contra gentiles .i. permittam ꝙ inuideatis gentilibus de eorũ conuerſione: (& mittã uos in iram) .i. permittam uos iraſci (in gentem inſipientem) .i. contra gentiles iam conuerſos ad fidẽ; qui gentiles dicebantur gẽs inſipiens, quia dñm nõ cognoſcebant. Tũc ergo eſt ſuppleda ratio, ꝙ ſi ſic ƥdixit de vobis Moyſes, ꝙ debeatis æmulari & moueri ad iram contra gentiles conuerſos ad fidem: & nunc in vobis adimpletur, quia inuidetis, & mouemini ad iram cõtra gentiles, ad fidem cõuerſos: cum nõ ſit inuidia, nec motus ad iram de re incognita, ergo non poteſtis vos excuſare per ignorantiã, quin fama fidei ad vos peruenerit. Notandũ aũt ꝙ Moiſes dicitur primus (vt gloſa tãgit) vel quia fuit primus .i. maximus inter Iudæos, iuxta illud Deuteronomii, Nõ ſurrexit vltra in Iſrael ſicut Moyſes. Vel dicitur primus, q̃a, priuſq̃ alii, hanc veritatẽ protulit de Iudæis. Primus ergo Moyſes dicit .i. anteq̃ alii hanc veritatem de vobis annuntiat. Notandum et ꝙ hęc auctoritas quę hic inducitur, accepta eſt Deuteronomii 32. ſecũdũ litterã 70. Noſtra tñ litera non ſic habet, immo ibi dicitur, Ego prouocabo eos, in eo ꝙ non eſt populus, & in gentem ſtultã irritabo illos. Sed hæc noſtra litera ad eundem intellectum referri poteſt, vt ſit ſenſus, Ego prouocabo .i. permittã eos prouocari, & ad inuidiã moueri, in eo quod nõ eſt populus .i. contra id qđ nõ eſt populus .i. contra gentes, qui proprie nõ erant populus, cum nõ haberent le

A gem; & irritabo eos .i. permittã irritari & ad irã moueri in gentem ſtultã .i. contra gentẽ ſtultã .i. contra gentiles, qui erant gens ſtulta, quia dñm nõ cognoſcebant. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio ſicut prius, ꝙ ſi de vobis eſt ſic prophetatũ, & nunc in vobis actualiter adimpletur, ꝙ ſic prouocamini & ſic mouemini ad iram contra gentiles cõuerſos ad fidẽ, qui gentiles proprie nõ reputabantur populus, & vocabantur gens ſtulta: ergo ſi peruenit ad vos fama fidei, & nõ ſuſcipitis fidẽ, nõ poteſtis vos per ignorantiam excuſare. Notandum etiam ꝙ ex hoc poteſt patere intellectus literę noſtrę, cum dicitur, Ego ad ęmulationẽ vos adducam in non gentẽ .i. contra non gentẽ, hoc eſt, contra gentiles, qui non ſunt gens: dicuntur .n. gentiles, non gens, quia non erãt populus, cũ nõ viuerent ſub lege: vnde noſtra litera habet, nõ populus. Vel pɔſſent dici gẽtiles, nõ gens; quia licet prius eſſent gentes, quia gentiliter viuebant, nunc aũt ad fidem iam conuerſi, non ſunt gens, quia
B gentiliter non viuunt. Deinde cum dicit.

Iſaias autem audet, & dicit, Inuentus ſum à non quærentibus me, palam appatui iis qui me non interrogabant. Iſa. 65.

Adducit ſecundam rationem, ꝙ Iſrael non poteſt ſe excuſare per ignorantiã. Formetur aũt ſic ratio, Quicquid eſt ita magnum quòd inueniri nõ poteſt à quærentibus, & palã apparet iis, qui non interrogant circa illud, quęrentes & inſtructi nõ poſſunt ſe per ignorãtiam excuſare; ſed ego chriſtus inuẽtus ſum à Gentilibus non me quęrẽtibus, & palam apparui iis .i. Gentilibus, qui me nõ interrogabant: ergo vos Iudæi qui eſtis inſtructi, qui quęritis me in lege, circa me & circa legẽ meam non poteſtis vos per ignorantiam excuſare. De hac aũt ratione ponit virtutẽ medii. Continuetur autem ſic, bene dico ꝙ vos Iudęi ſi nõ ſuſcipitis legẽ chriſti, nõ poteſtis vos per ignorantiã excuſare, quia Iſaias
C etiam audet, & dicit, loquens in perſona chriſti. Inuentus ſum à non quęrentibus me .i. ego chriſtus ſponte me obtuli Gentilibus, qui per ſe me nõ quærebant: & palã .i. in manifeſto apparui iis .i. Gentilibus, qui me non interrogabant. Tũc ergo eſt ſupplenda ratio, ꝙ ſi gentiles me non interrogantes, & me nõ quęrentes, me inueniunt, & me per fidem cognoſcunt, vos Iudæi qui eſtis inſtructi, & qui tota die legem quęritis & ſcrutamini, nõ poteſtis vos per ignorantiã excuſare. Notãdum autem ꝙ ait, Iſaias aũt audet (vt gloſa tangit) quia licet videret Iſaias ſibi pœnã imminere, audebat tñ dicere cõtra Iudęos. Fuit .n. Iſaias à Manaſſe ſecatus lignea ſerra. Benè ergo Iſaias audax erat, ꝙ audebat aliquid dicere contra Iudęos, pręuidens ſe ſic moriturũ, ƥƥ ea quæ de Iudęis enuntiabat. Notandũ ẽt ꝙ hęc auctoritas Iſaię hic inducta eſt ſecundum literã. lxx. noſtra
D aũt litera Iſaię ſic habet, Inuenerũt qui nõ quæſierunt me, dixi, Ecce ego, ecce ego, ad gẽtẽ quæ neſciebat me, & quę non inuocabat nomẽ meũ. Sed hæc litera ſacra pōt exponi cũ littera quã adducit apoſtolus: nã idem eſt, Inuenerunt qui non quæſierunt me, ac ſi diceres, Inuentus ſum à non quęrentibus me. Et idem eſt, Ecce ego, ecce ego ad gentem quæ neſciebat me, & quæ nõ inuocabat nomẽ meum, ac ſi diceres, Palã apparui iis, qui me non interrogabant. Deinde cum dicit.

Ad Iſrael autem dicit, Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, & contradicentem mihi.

Adducit tertiam rationem, quòd Iſrael non poteſt ſe per ignorantiam excuſare. Formetur autem ſic ratio, Ad quoſcunq; chriſtus tota die expandit manus ſuas vt cõuertãtur ad ipſum, illi circa fidem chriſti nõ

poſſunt ſe per ignorãtiam excuſare: Iudæi ſunt huius modi, ergo &c. De hac autem ratione ponit virtutem medij. Continuetur autem ſic, Bene dico quòd Iſrael non poteſt ſe per ignorantiam excuſare, quia Iſaias loquens in perſona chriſti, dicit ad Iſrael (vt habetur Iſaie. 6.) Tota die expandi manus meas ad populum non credentẽ & contradicentem mihi. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, ꝙ ſi chriſtus tota die expandit manus ſuas ad Iudęos, & ipſi ſemper contradicebant, & nolebant eum ſuſcipere, ꝙ ipſi Iudæi non poſſunt ſe per ignorantiam excuſare, immo ſunt de contradictione, & malitia increpandi. Notandum autem ꝙ per (manus) poſſumus intelligere vel manus ad litteram, quia chriſtus per totum diem .i. per magnam partem diei, extendit manus ſuas in cruce, pro redemptione omnium, tam Iudæorum, q̃ aliorum: & ipſi Iudęi non attẽdebant, & noluere fidem chriſti ſuſcipere. Vel per (manus) poſſumus intelligere opera chriſti, & affectiones eius: et tunc erit ſenſus, ꝙ chriſtus tota die. i. toto tempore, quo fuit conuerſatus cum Iudęis, extendit manus ſuas. i. fecit opera, & demonſtrauit affectiones ſuas circa Iudęos, vt conuerterentur: ipſi tamen noluere eũ recipere, ſed ſemper contradixerunt ei.

Dubitaret forte aliquis de eo quod magiſter hic in gloſſa dubitat. Quia ſi ita prophetauit Iſaias de Iudęis
Iſa. 53. 2. dicens, Domine quis credidit auditui noſtro: et dicta Iſaię oportet impleri: non ergo eſt Iudęis imputandũ, cum neceſſe eſſet eos ſic agere. Pręterea, fortificatur in gloſſa quęſtio: quia ibi dicitur ꝙ in Euãgelio Ioannis habetur, ꝙ propterea Iudæi non poterant credere, quia dixit Iſaias de eis, ꝙ excęcauit oculos eorum, & indurauit deus cor eorum; ſi ergo Iudęi non poterant credere, non erat eis imputandum, nec erat culpa eorum ſi non credebant. Dicendum ꝙ omnes hę quæſtiones, Vtrum Iudæi poſſint credere: & Vtrum poſſint cõuerti ad chriſtum, ſunt eædem cum his quæſtionibus, Vtrum prędeſtinatus poſſit damnari; & Vtrum præſcitus poſſit ſaluari. Ad quod poſſumus dupliciter reſpõdere. Primo per fallaciam compoſitionis & diuiſionis:
1. Sent. d. 40. nam ſed entem poſſibile eſt ambulare, & ſedentem ambulare non eſt poſſibile. Nam in ſenſu compoſito, ſedens non poteſt ambulare, quia impoſſibile eſt, quod ſimul ſedeat, & ambulat. In ſenſu autem diuiſo, ſedens poteſt ambulare: quia ille qui eſt modò ſub ſeſſione, poteſt eſſe poſtea ſubambulatione. Sic quodam modo ſe habet in propoſito: nam prædeſtinatus in ſenſu cõpoſito, non poteſt damnari: nõ enim poſſunt iſta duo ſtare, ꝙ ſit prędeſtinatus, & damnetur Sortes: ergo in ſe conſideratus poteſt ſaluari, & damnari; quia diuina pręſcientia non poteſt falli, ſicut dicebamus. At quia habet liberum arbitrium, poteſt bene & male facere Sortes: vt ſtat ſub prædeſtinatione, non poteſt damnari, quia diuina præſcientia non poteſt falli (vt dicebamus) de ſorte ſedente. Nam ſortes in ſe cõſideratus poteſt ſedere, & currere: ſed ſortes vt eſt ſedẽs, & vt ſtat ſub ſeſſione, non poteſt eſſe ꝙ ſimul ſedeat, & currat. Vnde conſueuit dici ꝙ cum dicimus, ſedentem ambulare eſt poſſibile: hęc locutio poteſt eſſe de re, vel de dicto. Si de re, tunc eſt vera: quia res illa & perſona illa, quæ eſt ſedens, poteſt ambulare. Si de dicto, tunc eſt falſa: quia hic dicitur de ſorte, videlicet, ſeſſio non poteſt ſub eſſe ambulationi, videlitet, ꝙ ſedens exiſtens ſub ſeſſione, ambulet. Sic & in propoſito: prędeſtinatus poteſt damnari, ſi ſit locutio de re, eſt vera: ſi de dicto, falſa. Boe
Lib. 5. proſa. 6 tius tñ in libro de Conſolatione aliter ſoluit, dicens, ꝙ res in ſe, ſunt contingentes: relatę tamen ad diuinã preſcientiam, contrahunt quandam neceſſitatem. Nam ſicut idem poteſt eſſe particulare & vniuerſale, eadem enim res, conſiderata cum conditionibus materiæ, eſt particularis; ſi ſine conditionibus, eſt vniuerſalis: & vt eſt particularis, eſt corruptibilis: vt vniuerſalis,

A incorruptibilis. Et ſicut eadem res, aliter & aliter conſiderata, poteſt eſſe vniuerſalis, & particularis, corruptibilis & incorruptibilis: ſic non eſt inconueniens, quòd eadem res, alitee & aliter accepta, eſſe neceſſaria & contingens. Res ergo in ſe, ſunt contingentes: & imputandum eſt hominibus, ſi male agant, ſi poſſint per liberum arbitrium bene, & male, facere: relatæ tamen res ad diuinam præſcientiam vel ad prophetiam, vt rationes præhabitę arguebant, contrahunt quandam neceſſitatem, inquantum neceſſe eſt prophetiam impleri, & diuina præſcientia non poteſt falli. Dinina ergo præſcientia non imponit neceſſitatem rebur, vt faciat ipſas res, in ſe conſideratas, neceſſarias: ſed imponit neceſſitatem rebus non ſimpliciter, ſed conditionatam, quia non facit ipſas res in ſe & ſimpliciter conſidoratas neceſſarias, ſed facit eas neceſſarias ſub quadam conditione, vt ad diuinam præſcientiam refe-
B runtur.

Vlterius forte dubitaret aliquis de eo quod dicitur in textu, quòd fides eſt ex auditu. Sed contra: fides eſt ex diuina infuſione, ergo et cæteræ. Dicendum quòd non eſt inconueniens, idem eſſe ex plupluribus cauſis, ex aliqua principali, & ex aliquibus adminiculantibus. Fides ergo eſt ex diuina infuſione principaliter, ſed nos coadiutores dei ſumus: & prædicatores, exterius verbum dei annunciantes, aliquo modo nos inducunt ad fidei ſuſceptionem. Fides ergo eſt ex auditu, et ex diuina infuſione: ſed aliter, & aliter, vt eſt per habita manifeſtum.

Vlterius forte dubitaret aliquis de eo quod in littera dicitur, Nunquid Iſrael non cognouit? Quod gloſſa exponens, ait, quòd cognouit vtiq;. Sed contra eſt, quod apoſtolus ait, Si cognouiſſent, nun- 1. Cor. 2.
C quàm deum crucifixiſſeut. Dicendum quòd Iudæi cognouerunt chriſtum, ideſt, debuere cognoſcere: quia tot ſigna fecit inter eos: & per tot teſtimonia legis, & prophetarum, oſtendebatur, quòd ille erat chriſtus, quod niſi eos excecaſſet eorum malitia, ipſi eum cognouiſſent. Vnde conſueuit dici, quòd Iudæi non cognouerunt perſonam, cognouerunt tamen opera, quia videbant talia opera, quæ probabant chriſtum eſſe talem, qualem chriſtus ſe eſſe dicebat. Nunquam enim eſt viſum à ſeculo, quòd aliquis mendacium dicens, & falſam doctrinam docens, vera miracula fecerit. Sic ergo cognouere, quia cognoſcere debuere, & propter opera inter eos facta, excuſationem de hac ignorantia habere non potuere. Hoc ergo intendit apoſtolur, quòd cum cognouiſſent opera, debuere cognoſcere perſonam, quam ſi non cognouere, excuſationem de huiuſmodi ignorantia habere non potuere. Vel
D poſſumus dicere, quòd maiores inter Iudæos, vt Scribæ, & Phariſæi, cognouere eſſe Meſſiam, & eſſe illum, qui erat in lege promiſſus: ſed non cognouere ipſum eſſe deum, nec credebant, quod ille, qui erat in lege promiſſus, deberet eſſe dens, nec deberet eſſe filius dei, quia ſi hoc cognouiſſent, nunquàm dominum gloriæ crucifixiſſent: ſed crediderunt, quòd deberet eſſe alius Propheta magnus.

CAP. XI.

LECTIO. XXXV.

DIco ergo, Nunquid repulet deus populum ſuum? Abſit. Nam & ego Iſraelita ſum, ex ſanguine Abraham, de tribu Beniamin.

Quia apoſtolus multis auctoritatibus confutauit Iudæos, & oſtēdit eos eſſe repulſos, & gentiles eſſe vocatos, & admiſſos: ideo dicebatur, ꝙ ne videretur declinare in partem gentium, eo ꝙ ſpecialiter eſſet eorū apoſtolus, & ne Gentiles inſultarent contra Iudæos, eo ꝙ Iudæi erant repulſi & reprobati, & ipſi erant admiſſi & vocati, oſtendit ꝙ gentes erga Iudæos non debeant ſe iactare nec debeant ſe præferre. Ideo in hoc vndecimo capitulo oſtendit apoſtolus, ꝙ gentiles non debeant inſultare contra Iudæos, propter Iudæorum reprobationem, nec propter ipſorum vocationem. Circa quod duo facit; quia primo oſtendit, ꝙ gentiles inſultare non debeant contra Iudæos, propter Iudęorum reprobationem. Secundo declarat, ꝙ nō debeant inſultare contra eos, pp ipſorum vocationem. Secunda, ibi, Quòd ſi aliqui ex ramis.) Circa primum tria facit, ſecundum ꝙ tripliciter probat, ꝙ gentiles non debeant inſultare contra Iudęos, propter eorum cęcitatem, vel propter eorum reprobationem: nam primò probat ex eo ꝙ huiuſmodi cęcitas & reprobatio non eſt vl̄r: ſecundo, ex eo ꝙ hmōi cæcitas & reprobatio Iudęorum, eſt gentibus vtilis: tertio, ex eo quod reparari eſt poſſibile. Secunda ibi, Cæteri vero excęcati ſunt, ſicut ſcriptum eſt.) Tertia, ibi, Quod ſi delibatio ſancta eſt.)

In prima parte intendit talem rationem, Quicunq; non ſunt tales vniuerſaliter, propter hoc non debent aliqui, contra eos ſimpliciter inſultare: ſed Iudæi non ſunt reprobati vniuerſaliter, ergo propter hmōi reprobationē nō debent gentiles cōtra Iudęos ſimpliciter inſultare. Conſtat aūt ꝙ mala facerent aliqui ſi inſultarent cōtra gentē aliquā, dicētes, Vos eſtis fornicarii, vel vos eſtis in tali crimine, ſi nō oēs eſſent tales: ſic male faciebant gentiles, inſultando contra Iudęos, & exprobando eis, dicentes, Vos Iudęi eſtis reprobati. Tota ergo intētio apoſtoli in hac prima parte, eſt, oſtendere reprobatione Iudęorum, non eſſe vniuerſale, & nō oēs Iudęos reprobatos eſſe. Circa qd quinque facit ſcdm ꝙ quinq; rōnibus oſtendit intentū. Nā primo oſtendit hoc ex parte ipſius Pauli, qui fuit vas electionis. Secūdo oſtēdit hoc ex parte diuinę prędeſtinationis. Tertio ex parte diuinæ teſtificationis. Quarto ex parte finalis vocationis. Quinto ex parte gratuitę iuſtificationis. Secunda ibi. (non repulit deus.) Tertia ibi (an neſcitis.) quarta ibi (Sic ergo & nunc.) quinta ibi. (Si aūt gratia.) In prima parte intendit talem rationem. De quocunq; populo eſt aliquis approbatus, ille populus nō eſt vl̄r reprobatus: ſed de populo Iudaico eſt aliquis approbatus, quia ſum approbatus, vel electus ego Paulus, qui ſum Iraelita: ergo populus Iudaicus non eſt vl̄r reprobatus. De hac aūt rōne ponit virtutem medii. Continuetur ergo ſic: Dixi Iſrael nō eſſe populum credentem, ſed repulſum à deo; nunquid ergo dico pp hoc, ꝙ (ſupple) ex toto, & vl̄r repulit deus populū ſuū, vel hæreditatē ſuā .i. Iudęos? abſit ꝙ Iudęi ſint vl̄r repulſi. Nam & ego Paulus Iſraelita ſum & ex ſemine Abrahę, de tribu Beniamin, & (ſupple) nō ſum repulſus, imo ſum à deo electus, & in dei euāgeliū ſegregatus. Tunc ergo ſuppleatur rō, ꝙ ſi Paulus, qui erat Iudęus, nō erat repulſus, ergo vl̄r populus Iudaicus nō eſt reprobatus. Notandū aūt ꝙ Iudæos ſpecialiter appellat populū dei, vt gloſa tangit, & ſumpta

A eſt ab Ambroſio; quia eis Deus multa bona contulit: ideo apoſtolus volens oſtendere, ꝙ deus nō repulit totaliter Iudæos, ait, ꝙ non repulit populū ſuū, vel non repulit hæreditatem ſuā, vt habet alia litera (ſupple) totaliter, & vl̄r. Notandū ēt ꝙ quātū ad pręſens ſpectat, tria ſunt genera hoīm, qui poſſunt dici nō nāliter Iudæi. Nam primo non ſunt nāliter Iudęi, ipſi gentiles, gentiliter viuentes. Secūdo non ſunt naturaliter Iudęi ipſi Proſelyti, qui ex gentibus ad legē Iudęorū cōuertebantur: tales enim licet eſſent Iudęi cōuerſatione, & imitatione, tñ nō dicebantur Iudęi nāliter, quia non erant Iudęi ex naturali origine, nec ex naturali propagatione. Tertio poterāt dici Iudæi nō naturaliter, Iſmaelitę pronati ex Iſmaele, nā licet Iſmael fuerit filius abrahæ, tñ quia nō fuit natus ex libera, ſed de ancilla, ideo Iſmaelitæ nō directè & naturaliter, pertinēt ad ſtirpē Iudaicā. Volens ergo apoſtolus oſtendere ꝙ ipſe ſit vere, recte, & naturaliter Iudęus, tria tāgit, videlicet, ꝙ eſt ex ſemine Abrahę, ꝙ eſt Iſraelita, & ꝙ eſt de tribu

B Beniamin: vt per hoc, ꝙ eſt ex ſemine Abrahę, detur intelligi, ꝙ nō fuerit gentilis gentiliter viuens: quia verò erat Iſraelita, & de Iacob naſcens, datur intelligi, ꝙ nō erat proſelytus ex gentilibus conuerſus, ſed ſecundum rectā lineam erat de ſtirpe Iudaica naſcens: quia vero tertio ſubdit, ꝙ erat de tribu Beniamin, datur intelligi ꝙ nō deſcendit ab Abraham per Iſmaelem, nec fuit Iſmaelita, ſed fuit de Iſaac naſcens. Notandū ēt, ꝙ, vt oſtēdat apoſtolus ſe eſſe de ſemine patriarcharū, oēs tres patriarchas quaſi tangit, vt per Iſmaelem, intelligamus Iacob: per Beniamin vero, Iſaac, quia Beniamin ex Iſaac proceſſit, non ex Iſmaele. Ipſe ergo apoſtolus fuit ex ſemine Abrahę, quia proceſſit ex Abrahā: fuit Iſraelita, quia proceſſit ex Iacob: fuit de tribu Beniamin, quia proceſſit ex Iſaac. Deinde cum dicit.

Nō repulit deus plebē ſuā, quā preſciuit.

C Adducit ſecundā rationē ſumptā ex parte diuinæ prędeſtinationis. Formetur aūt ſic ratio: in quocunq; populo eſt dare plebē aliq̄ .i. aliq̄ ſocietatē, & aliquam gentem prędeſtinatā, ille populus nō eſt totaliter repulſus; ſed inter Iudæos, eſt aliqua plebs prædeſtinata, ergo Iudęi nō ſunt totaliter repulſi. De hac aūt ratione nō ponit niſi virtutē medii. Continuetur aūt ſic; Benè dico ꝙ deus nō repulit populū ſuū .i. Iudęos, totaliter, & ex toto: quia inter ipſos Iudęos, ſunt plures prędeſtinati, qui nō ſunt repulſi. Ideo ait, ꝙ deus nō repulit plebem ſuā quā præſciuit .i. quā prædeſtinauit, ponitur hic pręſcire, pro prędeſtinare, vt gloſa ait, quaſi dicat ꝙ inter ipſos Iudęos, eſt aliqua plebs, quæ eſt prędeſtinata, & inter eos ſunt plures prædeſtinati. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, ꝙ cū ſit ſic, & cū plures ex Iudęis ſint prędeſtinati, non ſunt totaliter repulſi. Deinde cum dicit.

D An neſcitis in Helia, quid dicit ſcriptura, quēadmodū interpellat deum aduerſum Iſrael? Dn̄e prophetas tuos occiderūt, & altaria tua ſuffoderunt: & ego relictus ſum ſolus, & quærunt aīam meam. Sed quid dicit illi diuinū reſponſum? Reliqui mihi ſeptem millia virorum, qui non curuauerunt genua ante Baal. 3.Re.19.

Adducit tertiā rationē, ſumptā ex parte diuinæ teſtificationis. Formetur aūt ſic rō. In quocūq; populo eſt dare aliquā magnā multitudinē bonorū, & perfectorū ille populus nō eſt totaliter reprobatus, ſed in populo Iudęorū eſt dare magnā multitudinē bonorū & perfectionē, quia vt dn̄s teſtificatur, reliqui mihi de ipſis ſeptem millia virorum, qui non incuruauerunt genua ſua ante Baal, ergo populus Iudaicus non eſt totaliter reprobatus. De hac autem ratione ponit

virtutem medii. Continuetur ſic Bene dico ꝙ populũ ſuũ deus nõ repulit (an noſcitis, quid dicit ſcriptura.) ideſt, quid dicit liber Regum (in Helia). i. vbi loquitur de Helia (quemadmodũ interpellat deum aduerſum Iſraelem? Domine prophetas tuos occiderunt, & altaria tua ſuffoderunt). i. a fundameto euerterunt (& ego relictus ſum ſolus, & quærunt animã meã) quaſi dicat ꝙ ſic dicebat Helias cõtra Iezabel vxorem Acab. (Sed quid dicit ſcriptura, illi dixiſſe reſponſum diuinum, Reliqui mihi). i. per gratiã reſeruaui mihi, (ſeptem millia virorũ). i. oẽs bonos, (qui nõ curuauerũt genua ſua ante Baal.) Tunc eſt ſupplẽda ratio, ꝙ ſi Helias ſe credebat ſolum relictum: & tñ nõ erat relictus ſolus, quia multi alii preter ipſum erãt boni, quia reliquerat deus tot millia virorum, qui non incuruauerunt genua ſua ante Baal. Quia ergo ſic eſt, populus Iudaicus non eſt totaliter reprobatus. Notandũ aũt ꝙ hæc hiſtoria tangitur tertio regũ, vbi dicitur, ꝙ cũ Iezabel vxor Acab perſequeretur prophetas dñi, & potiſſime perſequeretur Heliã, Helias fugiens à facie eius, iuit ad montem dei Oreb; & cũ veniſſet illuc, manſit in quadam ſpelunca, & ecce ſermo dñi ad eum, dixitq; illi. Quid hic agis Helia: Et ille reſpondit, zelo zelatus pro dño deo exercituum, quia filii Iſrael dereliquerunt pactum dñi, altaria tua dñe deſtruxerunt, prophetas tuos occiderũt gladio, & derelictus ſum ego ſolus, & quærunt animã meam, vt auferant eam. i. quærunt me occidere, & tollere à me vitam. Cui reſpondit dñs ꝙ reliquerat ſibi ſeptem millia virorum in Iſrael, quorum genua nõ ſunt curuata corã Baal. Nõ ergo Helias tunc temporis relictus ſolus erat, vt vacaret diuino cultui; immo multi alii vacabant illi cultui, & multi alii erant boni, qui non incuruauerant genua ſua añ Baal. Tunc ergo eſt ſupplenda rõ, ꝙ cũ ſic teſtificaretur dñs de Iudęis, ꝙ reliquerat ſibi tot millia virorum, ex ipſa diuina teſtificatione apparet, ꝙ Iudaicus populus nõ eſt totaliter reprobatus. Notandum etiam ꝙ poſſet hic formari quædam ratio, per locũ à minori, ꝙ ſi tempore legis moſaicę, tot millia virorũ fuerunt boni, & non fuerunt reprobati, ergo multo magis tempore gratiæ, multi ex Iudæis ſunt boni, & non ſunt totaliter reprobati omnes. Notandum ꝙ cum dicitur, reliqui mihi ſeptem millia virorum: hmõi numerus, vt gloſa exponit, intelligendus eſt myſtice, vt per ſeptem intelligatur vniuerſitas, quia ſeptimo die completa ſunt omnia: rurſus ſeptem diebus, curſus vniuerſus præſentis vitæ peragitur: per ſeptenarium ergo competenter vniuerſitas deſignatur. Per millenariũ vero denotatur pfectio. Quod vero dñs ait, quòd reliquit ſibi ſeptem millia virorum, intelligendum eſt, ꝙ reliquerit ſibi vniuerſos perfectos, & vniuerſos bonos. Deinde cum dicit,

3.Reg.19.

Sic ergo & in hoc tempore reliquiæ ſecundum electionem gratiæ dei ſaluæ factæ ſunt. D

Adducit quartam rationem ſumptam ex parte finalis vocationis: nam omni tempore, ex omni natione, vocantur aliqui ad diuinum cultum: ergo & nunc tempore gratiæ, licet nos ſimus in vltima ętate, & in fine temporum, quia nos ſumus illi, in quos fines temporum deuenerunt: nihilominus tamen in hoc fine temporum ſi non omnes Iudæi, tñ quædam reliquiæ Iudæorum ſunt vocatæ ad fidem. Formetur autem ſic ratio: In quocunq; tpe reliquiæ alicuius populi, ſecundũ electionem gratiæ dei ſaluæ factæ ſunt, ille populus non eſt totaliter reprobatus: ſed in hoc tempore gratiæ, reliquiæ Iudæorum ſecundum electionem gratiæ dei, ſaluæ factæ ſunt: ergo iſte populus non eſt totaliter reprobatus. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur ſic, dictum eſt quòd tempore legis moſaicæ, reliquit ſibi dominus ſeptem millia virorũ,

1.cor.10.

A (Sic ergo nunc in hoc tempore,) ideſt, in tempore gratiæ, reliquit ſibi dominus de Iſrael multa virorum, & magnam vniuerſitatem bonorum (in hoc tempore, reliquiæ ſecundum electionem, gratiæ dei,) ideſt, illæ perſonæ, quas reliquit ſibi dominus, ſecundum ſuam electionem, & ſecundum ſuam gratiam, (ſaluæ factæ ſunt) vel (ſaluæ fient,) vt habet alia litera. Tũc ergo eſt ſupplenda ratio, ꝙ cum ſic ſit Iudaicus populus, non eſt totaliter reprobatus. Notandum autem ꝙ ſi tempore legis moſaicę, erant multi boni ex Iudæis, ita & tempore euangelii ex Iudæis eſſe pñt multi boni, dato ꝙ nos neſciamus eos: ideo ſupra dixit, An neſcitis: quaſi dicat, Vos gentiles non debetis inſultare contra Iudeos, dicendo eos reprobatos eſſe, quia neſcitis, qui, & quot, ex Iudęis ſint boni, & reprobati. Nec mirum, quia & Helias hoc neſciebat, immo cum crederet ſe ſolum relictum, accepit diuinum reſponſum ꝙ dominus reliquerat ſibi non ſolum eum, ſed etiam multos alios bonos: ſic & hoc tempore reliquit ſibi dominus multos ex iudeis, quæ reliquiæ ſaluæ fient. Non ergo
B eſt ſimpliciter contra Iudęos inſultandũ, dicendo eos reprobatos eſſe. Notandum etiam, ꝙ hęc litera, ſic, & nunc, & in hoc tempore, vt gloſa tangit, poteſt notare duplicem ſimilitudinem: vnam quantum ad latentiam vt ſit ſenſus, quòd ſicut tempore legis moſaice, fuerunt ex Iudæis multi boni, licet hoc lateret Heliam, & ſic etiam & nũc ſunt multi boni qui latent nos. Secundo poteſt eſſe ſimilitudo quantũ ad gratiam, vt ſit ſenſus, ꝙ ſi tempore legis moſayce dñs reliquit ſibi. i. reſeruauit ſibi per gratiam multos bonos. ſic. i. ſimiliter & in hoc tpe, per eandem gratiã, reliquiæ. i. illæ perſonæ ex Iudæis, quas dominus ſibi reliquit, & reſeruauit ſecundum electionem gratiæ ſuæ, ſaluæ fient. Deinde cum dicit.

Si autem gratia iam non ex operibus:
C Alioquin gratia iam non eſt gratia. Quid ergo? Quod quærebat Iſrael, hoc non eſt cõſecutus: electio autem conſecuta eſt.

Adducit quintã rationem ſumptã ex parte gratuitæ iuſtificationis. Ad cuius euidentiam ſciendũ, ꝙ noſtra ſalus nõ ẽ ex operibus, ſed ex gratia. Illi ergo iudæi, qui voluerunt iuſtificari ex operibus & propriis viribus, non ſunt conſecuti ſalutem, ſed ſunt repulſi, & reprobati. Alii vero qui ex electione & diuina gratia voluerũt hoc conſequi, illi ſunt approbati. Et quia multi ex Iudęis fuerũt & ſunt tales, nõ omnes ſunt reprobati, immo multi ſunt approbati. Formetur autẽ ſic ratio: In quocunq; populo ſunt plures volentes cõſequi ſalutẽ, nõ ex propriis viribus, nec ex propriis operibus, ſed ex gratia, in illo populo ſunt plures approbati, & ille populus nõ eſt totaliter reprobatus: populus Iudaicus eſt hmõi: ergo &c. In hac autem ratione
D ſic procedit, quia primo ait, ꝙ ſalus nõ eſt ex operibus ſed ex gratia. Secundo ex hoc concludit, ꝙ ex Iſrael pars nõ eſt conſecuta ſalutẽ, quia volebant ex operibus iuſtificari: pars aũt eſt ſalutẽ conſecuta, vt illi qui ex electione, iuſtitiã per gratiã fidei receperũt. Et quia pars Iudæorum eſt conſecuta huiuſmodi gratuitam iuſtificationẽ & pars non, ex ipſa gratuita iuſtificatione, quam pars Iudęorũ eſt conſecuta, patet, ꝙ populus Iudaicus non eſt totaliter reprobatus. Continuetur ergo ſic litera. (Si autem gratia) ſalui facti ſunt, (ergo nõ ex operibus, alioquin gratia, iam non eſt gratia,) & quia ſic eſt (Quid ergo) dicendum eſt? (Quod Iſrael quærebat) ſupple, ex operibus, (hoc non eſt conſecutus) ideſt, illi qui voluerunt ex propriis operibus ſaluari, non ſunt ſaluati: (electio autem,) ideſt, electi, qui per gratiam, iuſtitiam fidei receperunt, huiuſmodi electio, & huiuſmodi plebs electa (conſecuta eſt,) ſupple, ſalutem. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio ꝙ cum de populo Iudaico pars ſit reprobata, & non ſit ſalue

tem

tem conſecuta, vt illi qui proprijs viribus, & operibus, ſaluari volebant: pars autem ſit approbata, & ſalutem conſecuta, vt illi, qui ſunt electi, & gratiæ immerſi; ergo populus iudaicus non eſt totaliter reprobatus. Notandum autem, quod id quod eſt ex gratia, non eſt ex operibus. Si ergo ſalus eſt ex gratia, non eſt ex gratia & ex operibus. Dato ergo per impoſſibile, quod ſalus ſit ex gratia, & ex operibus, tunc idem eſſet ex gratia & non ex gratia, quia inquantum eſſet operibus, non eſſet ex gratia. Et ſi idem eſſet ex gratia, & non ex gratia, tunc idem eſſet gratia, & non gratia: nam gratia eſſet inquantum eſſet ex gratia, non autem eſſet gratia, inquantum eſſet ex operibus, ſed eſſet quid debitum: ſed ſi idem eſſet gratia & non gratia, tunc gratia non eſſet gratia. Intentio ergo apoſtoli eſt, quod non poteſt eſſe vnum & idem ex operibus, & ex gratia: quia hoc poſito, idem eſſet gratia, & non gratia: ideo ait, quod ſi ſalus noſtra eſt ex gratia, iam non ex operibus: alioquin, ſi diceres quod noſtra ſalus eſſet ex gratia, & eſſet ex operibus, tunc vnum et idē eſſet gratia, & non gratia: ergo gratia iam non eſt gratia, quod eſt inconueniens. Notandum etiam quod quicquid redditur ex gratia, gratia dici poteſt; ergo ſalus noſtra quædā gratia eſt. Rurſus vt dictum eſt, ſi ſalus redditur ex operibus, ergo eſt debitum, & eſt non gratia. Formetur ergo ſic ſyllogiſmus, quem philoſophus appellat in prioribus ſyllogiſmum expoſitorium: ſalus noſtra eſt quædā gratia & ex gratia redditur, & illa eadem ſalus ſecundum te, eſt non gratia, quia ſecundum te redditur ex operibus, ergo gratia eſt non gratia.

Dubitaret forte aliquis de eo quod apoſtolus ait, quod Helias interpellat deum aduerſum Iſrael. Sed cōtra Matthæi quinto. Diligite inimicos veſtros benefacite his qui oderunt vos, & orate pro perſequētibus, & calumniantibus vos: ergo nō debebat interpellare deum aduerſus Iſrael, quantumcunque perſecutionem pateretur ab eo. Dicendum, quod interpellare ad deum aduerſus aliquos non debemus zelo vindictæ, & vt puniātur: poſſumus tamen hoc facere zelo iuſtitiæ & vt corrigantur: ſic autem interpellabat Helias dicens tertio Regum decimo nono, vbi hęc verba tanguntur: zelo zelatus ſum pro dn̄o deo exercituum, quia dereliquerunt pactū dn̄i filii Iſrael, altaria tua deſtruxerunt, prophetas occiderunt. Ergo zelo iuſtitiæ mouebatur, nō cupiditate vindictę.

Vlterius forte dubitaret aliquis de eo quod in litera dicitur, Reliqui mihi ſeptē millia virorum: qd gloſſa exponens ait. i. oēs bonos, quia per ſeptē (vt ait) vniuerſitas deſignatur: in millenario, perfectio: Ergo ſi per ſeptem millia intelliguntur oēs boni, & per eundē millenarium intelliguntur oēs perfecti, ergo oēs boni ſunt perfecti, qd falſum eſt. Dicendum, quod ſecūdm philoſophū in quinto Methaphyſicę, perfectū dicitur vno modo, quod nō habet aliquā partē extra ſe, & illud eſt perfectio quātum ad eſſe, qd quidā appellant perfectionem ſufficientię. Nā quicquid deficeret alicui qd eſſet neceſſarium ad iuſtitiā, ille non eſſet iuſtus: vt ſi oēs virtutes de neceſſitate requiruntur ad iuſtitiā, ſi deficeret tibi aliqua pars huius iuſtitię, vt quod deficeret tibi aliqua virtus, iuſtus nō eſſes. Secundo mō dicitur perfectum, quātum ad dignitatē bonitatis, vt cū habet illud in exceſſu, vt dicitur pfectus medicus, qn̄ in quodā exceſſu habet notitiā artis medicinę: & hmōi perfectio ab aliquibus appellata ē perfectio abundantię. Tertio mō dicitur perfectū, in quo habent eſſe perfectiones oim generū: & iſta eſt perfectio primi principii, videlicet, dei: & iſta perfectio poteſt dici vl'is excellentię. Cū ergo quæritur, vtrum oēs pfecti ſint boni; dici debet, quod oēs ſunt perfecti perfectione ſufficientiæ, pauci autem ſunt perfecti perfectione abundantię, ſolus aūt deus eſt perfectus perfectione vniuerſalis ſuperexcellentiæ.

Vlterius forte dubitaret aliquis, de eo quod in litera dicitur, Si autē gratia ſalui facti ſunt, iam nō ex operibus. Sed contra, nā licet nō poſſimus mereri gratiā, poſſumus tn̄ mereri ſalutē, & gloriam, vt in præcedentibus dicebatur. Dicendū quod hic apoſtolus loquitur de operibus legis, & de illis cęremonialibus obſeruātiis, ſecundum quas nō iuſtificabitur oīs caro, vt dicebatur ſupra. 3. cap. Vel poſſumus dicere, quod cum nō poſſimus mereri ſalutē, niſi per opera facta in gratia, ſalus nr̄a licet ſit aliquo modo ex operibus, eſt tn̄ principaliter ex gratia. Vult ergo apoſtolus dicere, quod ex operibus noſtris principaliter ſalus eſſe nō poteſt, quia tunc illa ſalus eſſet gratia, inquātum eſſet ex gratia: & nō eſſet gratia, inquātum eſſet principaliter ex operibus: idem eſſet ergo gratia, & nō gratia: quo poſito, gratia iam nō eſt gratia, qd eſt impoſſibile. Eſt ergo diligenter notandū, quod nulla propoſitio eſt verior, quā illa, in qua idē de ſeipſo prædicatur: ergo per locū ab oppoſitis, nulla falſior, quā illa in qua idē a ſe ipſo remouetur: volens ergo apoſtolus ducere ad impoſſibile, ponentes ſalutem eſſe principaliter ex operibus, nō potuit ad maius impoſſibile ducere, quā quod gratia, non eſſet gratia & quod idem de ſe ipſo negaretur. Boetius in p̃ 1. cap. de ſuoſt.

LECTIO. XXXVI.

CEteri vero excæcati ſunt: ſicut ſcriptum eſt: Dedit illis deus ſpiritum cōpunctionis: oculos, vt non videant: & aures, vt nō audiant vſque in hodiernum diem.

Poſtquam apoſtolus oſtendit, quod gentiles nō debeant inſultare cōtra Iudęos pp eorum cęcitatē, & reprobationē quia hmōi cęcitas, & hmōi reprobatio, non erat vl'is. In parte iſta ait, quod pp hoc non debeant inſultare, quia hmōi cęcitas, & hmōi reprobatio eſt eis vtilis. Circa qd duo facit, quia primo oſtendit, quō iudęi iuſte ſunt obcęcati. Secundo declarat quō hmōi cęcitas, & hmōi excęcatio eſt vtilis gentibus. Secunda ibi. (Dico ergo nūquid.) Ad euidentiā primę partis, ſciendū, quod ſicut aliquis pōt tripliciter illuminari, ſic dignū & iuſtū eſt aliquē tripliciter excęcari. Primo. n. quis pōt illuminari per doctoris doctrinā. Secundo per ſcripturę intelligentiā. Tertio per propriā induſtriam. Videmus. n. aliquos illuminari, quia doctores diligenter audiunt. Secundo, aliqui illuminari poſſunt, quia ſcripturas diligenter legunt. Tertio, quia per propriam induſtriā ad intellectū multarū veritatū ſurgunt. Hoc etiam triplici modo dignū eſt aliquos excęcari. Primo ſi erga doctorē nō debite ſe habuerint. Secūdo, ſi ſacrā paginā nō debite intellexerint. Tertio ſi propria induſtria propriè nō vſi ſunt. Apoſtolus ergo, volens aſſignare rōnē & cām quare multi ex Iudæis ſunt excęcati, tria facit, ſecūdū quod tripliciter hoc oſtendit. Nā primo oſtēdit hoc quia erga ſuū doctorē. i. erga chriſtum nō debite ſe habuerunt. Secūdo, quia ſcripturā ſacrā nō debite intellexerunt, vel nō debite intelligere voluerūt. Tertio, quia induſtria propria male vſi fuerūt. Secunda ibi. (Et Dauid dicit.) Tertia ibi. (Obſcurentur oculi eorū) In prima parte intendit talē rationem. Quicunque habuerunt & habent ſpiritū compunctionis. i. ſpiritū inuidiæ erga ſuū doctorē, & erga chriſtum, illi dignum eſt quod ſint pertinaciter cęci, & pertinaciter indiſciplinabiles: Iudæi ſunt huiuſmodi, ergo &c. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur autem ſic,

Dictum eſt quòd electi o electi ex Iudæis,cõſecuti ſunt iuſtitiam(cæteri ſunt excęcati)quia credere noluerũt doctrinę chriſti:immo,ſupple inuidebant ei,(ſicut ſcriptum eſt,)Iſa:æ. 6.(dedit illis deus ſpiritum compunctio ıs,)ideſt, permiſit eos deus habere malã voluntatem,& mentem inuidentem, qua inuiderent chriſto,& quia ſic eſt,(dedit illis deus oculos,vt nõ videãt,) ideſt vt ſint excęcati,(& aures vt non audiant,) ideſt,ſint indiſciplinabiles,& hoc(vſq; ad hodiernum diem,) ideſt vt ſint pertinaciter tales.Eſt ergo vis rationis huius, ꝙ cum Iudæi haberent ſpiritum compunctionis,ideſt,ſpiritum inuidię contra chriſtum facti ſunt cęci,& indiſciplinabiles,pertinaciter vſq; in hodiernum diem.Notãndum quod hæc auctoritas aſſumpta ab apoſtolo habetur Iſaie ſub eadẽ ſententia , ſed non ſub his verbis, ſed ibi dicitur . Excęca cor populi huius & aures eius aggraua, & oculos eius claude ne forte videat oculis ſuis,& auribus ſuis audiat.Notãdum etiam quòd duo ſunt ſenſus maxime deſeruientes doctrinæ:ſenſus viſus, qui deſeruit inuentioni prout aliquis inuenit aliqua B per ſe:& auditus,qui deſeruit diſciplinę prout aliquis alius addiſcit aliqua per alium.Iudæi ergo qui habuerunt ſpiritum compunctionis,ideſt,ſpiritum inuidiæ, vt exponit Aymon,contra chriſtum , dignum fuit ꝙ eſſent excęcati,vt non haberent oculos ad videndum aliqua per ſe,& etiam quod fierent indiſciplinabiles; ꝙ non haberent aures ad audiendum,vel ad diſcendũ aliqua per alios,& hoc vſq; in hodiernũ diem : in quo datur intelligi,quòd licet vſq; nunc pertinaces fuerint poſſunt tamen adhuc conuerti,nec eſt de eis ſimpliciter deſperandum. Deinde cum dicit.

Aymon.

Et dauid dicit.Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum,& in captionem, & in ſcãdalum,& in retributionem illis.

Adducit ſecũdã rõnẽ,quare ſint excęcati,& reprobi facti,quia ſcripturã ſacram non intellexerunt.Ad cuius euidentiam ſciendum,ꝙ cum quis nolit intelligere ſcripturam ſacram,vt bene agat excecatur,& quatuor mala incurrit:ſicut fuit populus iudaicus , qui noluit intelligere ſcripturam:ex qua cęcitate,eſt ille populus quatuor mala conſequutus . Nam primo ex hoc ille populus eſt illaqueatus, vt ad veritatem non accedat. Secundo eſt captiuatus,vt à ſeruitute nõ recedat.Tertio eſt ſcandalizatus,vt vituperium,& opprobriũ ſentiat.Quarto fiet ei retributio, vt pœnam eternam incurrat. Formetur ergo ſic ratio : Quicunq; non bene C vtuntur menſa coram eis poſita,ideſt ſcriptura, eis diuinitus data , dignum eſt quòd ea hoc ita excęcentur,quod illa ſcriptura,& illa menſa ſiat eis in laqueũ, ne poſſint ad veritatem accedere;& in captionem , ne poſſint à falſitate recedere:& in ſcandalum, vt vituperium,& opprobrium valeant ſentire;& in retributionẽ illis,vt pœnam ęternam ea hoc digni ſint habere: D Iudæi ſunt huiuſmodi, ergo dignum eſt,quòd ipſi ſint ſic excęcati quòd ipſi poſſint omnia mala iſta incurrere.De hac autem ratione ponit virtutem medii.Continuetur ergo ſic:Dictum eſt quod Iudęi ſunt excęcati, quia chriſto inuiderunt,etiam excęcati ſunt,quia ſcripturam ſacram , quaſi menſam coram eis poſitam,& eis diuinitus datam , recte intelligere noluerunt, vnde (& Dauid de eis dicit,Fiat menſa eorum,)ideſt,ſcriptura ſacra,quæ dicitur eorum,ideſt,Iudęorum, quia eis ante alios,ẽ oblata hmõi menſa(corã eis)poſita, quã noluerunt intelligere,ſupple,excæcet eos,vt ſit eis (in laqueum)vt ad veritatem non accedant.(& in captionem.)vt à falſitate non recedant,(& in ſcandalum)vt ex hoc dedecus,& vituperium ſentiant (& ſit illis in retributionem) vt ex hoc retribuatur eis , vt pœnam æternam incurrant.Eſt ergo vis rationis huius , quòd ideo Iudęi tantam cęcitatem , & tot mala incurrerũt quia menſam,ideſt,ſcripturam ſacram coram eis poſitam bene intelligere noluerunt . Notandum autem A quòd gloſa exponit hanc literam vt per menſam intelligatur malitia;et tunc erit ſenſus,Fiat eorum menſa,) ideſt eorum malitia ab eis exorta,in qua delectantur, quaſi in menſa,quę menſa eſt(coram ipſis,) huiuſmodi itaq; menſa,& huiuſmodi malitia,ſiat eis(in laqueum,) vt eos à bono impediat ;(et in captionem,)vt eos in malo detineat;(et in ſcandalum,) vt eos de peccato, in peccatum ruere faciat; (et in retributionẽ illis,)vt eos in damnationem mittat.Notandum etiam , quod exponitur a gloſa,de menſa,ideſt, ſcriptura ſacra,aliter ꝙ̃ nos expoſuimus . Secundum gloſam enim eſt ſenſus,(Fiat menſa eorum,ideo ſcriptura ſacra , quæ eſt eis ante alios oblata, quæ menſa eſt (coram ipſis,) quia delectantur in ea , ideſt in ſcriptura legis quantũ ad carnales obſeruantias huiuſmodi menſa, in qua ſic delectantur(ſiat eis in laqueum)erroris,(& in captiuitatem,& in ſcandalũ,& in retributionem.)Nam ipſi errando,& ſacram paginam non intelligendo, & chriſtũ occidendo,fuit eis in captionem,quia à Romanis propter hoc capti fuerunt ; fuit eis in ſcandalum,quia ex hoc dedecus & vituperium incurrerunt; fuit etiam eis in retributionẽ quia ex hoc æternam pœnam quaſi ſuam retributionem habere debuerunt. Prima tamen expoſitio magis videtur concordare cum ſerie literę. Deinde cum dicit.

Obſcurentur oculi eorum ne uideant, & dorſum eorum ſemper incurua.

Adducit tertiã rationem , quod ipſi ſunt excęcati, quia ipſi propria induſtria male vſi fuerunt.Ad cuius euidentiam ſciendum , ꝙ qui male vtuntur induſtria propria,& intellectu excęcantur , & in affectu deprauãtur.Formetur autem ſic ratio : Quicunq; non bene vtuntur induſtria,& intelligentia eis à deo conceſſa,illi intellectu excęcantur,et habent oculos obſcuratos, et in affectu deuprauantur,& habẽt dorſum incuruatũ Iudęi ſunt huiuſmodi, ergo ipſi ſunt ſic obcęcati , et ſic damnati.De hac autem ratione ponit virtutem medii.Continuetur autem ſic,Dictum eſt quòd Iudęi ſunt excęcati,quia chriſto inuiderunt et quia ſcripturã ſacram,quæ erat quædam menſa coram eis poſita,& diuinitus eis data,debite intelligere noluerunt:ſed rurſus ſunt tertiò excęcati, et deprauati , quia induſtria, & intelligentia à deo eis conceſſa,male vſi fuerunt : et quia noluerunt bene vti hac induſtria , & hac intelligentia eis diuinitus conceſſa,ideo dictum eſt per prophetam,(Obſcurentur oculi eorum,) ideſt , excęcetur eorum intellectus,(et dorſum eorũ ſemper incurua,) ideſt,deprauetur eorum affectus.vnde et gloſa ait , ꝙ per oculos hic , ratio deſignatur;et per dorſum liberum arbitrium denotatur.Eſt ergo vis rationis huius, quòd ipſi iudęi ſic ſũt obſcurati,& ſic incuruati , quia ſupple,intelligentia,& induſtria eis diuinitus conceſſa,bene vti noluerunt.Deinde cum dicit.

Dico ergo Nunquid ſic offenderunt , vt caderent? Abſit:Sed illorum delicto , ſalus eſt gentibus,vt illos æmulentur.

Oſtenſo quomodo populus Iudaicus eſt excęcatus, & quò eſt culpabilis:in parte iſta,ne gentiles inſultent contra Iudæos,declarat,ꝙ Iudæorum culpa eſt vtilis. Circa quod duo facit,quia primo oſtendit,quòd vtilis fuit Iudæorum caſus,& Iudæorum excęcatio. Secundo declarat,ꝙ eſſet valde vtilis eorum conuerſio, ibi, (Quod ſi delictum.)In prima parte intendit talem rationem.Propter quoruncunq; caſum, et propter quoruncunq; delictũ eſt ſalus facta gentibus,vt illos æmulentur,ille caſus et illud delictum eſt vtile , et propter hoc non debent gentes contra ſic cadentes, et contra ſic delinquentes vllatenus inſultare:Iudæi ſunt huiuſmodi:ergo illorum caſus,et illorum delictum,fuit qd

vtile, et

A vtile,et propter hoc gentiles contra Iudæos non debent vllatenus inſultare. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur autem ſic, Dictum eſt, quòd Iudęi ſic excęcati fuerunt, ſic offenderunt: tamen eorũ offenſa et eorũ caſus fuit vtilis. Ideo ait, (Dico ergo) Iudęos ſic cecidiſſe ſic offẽd ſic: ſed (Nunq̃d ſic offenderunt vt caderent) ſine vlla vtilitate, ita ꝙ eorũ caſus, & eorum delictum non fuerit in aliquo vtile? (Abſit. Sed illorũ delicto ſalus gentibus facta eſt, vt illos æmulentur.) Tunc eſt ſupplenda ratio: quòd poſtq̃ tanta vtilitas collacta eſt gentibus, propter Iudęorum delictum, quia ex hoc eis occaſionaliter ſalus facta eſt, ergo propter hoc gentiles contra Iudæos non debent vllatenus inſultare. Notandum autem quod delictum Iudæorum fuit cauſa ſalutis gentibus tripliciter. Primo, quia propter eorum delictũ illata fuit mors chriſto, propter quam mortem nos redempti ſumus. Secũdo, delictum Iudæorum fuit occaſionaliter cauſa ſalu
B tis gentibus, quia Iudæi propter eorum delictum, apoſtolos repellentes, ex hoc conſequutum eſt, vt apoſtoli conuerterent ſe ad gentes, iuxta illud actorum 13. vobis oportebat primum loqui verbum dei: ſed quoniã repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce cõuertimur ad gentes. Tertio fuit eorũ delictũ occaſionaliter cã ſalutis gentibus, quia pp eorũ delictũ, quo occiderũt chriſtũ, vaſtati ſunt à Romanis & diſperſi ſunt per mundum, in teſtimonium quòd non fictę ſunt prophetiæ, quas apoſtoli de chriſto gentibus expoſuerunt. Notandum etiam, quòd hęc littera (vt illos æmulentur) poteſt referri, vel ad iudęos, vel ad gentiles, poteſt enim eſſe ſenſus, quòd propter iudæorum delictum facta eſt gentibus, vt Iudæi æmulentur gentes. vel ė conuerſo. Si ſit ſenſus, vt Iudæi æmulentur gentes, hoc poteſt eſſe dupliciter, quia intelligitur, vel de
C Iudæis conuerſis, vel de non conuerſis. Si de non conuerſis, tunc erit ſenſus, quòd propter delictum iudæorum, ſalus facta eſt gentibus, vt Iudæi non cõuerſi ęmulentur illos, ideſt, inuideant, & habeant odio Gentiles. Si vere exponatur de Iudęis conuerſis, tũc erit ſenſus, pp delictũ iudęorũ, eſt ſalus facta gentibus, vt Iudęi cõuerſi æmulentur illos. i. imitẽtur gentiles. Alio mõ pôt exponi e conuerſo, vt ſit ſenſus, quòd Gentiles æmulentur Iudęos: & tunc, vel exponetur de Iudæis conuerſis, vel de non conuerſis: ſi de conuerſis, tunc erit ſenſus, quòd hoc modo propter delictum Iudæorum, ſalus gentibus facta eſt, vt ipſi apoſtoli conuertendo ſe ad gentes, gentes æmulentur. i. imitentur Iudæos conuerſos. Si vero exponatur de Iudęis nõ conuerſis, tũc erit ſenſus, quòd propter delictum Iudæorũ, ſalus gentibus facta eſt, vt ipſi gentiles æmulentur. i. indignentur contra Iudæos nõ conuerſos. Quatuor ẽ modis poteſt exponi illa litera, duobus modis, prout Iudæi
D æmulantur gentes: & duobus modis, prout eſt ė conuerſo. qualitercunq; itaque exponatur huiuſmodi æmulatio, ex quo propter delictum Iudæorum ſalus gentibus facta eſt, non debent gentiles contra Iudæos delinquentes inſultare, ex quo delicto tantã vtilitatem ſunt aſſecuti. Notandum etiam quòd non eſt inconueniens, quod Iudæi cõuerſi æmulentur contra gentiles conuerſos, & etiam quod iſti imitentur illos, quia in aliquibus alterutri poterant alterutros ſuperare. Deinde cum dicit.

Quod ſi delictum illorum diuitiæ ſunt mundi.

Oſtenſo quòd fuit vtilis Iudæorum auerſio, oſtẽdit quòd eſſet valde vtilis eorum conuerſio. Circa quod quatuor facit, ſecundum quod quatuor rationes adducit ad propoſitum. Secunda ibi. (Et diminutio eorum.) Tertia ibi (vobis enim dico.) Quarta ibi. (ſi enim amiſſio.) In prima parte intendit talem rationem. Bona ſunt magis ordinabilia in vtilitatem gentium, & in diuitias mundi q̃ mala: ſed delictũ, & auerſionem Iudæorum, deus ordinauit in ſalutem gentium, & in diuitias mundi: ergo multo magis eorum conuerſionem, & eorum profictum, in huiuſmodi vtilitatem & in huiuſmodi diuitias ordinabit. De hac autem ratione ponit virtutem medii, dicens. (Quòd ſi delictum eorum) Iudæorum (ſunt diuitiæ mundi) hoc eſt, ſi mũdus, ideſt ſi Gentiles ſunt ditati propter iudeorũ delictu, ſupple multo magis ditabuntur in ſpiritualibus bonis, propter Iudæorum profictum: nam ſi vtilis fuit Gentibus Iudæorum auerſio, multo magis erit eis vtilis eorum conuerſio. Deinde cum dicit.

Et diminutio eorum diuitiæ gentium: quanto magis plenitudo eorum.

Adducit ſecundum rationem. Formetur autem ſic ratio. De quacunq; gente, paucorum conuerſio eſt diuitiæ, & vtilitas gentium, multo magis illorũ plena cõuerſio, erit diuitię, & erit vtilitas Gentium: ſed conuerſio paucorum Iudæorum, ideſt, conuerſio apoſtolorũ et aliorum diſcipulorum chriſti fuit magnæ diuitiæ, et magna vtilitas Gentium: ergo multo magis plena cõuerſio Iudæorum eſſet magnæ diuitiæ, & magna vtilitas Gentium. De hac autem ratione ponit virtutum medii, dicens, (Et diminutio eorum,) ideſt ſi diminutus numerus Iudæorum, hoc eſt, pauci conuerſi ex eis, ſunt (diuitię,) ideſt vtilitas (gentium, quanto magis plenitudo,) ideſt plena conuerſio Iudæorum, quæ erit in fine mundi, vt gloſa ait, ſupple, erit diuitię mundi; & vtilitas gentium? Deinde cum dicit.

Vobis enim dico gentibus. Quandiu quidem ego ſum Gentium Apoſtolus, miniſterium meum honorificabo, ſi quomodo ad æmulandum prouocem carnẽ meam & ſaluos faciam aliquos ex illis.

Adducit tertiam rationem, ꝙ eſſet valde vtilis Iudæorum conuerſio. Formetur aũt ſic: Pro quibuſcũq; ego Paulus qui ſum ſpecialiter apoſtolus gentiũ, volo meũ miniſterium honorificare. i. ampliare, vt ſi q̃uo ad æmulandum prouocem eos, vt ſaluos faciam aliquos ex illis, illorũ conuerſio ė valde vtilis. Huiuſmodi aũt ſunt Iudæi: Ergo Iudęorum cõuerſio, eſſet valde vtilis. De hac aũt ratione ponit virtutem medii. Continuetur aũt ſic: Bene dico ꝙ plenitudo. i. plena conuerſio Iudęorum, eſſet diuitiæ mundi, & eſſet diuitiæ gentiũ, & eſſet valde vtilis: & quia ſic eſt, (vobis dico gẽtibus,) qui eſtis mihi ſpecialiter commiſſi, Quandiu ſunt gentium apoſtolus, miniſterium meum honorificabo). i. ampliabo: quaſi dicat, licet ego ſpecialiter ſim gẽtium apoſtolus, volo tamen iſtud miniſterium honorificare ideſt ampliare, vſq; ad Iudæos, ſi poſſim aliquos conuertere ex illis. Ideo ait, ego honorificabo. i. ampliabo huiuſmodi miniſterium, (ſi quomodo prouocem). i. prouocare poſſim (carnem meam). i. Iudęos (ad æmulandum). i. ad imitandum me, & ad ſuſcipiẽdam fidem chriſti, & hoc faciendo, (ſaluos faciam aliquos ex illi.) Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, ꝙ ſi apoſtolus ſic volebat laborare, vt prouocaret Iudęos ad æmulandum & ad imitandum ipſum, & vt conuerteret eos, & ſaluos faceret aliquos ex illis: ergo Iudæorum cõuerſio, erat valde vtilis, quia niſi pro re valde fructuoſa & vtili, noluiſſet apoſtolus ita laborare. Deinde cum dicit.

Si enim amiſſio eorum reconciliatio eſt mundi: quæ aſſumptio, niſi vita ex mortuis?

Adducit quartam rationem, ꝙ Iudæorũ conuerſio eſſet valde vtilis. Ad cuius euidentiam ſciendum quod ſemper illud quod eſt per ſe, eſt potius eo quod eſt per accidens, & ſemper illud quod eſt per cauſam, eſt

A potius eo quod eſt per occaſionem: malum autẽ, & deliſtum, & auerſio aliquorum per ſe non poſſunt facere ad decorem vniuerſi, & ad reconciliationem mundi, ſed per accidens, & occaſionaliter; ſed bonum, & cõuerſio eorum, per ſe, & cauſaliter, poſſunt facere ad decorem vniuerſi, & ad iuſtificationem mundi. Quare ſi Iudæorum amiſſio.i. perditio, eſt recõciliatio mundi, multo magis eorum aſſumptio. i. eorum conuerſio, erit valde vtilis, & vita ea mortuis.i. erit valde vtilis, & eſſe poterit iuſtificatio mortuorum: Iudæi ſunt huiuſmodi, ergo &c. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur ergo ſic litera, Benè dico, quòd ego volo laborare pro conuerſione Iudæorum, & ꝙ eorũ conuerſio eſſet valde vtilis, quia (ſi amiſſio enim eorum,) id eſt, infidelitas, & auerſio Iudæorum (eſt recõciliatio mundi,) quæ erit aſſumptio). i. quid erit eorum conuerſio (niſi vita ea mortuis,) id eſt, niſi iuſtificatio mortuorum, hoc eſt, erit iuſtificatio gentium, quæ prius mortuę putabantur? Tunc ergo eſt ſupplenda B ratio, quòd cum ſic ſit, valde erit vtilis conuerſio Iudæorum. Deinde cum dicit.

Quòd ſi delibatio ſancta eſt, & maſſa.

Oſtenſo quòd vtilis ſit Iudæorum auerſio, & declarato quòd vtilis eſſet eorum conuerſio. In parte iſta manifeſtat quòd ſit poſſibilis eorum reparatio. Circa quod duo facit, ſecundum quod duas rationes adducit ad propoſitum. Primo probat hoc exemplo Apoſtolorũ: ſecundo, exẽplo patriarcharum. Secunda ibi. (Et ſi radix.) Ad euidentiam primæ partis, ſciẽdum, quòd eiuſdem naturæ eſt totum & pars; vt ſi vna ſcintilla vadit ſuperius, totus ignis eſt aptus natus ſuperius ire: & ſi vna gleba terræ vadit inferius & tota terra põt inferius ire. Ipſi ergo apoſtoli fuerunt quędam delibatio & quædam deguſtatio, & quædam gleba ſeparata de maſſa Iudæorum; nam ſicut modicum vinum ſepara- C tum à toto dolio, dicitur quędam deguſtatio illius dolii, ita apoſtoli, & alii diſcipuli ſeparati a maſſa Iudæorum, dicuntur quaſi quædam deguſtatio illius maſſæ. Formetur ergo ſic ratio: Qualiſcunq; eſt pars, tale poteſt eſſe totum, & qualiſcunq; eſt delibatio, talis põt eſſe tota maſſa. Sed delibatio Iudæorum eſt ſancta.i. illi pauci qui aſſumpti ſunt de Iudæis, vt apoſtoli, & alii diſcipuli chriſti, ſunt ſancti. Ergo & maſſa.i. genus Iudaicum poteſt eſſe ſanctum. De hac autem ratione ponit virtutem medii, dicens (quòd ſi delibatio eſt ſancta, & maſſa) poteſt eſſe ſancta. Notandum autem, vt gloſa ait, & ſumpta eſt ab Ambroſio, quod delibatio eſt parua aſſumptio de aliqua re ad experimẽtũ totius rei, vt parum de cibo, vel parum de viuo, ad experimẽtum totius cibi, vel totius vini, dicitur delibatio illius: ſic delibatio, illud modicum quod acceptum fuit de maſſa Iudaica, vt apoſtoli, & alii diſcipuli: quia per D hos paucos aſſumptos poſſumus habere aliquod experimentum de tota maſſa: ideo illud aſſumptum dicitur delibatio ipſius maſſæ Iudaicæ. Cum ergo delibatio & maſſa ſint eiuſdem ſubſtantiæ (vt gloſa ait) ex quo hæc deliberatio eſt ſancta, ſequitur quòd hæc maſſa ſancta eſſe poſſit: & quia ſic eſt, non eſt irreparabilis Iudæorum caſus, cum ſanctificari poſſint. Deinde cum dicit.

Et ſi radix ſancta, & rami.

Adducit ſecundam rationem ex parte patriarcharum. Formetur autem ſic; Qualiſcunq; eſt radix tales poſſunt eſſe rami: ſed radix Iudæorum.i. patriarchæ fuerũt ſancti: ergo & rami.i. ipſi Iudæi poſſunt ſanctificari: non ergo eſt irreparabilis eorum caſus. De hac autem ratione ponit virtutem medii, dicens, (& ſi radix ſancta).i. patriarchæ, qui ſunt radix Iudæorum ſunt ſancti, (& rami,) id eſt, ipſi Iudæi, ſupple, potuerũt eſſe ſancti; non ergo eſt inſultandum contra Iudæos propter eorum caſum, tum quia huiuſmodi caſus, nõ A fuit vtilis, tum quia fuit vtilis, tum quia eſt reparabilis.

Dubitaret forte aliquis de illo verbo apoſtoli. Cæteri vero excęcati ſunt. Quod gloſa exponens (& eſt Auguſtini in de prædeſtinatione ſanctorum) ait, Excæcati enim ſunt, quia credere noluerunt. Sed contra, quia enim excæcati ſunt, ideo noluerunt credere, ſi enim non fuiſſent excæcati, credidiſſent: quare ſi cæcitas eſt cauſa incredulitatis, incredulitas non erit cauſa cæcitatis: non ergo excæcati ſunt, quia credere noluerunt. Dicendum quòd duplex cæcitas, vel cæcitas duobus modis poteſt ſumi, vno modo vt eſt culpa, alio mõ vt eſt pœna. Vt eſt culpa, ſic eſt ipſa infidelitas, de hac non loquitur modo. Vt autem eſt pęna, ſic cauſatur ab infidelitate, nã ex hoc ꝙ aliquis eſt infidelis, & non vult credere, iuſto dei iudicio excæcatur in intellectu, & de hac cæcitate loquitur gloſa, dicẽs, quòd excæcati ſunt, quia credere noluerunt.

Vlterius forte dubitaret aliquis de eodem verbo a- B poſtoli, Cæteri Iudæorum excęcati ſunt ſuper quo gloſa ait, & eſt Ambroſii; Quicunq; enim cum intellexiſſet, noluit credere, id debet conſequi, ne de cætero poſſit credere. Sed contra: credere eſt voluntatis. Præterea, quamdiu ſumus in vita iſta, non eſt de aliquo deſperandum; ergo nullus eſt qui non poſſit credere. Dicendum quod peccatum cum hoc quod tollit gratiã, etiam facit nos inhabiles ad bonum gratiæ, & quanto plura peccata facimus, tanto magis inhabiles ſumus etiam quanto magis peccatum grauius eſt, tanto magis inhabiles nos reddit. Vnde ſic ſe habent peccata ad tollẽdã gratiã, ſicut ſe habent parietes ad tollendũ lumen: nã ſi inter oculũ & lumẽ eſſet paries quãtũcũq; ſubtilis, eſſet ſufficiens ad tollendũ lumen totaliter, tñ quanto groſſior eſſet paries, tanto magis oculus ille redderetur inhabilis ad videndum lumen illud: nam ſi non poſſet oculus ille videre lumen niſi amoto parie- C te quia difficilius eſt tollere parietem groſſum, quàm tenuem, inhabilior redditur oculus ad videndum lumen, ſi interponatur paries groſſus, quàm tenuis. Sic & ſi multi parietes ibi interponerentur, adhuc oculus ille ad videndum lumen illud, inhabilior redderetur. Sic & in propoſito, minimum peccatum mortale ſufficit ad tollendam gratiam, tamen quanto peccatum eſt grauius, tanto homo inhabilior redditur vt reſurgat et recuperet gratiam: ſic etiam ſi plura peccata committeret, adhuc inhabilior redderetur. Ipſa ergo grauitas peccati, & ipſa multitudo peccatorum, non ſolum tollit gratiam, ſed etiam multum tollit de habilitate, & poſſibilitate ad gratiam obtinendam. Volens ergo apoſtolus innuere quanta ſit labes, & quanta ſit grauitas peccati infidelitatis, ait, quod cum quis intelligit, & non vult credere, id debet conſequi, ne de cætero poſſit credere, quaſi dicat, quòd peccatum infidelitatis multum tollit de habilitate & poſſibilitate, ne de D cætero poſſit credere, & ne de cætero poſſit.i. vix poſſit eſſe in gratia. Exponendum eſt ergo (vt non poſſit).i. vix poſſit, quia huiuſmodi peccatum multũ de habilitate, & poſſibilitale tollit.

Vlterius forte dubitaret aliquis de eo quod in litera dicitur: Si radix ſancta, & rami ſancti. Sed contra, patriarchæ fuerunt ſancti, & tamen multi eorum filii fuerunt mali. Dicendum quòd non loquitur apoſtolus hic de actualitate, ſed de poſſibilitate. Nam cum radix, & rami ſint quodammodo eiuſdem naturæ, non poteſt eſſe quòd radix ſit ſancta, & tamen impoſſibile ſit ramos eſſe bonos: vult ergo apoſtolus dicere, quòd ex quo radix eſt ſancta, quod rami poſſunt eſſe boni. Iudæi ergo deſcendentes ex patriarchis, qui ſunt quaſi quidam rami procedentes ex radice, poſſunt eſſe ſancti, & poſſunt conuerti: ideo vt dicebatur, non eſt irrecuperabilis eorum caſus. Poſſumus & aliter ſoluere, vt ſit argumentum à ſigno, quia ſignum ſecundum philoſophum quòd debeant eſſe

boni,

boni quía quos genuere boni:& quia patriarchæ boni fuerunt & radix bona fuit, ſignum eſt quòd debeant eſſe boni Iudæi:non ergo omnino deſperandum eſt de eis ꝙ nõ poſſit recuperari eorũ caſus. Poteſt etiam tertio modo ſolui, vt a quibuſdam ſoluitur, ꝙ rami aridi non ſunt rami ſimpliciter ſed ſecundum quid:cũ ergo mali filii quantumcunq; deſcenderint ex radice ſancta, & ex ſemine patriarcharum, quia ſunt rami aridi, non ſunt rami ſimpliciter, & ideo non ſunt ſancti.

LECTIO. XXXVII.

QVòd ſi aliqui ex ramis fracti ſunt, tu autem cum oleaſter eſſes, inſertus es in illis.

Poſtquàm apoſtolus repreſſit gentilium iactantiam, ne gloriarentur cõtra Iudęos, ex eo quòd Iudæi erant repulſi, & reprobati. In parte iſta oſtendit quòd non debent gloriari aduerſus gentiles, ex eo ꝙ ipſi gentiles ſunt admiſſi, & aduocati. Propter quod ſciendum, quòd vt patere poteſt per habita, non omnes Iudæi auerſi erant, immo aliqui erant approbati, & erant quaſi rami ſtantes, aliqui autem erant rami fracti, & cadentes. Duo ergo facit, quia primo oſtendit quòd gentiles non debeant ſe extollere, nec ſe iactare contra iudęos, qui erant approbati, & erant rami ſtantes. Secundo declarat ꝙ non debeant hoc facere contra Iudæos, qui erant rami fracti & cadentes, ibi. (Dicis ergo fracti ſunt.) Ad euidentiam primæ partes, ſciendum, ꝙ populus gentilis ad Iudæos approbatos & ſtantes, tripliciter comparatur. Nam primo comparatur ad eos, ſicut ramus aduentitius ad eum qui eſt ramus naturalis. Secundo comparatur, ſicut ad illos vnde humorem ſuſcipit. Tertio comparantur ad eos, ſicut ad illos, quibus nihil influit. Vnde volens oſtendere, ꝙ populus gentilis, contra Iudæos, & maxime contra Iudæos approbatos & ſtantes, non debeat inſultare, tria facit, ſecundum ꝙ triplici modo probat intentum. Nam primo probat hoc, ex eo quòd gentilis, reſpectu Iudæorum ſtantium, eſt ramus innaturalis. Secundo probat hoc ex eo quod ab eis humorem, & pinguedinem ſuſcipit. Tertio ex eo, quòd eis nihil influit. Secunda ibi. (Et ſocius radicis) Tertia ibi. (Quod ſi gloriaris.) In prima parte intendit talem rationem. Ex quacunq; oliua ſunt rami fracti, & loco illorum ſunt alii rami inſerti, rami aduentitii & inſerti, contra ramos naturales, & potiſſime contra ramos ſtantes, & D non fractos, gloriari non debent: Gentiles ſunt huiuſmodi: ergo contra Iudęos, & potiſſime contra Iudęos approbatos & ſtantes, gloriari non debent. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Ideo ait. (ꝙ ſi aliqui ex ramis) ſupple, naturalibus (ſunt fracti,) id eſt, ſunt à promiſſione eternæ hæreditatis abſciſi, (tu autem) gentilis (cum eſſes oleaſter,) id eſt, cũ eſſes naturaliter ſterilis, & amarus, (inſertus es) i. non tuo merito, ſed dei miſericordia, & aliena operatione, coniunctus es (in illis,) id eſt, in loco illorum ramorum fractorum. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, quod cum tu gentilis ſis ramus innaturalis, & ſis inſertus loco ramorũ fractorum, contra ramos naturales, & potiſſime contra ramos ſtantes, & nõ fractos, gloriari non debes. Notandum ꝙ rami naturales arboris, naturaliter ſunt coniũcti proprio ſtipiti, ſed rami inſerti, quòd coniungantur radici & ſtipiti, non habent ex naturali origine,

A ſed ex aliena operatione. Gentiles ergo, quia nõ erant rami nãles ſed erant rami inſerti, ꝙ cõiungerẽtur bonę oliuæ nõ habebant ex ſe, ſed habebãt ex aliena operatione; & q̃a ex eo qđ quis habet ab alio, nõ debet cõtra aliquos gloriari, propter huiuſmodi inſertionẽ gentiles nec contra iudæos, nec contra alios gloriari debebant. Deinde cum dicit.

Et ſocius radicis, & pinguedinis oliuæ factus es, noli gloriari aduerſus ramos.

Adducit ſecundam rationem, quòd gentiles contra iudęos gloriari non debeant, & maxime cõtra iudęos ſtantes, quia ab eis humorem, & pinguedinem ſuſcipiebant. Formetur autem ſic ratio; Quicũq; ſuſcipit humorem, & pinguedinem à radice, & à pinguedine oliuæ, id eſt, populi iudaici, ille aduerſus ramos, id eſt, aduerſus iudęos, & maxime contra Iudęos ſtantes, a quibus hoc ſuſcipit, gloriari non debet: tu gentilis es huiuſmodi: ergo &c. De hac ratione ponit virtutem me-B dii. Continuetur autem ſic litera: Bene dico, ꝙ tu gentilis es oleaſter, & es inſertus in illis, id eſt, in loco illorum ramorum fractorum, & hoc modo (es factus ſocius radicis), ſcilicet, patriarcharum, & prophetarum (& factus es ſocius pinguedinis,) id eſt apoſtolorum, qui prę omnibus habẽt pinguedinem ſpiritus; (factus es dico, ſocius pinguedinis, & radicis oliuę) ſ. populi Iudaici: & quia ſic eſt, (noli gloriari aduerſus Iudęos) & maxime contra Iudęos ſtantes, à quibus tantam pinguedinem, & fructum ſuſcipis. Notandum autem, quòd licet huiuſmodi populi Iudaici ſint fracti rami, tamẽ non eſt euulſa radix, nec ſunt fractiones rami: illa ergo oliua, quę ſignificat populum Iudaicum, vt gloſa tangit, & eſt Auguſtini, putata eſt, & non amputata eſt: cõtra ergo talem oliuam, & contra talem populum, gentiles inſultare non debent. Notandum etiam, ꝙ apo-C ſtolus libere alludit verbis prophetarum, & verbis veteris teſtamenti: vnde populum Iudaicum appellat oliuam pinguem, quia huiuſmodi populus oliua vbera & pulchra, eſt appellatus, iuxta illud Hieremiæ; Oliuã vberem, pulcram, fructiferam, ſpecioſam, vocauit dominus nomen tuum. Deinde cum dicit. Iere.a.

Quod ſi gloriaris: non tu radicem portas, ſed radix te.

Adducit tertiam rationem, ſumptam ex eo, quòd populus gentilis nihil influit populo Iudaico. Formetur autem ſic: Quicunq; alicui populo nihil dat, ſed magis ſuſcipit ab illo, contra illum populum gloriari non debet: ſed tu gentilis non portas radicem, & nihil das radici, id eſt, nihil das populo Iudaico, ſed magis radix portat te, id eſt, populus Iudaicus magis dat & influit tibi: ergo tu contra Iudęos, & potiſſime contra Iudęos ſtantes, gloriari non debes. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur autem ſic litera: Bene dico, ꝙ tu gentilis non debes gloriari aduerſus ramos, id eſt, aduerſus Iudęos, (ꝙ ſi gloriaris) ſupple, non bene facis, quia (non tu radicem portas, ſed radix te,) hoc eſt, vt gloſa exponit, gens illa nihil habet à te, ſed tu habes ab ea; tu non portas eam, ſed illa portat te. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, quòd cũ ſic ſit, tu gentilis contra iudæos gloriari non debes. Deinde cum dicit.

Dicis ergo, Fracti ſunt rami, vt ego inſerar.

Ad huius partis euidentiam ſciendum, quòd rationes factę, magis videntur arguere de ipſa radice, & de ramis ſtantibus, quia ille populus à ramis ſtantibus, & à radice, ſuſcipit pinguedinem, & humorem. Rurſus huiuſmodi radix portat gentilem populum: rami autem fracti, non influunt in populum gentilem, nec portant ipſum. Ne ergo obiicerent gentiles, dicentes, quòd licet non debeamus gloriari contra radicem huius

oliuę, ideſt, populi Iudaici, ideſt, patriarcharum; & licet non debeamus gloriari contra pinguedinem, ideſt, contra apoſtolos, nec contra ramos ſtantes, poſſumus tamen gloriari contra ramos fractos: inſtatur eorum obiectioni, quod etiam contra ramos fractos gloriari non debent. Propter quod, vt dicebatur, poteſt ſic cõtinuari hæc pars ad præcedentem, ꝙ poſtꝙ apoſtolus oſtendit ꝙ gentiles non debent gloriari contra ramos ſtantes, ideſt contra Iudęos fideles, in parte iſta declarat, ꝙ non debeant inſultare contra ramos fractos, id eſt contra Iudęos incredulos. Circa quod duo facit, quia primo præmittit gentium obiectionem. Secundo cõtra illam obiectionem, ſubiungit multiplicem rationem ibi (Bene: propter.) Arguebant autem ſic gentiles; Quicunq; rami ſunt fracti, vt nos inſeramur, contra illos ramos fractos poſſumus gloriari: ſed Iudæi quaſi quidam rami ſunt fracti, vt nos inſeramur: ergo contra eos ſic fractos poſſumus gloriari. De hac autem obiectione ponit virtutem medii. Continuetur autem ſic litera (Dicis ergo,) ideſt, tu gentilis ſic respondes dictis meis, (fracti ſunt rami,) quaſi dicat, ego nõ poſſum gloriari contra ramos ſtantes, nec contra radicẽ, nec contra pinguedinem, ſed quia fracti ſunt rami (vt ego inſerar) ergo ſaltem contra hos ramos fractos, loco quorum ego ſum inſertus, ſupple, poſſum, vel debeo gloriari. Deinde cum dicit.

Bene: propter incredulitatẽ fracti ſunt: tu autem fide ſtas.

Remouet huiuſmodi obiectionem, adducens cõtra eã multiplicẽ rationem. Ad cuius euidentiam ſciendũ ꝙ gentiles in ſua obiectione duo tangebant, videlicet ramorum fractionem, & eorum inſertionem: ideo ad remouendam eorum obiectionẽ, & ad oſtendendũ ꝙ etiam contra ramos fractos non debeant gloriari, duo facit. Nã primo oſtendit ꝙ nõ debeãt ſic gloriari propter eorũ inſertionem. Secundo ꝙ non debeant hoc facere propter ramorũ fractionem, ibi. (Sed & illi.) Ad euidentiam primæ partis ſciendum, ꝙ circa inſertionem gentium, quantum ad præſens ſpectat, quatuor ſunt conſideranda. Nam primo conſideranda eſt ipſa fides, per quam gentiles ſunt inſerti. Secundo conſiderandi ſunt ipſi gentiles, qui ſunt inſerti. Tertio cõſiderandi ſunt ipſi rami fracti, ideſt ipſi increduli, loco quorum ſunt inſerti. Quarto conſideranda eſt ipſa diuina bonitas vel ipſa diuina clemẽtia, per quam ſunt inſerti. Ideo quatuor facit, ſecundum quod his quatuor rationibus declarat, quod gentiles propter ſuą coinſertionem contra ramos fractos, ideſt contra Iudęos incredulos, inſultare non debent. Nam primo probat hoc ex parte fidei, qua ſunt inſerti. Secundo ex parte ipſorum gentilium, qui ſunt inſerti. Tertio ex parte ramorũ fractorum, loco quorũ ſunt inſerti. Quarto ex parte diuinæ bonitatis, per quam ſunt inſerti. Secunda ibi. (Noli altum ſapere.) Tertia ibi. (Si enim deus naturalibus.) Quarta ibi. (vide ergo bonitatem.) In prima parte intendit talem rationem. Quicunq; ſtat, & eſt inſertus alicubi non per ſe ſed per aliud, vt per fidem & per gratiam, ille propter huiuſmodi ſtatum, & propter huiuſmodi inſertionem, non debet contra aliquos gloriari: tu gentilis es huiuſmodi, ergo propter hoc non debes cõtra ramos fractos, nec contra aliquos gloriari. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Ideo ait. (Bene: propter incredulitatem fracti ſunt) quaſi dicat, Bene uerũ eſt, quod Iudęi, naturales rami, propter incredulitatem ſunt fracti: ſed quod tu gentilis addis, vt ego inſerar, illud non eſt cauſa efficiens quare ſint fracti: ſed fracti ſunt propter eorum incredulitatem, ideſt, ſuo vitio, vt Ambroſius exponit. (Tu autem fide ſtas,) quaſi dicat, ꝙ ſicut Iudæi ſunt fracti ſua incredulitate & ſuo uitio, ſic tu ſtas non tuo merito, imo ſtas fide, & dei beneficio, vt exponit

A Auguſtinus in de quæſtionibus noui & veteris teſtamẽti. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, ꝙ cum tu gentilis ſtas, & ſis inſertus non tuo merito, ſed fide, & dei beneficio, cum hoc non ſit ex te tu non debes cõ hoc aduerſus ramos etiam fractos, nec etiam aduerſus aliquos gloriari. Notandum autem quòd cum dicitur, delicto Iudęorum, ſalus gentibus facta eſt, vel cum dicitur delictum Iudęorum, diuitiæ ſunt mundi, & diuitiæ gentium, & cęterę tales locutiones: ſi intelligantur per ſe, & cauſaliter ſunt falſę; ſed ſi intelligantur occaſionaliter, & conſequutiue, verę ſunt. Nam ex delicto Iudęorum, & ea fractione eorum, data eſt occaſio apoſtolis, vt recederent a Iudæis, & prædicarent gentibus: & quia ad eorum prædicationem gentes conuerſę ſunt, & ſunt inſertę in bonam oliuam, ideo occaſione Iudęorum, hoc conſecutum eſt, ꝙ facta ſit ſalus gentibus, & fractione Iudęorum occaſionaliter hoc conſecutum, quòd gentes inſertæ ſunt, & ad fidem admiſſę. Deinde cum dicit.

B

Noli altum ſapere: ſed time.

Adducit ſecundam rationem, ſumptam ex ipſis gentilibus qui ſunt inſerti. Formetur autem ſic: Quicunque nolunt ſe exponere periculo, non debent ſe extollere, ideſt, non debent ſe aduerſus aliquos iactare, ſed debent ſe humiliare. Sed vos gentiles non debetis velle exponere periculo: ergo et cætera. Ideo ait: (Noli altum ſapere,) ideſt ò tu gentilis, noli te extollere, nec contra ramos fractos, ideſt, contra Iudęos incredulos, nec contra aliquos: quia (ſupple) hoc faciendo periculo te exponis. (ſed time,) ideſt, ſed te humilia ne frangaris per ſuperbiam, ſicut fracti ſunt Iudęi per incredulitatem. Notandum autem ꝙ apoſtolus alludit in his verbis metaphorę poſitę de arbore; conſueuerunt enim rami in altum eleuati, de leui a
C vento frangi: rami vero circa terram ſtantes non ſic timent iactantiam venti: ideo apoſtolus ait, (Noli altum ſapere) i. noli in altum te extollere, iactando te contra aliquos, nec exponas te periculo, ne frangaris vento ſuperbiæ; ſed magis time, & te humilia, vt poſſis huiuſmodi fractionem effugere. Deinde cum dicit.

Si enim deus naturalibus ramis non pepercit: ne forte nec tibi parcat.

Adducit tertiam rationem, ſumptam ex parte ipſorum ramorum naturalium, qui ſunt fracti. Formetur autem ſic: Quicunq; non parcit ramis naturalibus, ſignum eſt ꝙ nõ parcit ramis aliunde inſertis, vel ramis venientibus aliunde. Sed deus ipſis Iudęis i. ipſis ramis naturalibus non pepercit, Ergo ſignum eſt quòd non parcet tibi o gentilis, qui es ramus aduentitius. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Cõtinuetur autem ſic: Benè dico ꝙ tu gentilis non debes
D altum ſapere, non debes contra aliquos te extollere, (ſi enim deus ramis naturalibus) i. ipſis Iudęis, qui ſunt rami naturales propter prærogatiuas patrum, (nõ pepercit,) ſed fracti ſunt rami illi; (ne forte nec tibi parcat: nã ſi rami naturales fracti ſunt propter incredulitatem, & deus eis non pepercit ſed permiſit eos frangi, planum eſt, ꝙ ſi ſuperbiant rami aduentitii, nõ parcet illis, ſed permittet quod frangantur. Notandum autẽ quod inter cætera quę odit deus, eſt ſuperbia, Vnde ſpecialiter dictum eſt quòd ſuperbis deus reſiſtit: planum eſt ergo quòd ſi tales eſſent gentiles, & nollent ab hoc deſiſtere, quòd deus eis non parcet, ſed permittet quòd frangantur. Deinde cum dicit.

Vide ergo bonitatem & ſeueritatem dei: in eos quidem qui ceciderunt, ſeueritatem: in te autem bonitatem dei, ſi permanſeris in bonitate, alioquin & tu excideris.

Adducit quartam rationem, ſumptam, ex parte diuinæ bonita-

tis, per quam gentiles ſunt in bonam oliuam inſerti. Formetur autem ſic: Quicunq; videt diuinam ſeueritatem in delinquentes, & diuinam bonitatem in ſe humiliantes, ille non debet delinquere, nec debet ſe extollere, ſed debet in humilitate, & in bonitate manere, ne incidat in dei ſeueritatem, & per eam excidatur, frangatur, & cadat. Sed tu gentilis vides hęc: ergo & cętera. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur autem ſic, Benè dico quòd tu gentilis nõ debes te extollere, (Sed vide ergo, & conſidera bonitatem, & ſeueritatem dei: in eos qui fracti ſunt, & ceciderunt, ſeueritatem: in te autem, qui voluiſti obedire, vide bonitatem dei, ſi permanſeris in hac bonitate, & in hac humilitate, alioquin & tu gentilis excideris.i. ſeperaberis à radice, in qua inſertus es. Eſt ergo vis rationis huius, quòd ſicut Iudæi delinquendo, ſentiunt ſeueritatem diuinam, & ſunt à radice ſeparati, etiam ſic & tu gentilis multo magis, cum ſi ramus aduentitius, ſenties diuinam ſeueritatem, et excideris, & frangeris à radice in qua inſertus es, niſi velis in humilitate perſiſtere. Deinde cum dicit.

Sed & illi, ſi non permanſerint in incredulitate, inſerentur.

Oſtenſo quomodo gentiles non debent gloriari cõtra ramos fractos, propter ipſorum gentilium inſertionem: in parte iſta, vt dicebatur, oſtendit ꝙ non debeant gloriari contra eos, propter ipſorum ramorũ fractionem, declarans, quod licet aliqui ex Iudęis ſint fracti, poſſunt tamen iterum inſeri, propter quod non eſt contra eos gloriandum. Ad cuius euidentiam ſciendum, quòd Iudæi increduli, qui ſunt rami fracti, quantum ad præſens ſpectat, ad tria poſſunt comparari, videlicet ad incredulitatem, propter quam ſunt fracti: ad deum quem deſerendo ſunt fracti: & ad ipſos gentiles, qui loco eorum ſunt inſerti: ideo tria facit, ſecundum quod tripliciter oſtendit, non eſſe gloriandum contra Iudęos qui ſunt rami fracti, & ſunt increduli, eo quòd poſſunt iterum inſeri, & reparari. Nam primo oſtendit hoc ex parte incredulitatis, per quã ſunt fracti. Secundo ex parte diuinæ potentię ꝑ quam poſſunt eſſe reparati. Tertio, oſtendit hoc idem, ex parte ipſorum gentilium, qui loco eorum ſunt inſerti. Secunda ibi, (Potens eſt enim deus.) Tertia ibi, (Nam ſi tu ex naturali.) In prima parte intendit talem rationem: Quicunquæ per incredulitatem ſunt fracti, & à bona radice ſeparati, illi ſi in illa incredulitate non permanſerint, poſſunt iterum inſeri, & reparari, propter quod non eſt contra eos gloriandum: ſed Iudæi ſunt huiuſmodi: ergo &c. De hac autẽ ratione ponit virtutem medii. Cõtinuetur autem ſic. Dictum eſt, quòd ſi tu gentilis non permanſeris in humilitate, & bonitate, quod excideris, & frangeris; ſed (ſupple) & econuerſo, & illi, id eſt Iudęi, ſi non permanſerint in incredulitate, inſerentur, & reparabuntur. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, cum hoc poſſit fieri, quod ab incredulitate recedant, poſſunt inſeri, & reparari: non ergo ſunt deſpiciendi, nec contra eos eſt gloriandũ. Deinde cum dicit.

Potens eſt enim deus iterũ inſerere illos.

Adducit ſecundam rationem, ſumptam ex parte diuinæ potentiæ, qua poſſunt reparari. Formetur autem ſic. Quicunq; deum deſerendo ſunt à vera radice fracti & ſeparati, poſſunt per dei potẽtiam inſeri, & reparari, Iudæi ſunt huiuſmodi, ergo &c. Iudæi igitur non ſunt deſpiciendi, quantuncunq; ſint rami fracti, & quantumcunq; ſint increduli, cum poſſint per diuinam potentiam reparari. De hac autem ratione, ponit virtutem medii. Continuetur ſic, Benè dico quod tu gentilis non debes deſpicere Iudęos, licet ſint rami fracti, quia poſſunt inſeri & reparari, nam (potens eſt enim deus, iterum inſerere illos,) & iterum reparare eos. No

A tandum autem ſecundum Auguſtinum in Enchiridio, quòd poteſt deus hominum malas voluntates, quas voluerit, & quando voluerit, & vbi voluerit, in bonum conuertere, cum voluntati eius nihil reſiſtat. Potens eſt ergo deus iterum reparare Iudæos, & iterum conuertere eos, quantuncunq; ſint indurati, quia vt dicitur Matthęi. 3. Potens eſt deus, de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahaę. Deinde cum dicit.

Nam ſi tu ex naturali exciſus ex oleaſtro, & contra naturã inſertus es in bonam oliuam, quanto magis hi qui ſecundum naturam inſerentur ſuæ oliuæ?

Adducit tertiam rationem, ſumptam ex parte ipſorum gentilium, qui loco eorum ſunt inſerti. Formetur autem ſic: In quacunq; oliua poſſunt inſeri rami innaturales & ex oleaſtro inciſi, multo magis in illa oliua poterunt inſeri rami naturales. Sed in oliua fructifera, & in radice patriarcharum, inſerti ſunt gentiles, qui ſunt rami innaturales, ex oleaſtro inciſi. Ergo multo magis inſeri ibi poterunt Iudæi, qui ſunt rami naturales ex illa radice exciſi. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur autem ſic, Bene dico quòd Iudæi poterunt iterum inſeri in bonam oliuam, & quod deus iterum poterit eos inſerere. (Nam ſi tu gentilis es exciſus ex oleaſtro) i. ex ritu gentilium ſterili (oleaſtro dico naturali,) quia ille ritus ſic ſterilis & infructuoſus ſibi naturaliter erat, tu ergo exciſus (contra naturam) i. contra naturalem vſum, (inſertus es in bonam oliuam,) id eſt, in radice patriarcharum, & in pinguedine apoſtolorum; & quia ſic eſt, (quanto magis hi Iudęi, (qui ſunt ſecundum naturã) i. qui ſunt rami naturales, qui ſunt docti in cultu, & in dei lege (inſerentur ſuæ oliuæ) i. vniri poterunt ſuo populo? Quaſi dicat multo magis. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, quod cum ſic ſit, non ſunt deſpiciendi Iudæi, nec eſt gloriandum aduerſus eos, quantuncunq; ſint rami fracti, quantuncunq; ſint increduli, cum ſit poſſibilis eorum reparatio.

Dubitaret forte aliquis de eo quod in litera dicitur, Tu cum oleaſter eſſes: Quod gloſa exponens, ait, Sterilis, & amarus. Sed contra: non videtur quòd in his differat gentilis à Iudęo, ꝙ gentilis ſit oleaſter & ſit amarus naturaliter, & non Iudæus: quia ſicut dicitur ad Epheſios. 2. Eramus natura filii irę, ſicut & cæteri: ergo et Iudæi, de quibus ibi apoſtolus loquitur ſunt natura filii iræ ſicut et cæteri. Dicendum quòd natura per ſe, & primo, dicitur de forma vt probat philoſophus. 2. Phyſicorum, & quinto metaphyſicæ: ſecundum hoc ergo, ipſa generatio dicitur natura, quia eſt via in formam: & etiam ipſa conſuetudo dici poteſt natura, ex eo quod eſt conſequens formam, quia ſecundum formam naturalem, vel ſecundũ formam habitualem, ſiue ſecundum habitum quem acquiſiuit, dicimus aliquem habere talem conſuetudinẽ vel habere tales mores. Nec eſt hoc longe à vulgari eloquio. Dicimus enim de aliquo, Hæc eſt natura eius ita facit: qñ habet tales mores:, vel qñ habet talẽ cõſuetudinẽ. Sed ſi ad hoc aliqs nõ quieſcit, & vlteriorẽ rationem quærit, quare ipſa conſuetudo & ipſi mores, poſſint dici natura, hanc vlteriorem rationem tangit philoſophus in Rhetoricis, dicens, quòd Conſuetudo dicitur natura, quia eſt valde propinqua naturæ. Nam natura eſt ſemper, cõſuetudo ſæpe, quod eſt valde propinquum ei quod eſt ſemper; ideo conſuetudo eſt valde propinqua naturæ, & propter hanc propinquitatem, ipſa cõſuetudo & ipſi mores alicuius, natura eius appellari poſſunt. Dicetur etiam natura de ipſa naturali generatione. Hoc viſo, dicamus, quod gentiles erant oleaſter, & erant naturaliter ſteriles. Primo quantum ad naturalem generationem, quia naſcebãtur in

A peccato originali: ſecundo quantum ad parentum cō
ſuetudinem, ſiue quantum ad parentum imitationem,
quia naſcebantur de parentibus habentibus mores, &
conſuetudines corruptas, quos imitando, merebantur
dici ſteriles oleaſtri. Iudæi autem erant oleaſter & erāt
natura filii irę vno modo quantum ad naturalem ge
nerationem, quia naſcebantur in peccato originali,
ſicut & cæteri, ſed erant ſancti & erant oliuę fructiferę
quantum ad parentum imitationem, quia naſceban-
tur ea parentibus habentibus mores & conſuetudines
ſanctas: & quia ipſa conſuetudo quædam natura eſt, ra
tione huius conſuetudinis, quæ proponebatur filiis in
exemplum, dicebantur Iudęi nati ex talibus parenti-
bus rami naturales, & dicebantur rami ſancti, gens ſan
cta, & populus acquiſitionis. Secūdum hoc patet ſolu
tio ad obiectionem, quia non eſt inconueniens Iudæos
B vno modo eſſe filios irę, vt quantum ad naturalem ge
nerationem: alio modo eſſe ramos naturales & ſan-
ctos, quantum ad parentum imitationem, quod de gen
tilibus non poſſumus dicere, qui vtroq; modo erant
ſteriles oleaſter.

Vlterius forte dubitaret aliquis de eo quod in lit-
tera dicitur. Vide in eos qui ceciderunt dei ſeueritatē,
in te autem bonitatem dei. Sed contra, in omni opere
domini, eſt miſericordia, & veritas: ergo in omni ope-
re eius, ē miſericordia, & ſeueritas, vt referatur bonitas
ad miſericordiam, veritas ad ſeueritatem & iuſtitiam.
Dicendum ꝙ hæc duo, bonitas, & ſeueritas, vel miſeri-
Pſal. 84. cordia & veritas, ſunt in omni opere domini, iuxta il-
lud pſalmi, miſericordia, & veritas obuiauerunt ſibi.
In ipſis enim damnatis eſt iuſtitia, inquātum affligun-
tur: eſt ibi miſericordia inquātū citra condignum pu-
niuntur. Sic & in beatis eſt miſericordia, quia per gra-
C. tiā obtinuerunt qd habent. Et quia non ſunt condi-
gnę paſſiones huius temporis ad futurā gloriam quę
reuelabitur in nobis, ſemper deus in bonis remune-
rat vltra condignum, ſicut & in malis, punit citra.
Omnia autem hæc in bonis oſtendunt dei miſericor-
diā: nam ꝙ ex gratia conſequantur gloriam, & quod
retribuatur eis vltra cōdignum, totū ad miſericordiā
pertinet: eſt ergo in beatis dei miſericordia: rurſus in
eis apparet diuina iuſtitia, inquantum ex bonis operi-
bus, quæ geſſerunt, redditur eis ęterna merces. Sed li-
cet ita ſit, ꝙ in omnibus dei operibus, appareat dei mi
ſericordia, & dei iuſtitia, in aliquibus tamen magis ap-
paret dei miſericordia, & dei bonitas, vt in ſaluatis, &
bonis: in aliquibus uero magis relucet dei iuſtitia, &
dei ſeueritas, vt in damnatis, & in malis: & quia ſic eſt,
ideo diſtinguit apoſtolus inter hæc duo, videlicet, in-
ter ſeueritatem, & bonitatem, ſiue inter miſericordiam
& iuſtitiam, non quia hæc ſint in omni opere, ſed quia
in filiis electionis magis relucet dei miſericordia, in fi-
D liis diffidentiæ magis dei iuſtitia.

Vlterius forte dubitaret aliquis de eo quod in lite-
ra dicitur, Tu ex naturali exciſus oleaſtro, inſertus es
contra naturam in bonam oliuam) quæritur quomo-
do hoc ſit contra naturam, ꝙ oleaſter inſeratur in oli-
uam bonam. Dicendum ꝙ hoc verbum eſt paraboli-
cum, & mixtum: quia vnum dicitur, & aliud intelligi-
tur. Nam hic apoſtolus loquitur de oleaſtro, & dat in-
telligere populum gentilem: ſit hic locutio de oliua, &
intelligitur populus Iudaicus, vel intelligitur radix
patriarcharum, vel fides apoſtolorum, cui inſertus eſt
populus gentilis. In verbis autem parabolicis, eſt duo
conſiderare, quod dicitur, & propter quod dicitur:
igitur ſi bene quæſtionem volumus diſſoluere, viden-
dum eſt, quomodo id quod hic dicitur. i. quomodo
oleaſter, ad literam, contra naturam inſeratur in bonā
oliuam. Secundo videndum, quomodo id propter
quod dicitur. i. quomodo populus gentilis, propter
quem eſt hæc parabola aſſumpta, inſertus eſt in bonā
oliuam. i. in radicem patriarcharum, & fidem apoſtolo
A rum. Propter quod ſciendum, quòd vt gloſa tangit, &
eſt Aymonis, naturale eſt, vt ſurculum, id eſt, rami bo-
næ arboris inſeramus, in trūcum malæ, non ſurculum
malæ, in truncum bonæ. Cum enim ramus magis ſit
propinquus fructui, quā truncus, illud quòd eſt propin
quius fructui, debet eſſe melius, ad hoc quòd fructus
ſit ſapidior, & ſuauior: & ideo in mala arbore inſeri-
tur bonus ramus, quia humor ex mala arbore proue
niens, ex quo tranſit per bonum ramū, indulcoratur
& facit ſuauem fructum. Sicut apparet per ſimile, ſi a-
qua tranſeat per terram lutoſam, & terram nitidam, &
faciat fontem, melius eſt quòd terra propinqua fonti
ſit nitida, quàm lutoſa: quia ſi aqua prius tranſit per
terram lutoſam, & poſtea tranſit per terram nitidam
& mundā, ibi purificatur, ita ꝙ quando peruenerit ad
fontem, facit fontem clarum, & nitidum: ſed ſi e conuer
ſo contingeret, ꝙ aqua prius tranſiret per terram niti
B dam, et poſtea per terram lutoſam, ibi inficeretur, ita
quòd quando perueniret ad fontem, faceret fontem
turbidum, & infectum. Sic & in propoſito, ſi truncus
ſit malus, & ramus ſit bonus, humor primo tranſiens
per truncū, & poſtea per ramū, indulcoratur in ramo,
& vt dicebatur, facit fructum ſuauem, & dulcem. Sed ſi
è conuerſo contingeret, quòd truncus eſſet bonus, &
ramus malus, humor tranſiens per truncum, inficere-
tur in ramo, & non faceret fructum adeò ſuauem, &
bonum: & quia homines ex arboribus volunt finaliter
bonos fructus, ideo conſuetum eſt, quòd in malo trun
co, inſeratur bonus ramus, nō e conuerſo, et quia con
ſuetudo eſt altera natura, ideo quod conſuetum eſt, di
citur naturale eſſe. Eſt ergo naturale & conſuetum, ꝙ
oliua inſeratur in oleaſtro. i. bonus ramus inſeratur in
malo trunco: ſi autem e conuerſo fiat, vt ꝙ oleaſter in
C. ſeratur in bonā oliuam, contra naturam. i. contra con
ſuetudinem erit. Patet ergo ad litteram, oleaſtrum cō
tra naturam in bonam oliuam inſeri.

Vlterius forte dubitaret aliquis, dato verum eſſe
quantum ad id quod dicitur, & intelligendo ad literā
verba apoſtoli, ꝙ contra naturam ſit, oleaſtrum in bo-
nam oliuam inſeri, quomodo eſt contra naturam, ꝙ
gentilis, qui intelligitur per oleaſtrum, inſeratur in
bonam oliuam. i. in radicem patriarcharum, & in fidē
apoſtolorum. Dicendum quòd ex quæſtione ſuperius
poſita, patet, ꝙ gentiles dupliciter ſunt natura filii irę.
Primo quantum ad naturalem generationem, quia na
ſcuntur in peccato originali. Secūdo quantum ad na-
turalē imitationē, quia naturale eſt filios imitari parē
tes: ipſi autē naſcuntur ex parētibus habētibus mores,
& conſuetudines corruptas, & quia ſic natura ſunt, du
pliciter ſunt filii iræ: ideo dupliciter ſunt oleaſter, &
dupliciter naturaliter habent obſtaculum, ad recipiē-
dam fidem, & gratiam: & quia ſic eſt, contra naturā eſt
D eis quod inſerantur in bonam oliuam, id eſt in pingue
dinem, & in fidem apoſtolorum, & in radicē patriar-
charum.

LECTIO. XXXVIII.

NOlo enim vos igno-
rare fratres myſteriū
hoc, vt non ſitis vo-
bis ipſis ſapientes.

Poſtquām apoſtolus in-
ceperat declarare de præ-
deſtinatione, & aliqualiter
ab hac materia viſus ē dig
gredi: hic regreditur ad
intentum

intentum, oſtendens ꝙ prædeſtinatio, quãtum ad prędeſtinationis propoſitum, non habet rationem, ſed admirationem. Hoc ergo apoſtolus intendit in hac parte, quomodo diuini propoſiti, non rationem, ſed admirationem aſſignare contingit, circa quod duo facit Primo ne gentiles contra Iudæos de eorum reprobatione gloriarent, narrat diuinum propoſitum, & diuinam voluntatem, erga populum Iudaicum. Secundo huiuſmodi diuini propoſiti, & huiuſmodi diuinæ voluntatis, non aſſignat rationem, ſed admiratione, ibi. (Concluſit enim deus.) Circa primum tria facit, quia cum ipſe ſit ſpecialiter apoſtolus gẽtilium, Primo gentes ad tantum myſterium cognoſcendum inducit, & prouocat. Secundo huiuſmodi diuinum myſterium, & huiuſmodi diuinum propoſitum circa Iudęos narrat. Tertio, quod dixerat, per plures rationes manifeſtat, & probat. Secunda ibi. (Quia cęcitas.) Tertia ibi. (Sicut ſcriptum eſt.) In prima parte intendit talem rationem. Quicunq; eſt aliquorum apoſtolus ne illi de ſua ſapientia pręſumant, debet illos inſtruere, ne ignorent diuinum myſterium. Sed ego ſum veſter apoſtolus: ergo ne confidetis de ſapientia veſtra, debeo vos inſtruere, vt non ignoretis diuinum myſterium. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur autem ſic litera. Dictum eſt, quòd ego ſum apoſtolus gentium, & quia ſic eſt, teneor docere gentes, Ideo ait, (Nolo enim ignorare fratres,) id eſt, vos gentiles, quorum ego ſum apoſtolus, (hoc myſterium,) id eſt, hoc occultũ dei iudicium (vt non ſitis vobis ipſis ſapientes,) id eſt, vt nõ præſumatis de ſapientia veſtra, nam per huiuſmodi ſapientiam veſtram, & per ingenium veſtrum, hoc myſterium diſcutere non poteſtis. Deinde cum dicit.

Quia cæcitas ex parte contingit in Iſrael, donec plenitudo gentium intraret: & ſic omnis Iſrael ſaluus fieret.

Poſtquàm apoſtolus prouocauit gentiles, vt velint diuinum myſterium, & diuinum propoſitum cognoſcere, hic incipit huiuſmodi myſterium, & huiuſmodi propoſitum enarrare. Eſt autem huiuſmodi myſteriũ, & huiuſmodi propoſitum, ꝙ Iudæi ſunt conuertendi, & ad fidem reuocandi, & quia deus proponit eos reuocare, ꝙ erit circa finem mundi, ideo gentiles non debent eos deſpicere, nec debent aduerſus eos inſultare. Formetur autem ſic ratio. In quocunq; populo cæcitas contingit ex parte, donec plenitudo gentium intraret, vt poſtea omnis ille populus ſaluus fiat, huiuſmodi populus, non eſt deſpiciendus, cum ad vltimum ſit conuertendus, & reuocandus. Sed huiuſmodi eſt populus Iudaicus, & Iſraeliticus: Ergo ille populus nõ eſt deſpiciendus, cum ſit ad vltimum conuertendus. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur autem ſic; Dixi, quia nolebã vos ignorare diuinum myſterium, ſed (ſupple) huiuſmodi diuinum propoſitum, & huiuſmodi diuinum myſterium, qd nolo vos ignorare, eſt, (quia cęcitas) non eſt ex natura, ſed ex eorum culpa (contingit in Iſrael, & hoc ex parte,) quia non omnes ſunt exęcati,) donec plenitudo gentium intraret (& ſic,) id eſt, poſtquam plenitudo gentiũ intrauerit (omnis Iſrael ſaluus erit.) Tũc ergo eſt ſupplenda ratio, ꝙ cum Iſrael ſic ſit ſaluandus, & conuertendus, vos gentiles non debetis ipſum deſpicere. Notandum autem ꝙ ſicut rami fracti ſunt, vt populus gentilis inſereretur, nõ quòd fractio ramorum, nec quòd delictum Iudęorũ eſſet cauſa, quare inſereretur populus gentilis, & vocaretur ad fidem, ſed quia occaſionaliter, ex delicto Iudæorum, & ex eorum fractione, conſequutum eſt, ꝙ gentibus ſit ſalus facta: ſic cæcitas cecidit in Iſrael, vt plenitudo gentium intraret, non quòd cęcitas illorum, eſſet cauſa introitus gentium, ſed quia ex eorum cæcitate occaſionaliter hoc conſequutum

A eſt, ꝙ plenitudo gentium intrauit. Notandum etiam ꝙ non debemus imaginari ſic hoc eſſe factum, quòd populus Iſraeliticus clauderet viam, ne poſſit populus gentilis ad fidem intrare, ita quòd oporteret aliquos ex Iudęis & repelli, & ſaltem ex parte in Iſrael cęcitatem contingere, vt poſſit gentilis populus intrare: ſed intelligendum eſt, ꝙ ex cęcitate in Iſrael, conſequutum eſt, ꝙ intraret plenitudo gentium, quia occaſionaliter, propter illam cęcitatem, gentes citius ſunt conuerſæ: nam ſi Iudęi voluiſſent ſuſcipere dei verbum, illis plus fuiſſet prędicatum, & poſtea gentibus, ſed illis repellentibus euangelium, ſtatim apoſtoli conuerterunt ſe ad gentes, ita quòd anticipata eſt ſalus gentium, & plenitudo gentium propter huiuſmodi cęcitatem citius intrauit. Notandum etiam, quod poſt plenum introitum gentium circa finem mundi, omnis Iſrael ſaluus erit, ꝙ vt gloſa tangit, in illo tempore, veniet Enoch, & Hælias, ad quorum prædicationem, conuertetur

B Iſrael, & ſaluus erit. Illi videlicet, Enoch, & Helias, erũt illi duo teſtes, de qbus dicitur in Apocalipſi, Et dabo duobus meis teſtibus, & prophetabunt. Notandum ẽt quod apoſtolus in hac parte, tria tangit. Primo præſentem Iudæorum excęcationem, cum dicit quia cæcitas ex parte contingit in Iſrael. Secundo tangit gentium vocationem, cum ſubiungit, Donec plenitudo gentium intret. Tertio tangit Iudęorum futuram conuerſionem, cum ſubinfert, Et ſic omnis Iſrael ſaluus erit. Notandum etiam, quod ſæpe ſæpius dictum eſt, ferè quot ſunt particulæ in Paulo, tot ſunt ibi argumenta, & rationes: Nam ex his tribus, poſſent tres rationes formari, quare gentiles contra Iudæos inſultare non debent, nam ſi cęcitas contingit in Iſrael ex parte, non ex toto, ergo non debent gentiles contra Iudæos inſultare, cum populus Iudaicus non ſit totaliter

C excęcatus. Rurſus ſi hoc factum eſt, quòd plenitudo gentium intraret, ergo gentiles non debent improperare Iudæis, cum ex hoc habeant fructum, & vtilitatem. Tertio ſi ſic, omnis Iſrael ſaluus erit, non debent gentiles inſultare contra Iudęos, cum ſint ipſi ad vltimum illuminandi, & debeant huiuſmodi cæcitatem deponere. Deinde cum dicit.

Sicut ſcriptum eſt, Veniet ex Sion, qui eripiat, & auertat impietatem à Iacob. Et hoc illis a me teſtamentum, cum abſtulero peccata eorum.

Probat quod dixerat: dixerat.n. ꝙ Iſrael ad vltimũ eſt ſaluandus, & conuertendus. Propter quod quatuor facit, ſecundum quod quadrupliciter hoc probat. Nã primo hoc ex ſacrę ſcripturę teſtificatione. Secundo

D ex ſanctorum patrum promiſſione. Tertio ex diuini propoſiti inuariatione. Quarto ex quadam ſimilitudinaria manuductione. Secunda ibi, (Secundum euangelium quidem.) Tertia ibi, (ſine pęnitentia.) Quarta ibi, (ſicut enim aliquando.) In prima parte intendit talem rationem: Quod ſcriptum eſt per ſcripturam ſacram, & firmatum per teſtamentum, & per promiſſionem firmam, id oportet impleri: ſed qd auertatur & eripiatur impietas à Iacob, & auferantur peccata eorum, hoc ſcriptum eſt per ſcripturam ſacram, & firmatum per teſtamentum, & per promiſſionem firmam; ergo hoc oportet impleri. ex ipſa ergo teſtificatione ſacræ ſcripturæ, patet, quòd Iſrael aliquando conuertetur, & aliquando auferetur impietas ab ipſo. De hac autem ratione, ponit virtutem medii. Continuetur autem ſic, Bene dico quod Iſrael ſaluus fiet, ſicut ſcriptũ eſt Iſaiæ. 59. (veniet) ſupple; ſecundum carnem, (ex Sion,) id eſt de Iudęis, natus eſt chriſtus ſecundum carnem, veniet dico, (qui auertat, & eripiat impietatem,) id eſt infidelitatem (à Iacob) id eſt, a Iudęis. (Et hoc

illis erit a me teſtamentum,)ideſt,hæc erit a me firma promiſſio,quia ego ipſe faciam quod promiſi, & ſubdit quando hoc fiet dicens (cum abſtulero,)ideſt, cum remiſero (peccata eorum)hoc erit, vt gloſa tangit in fine mũdi,quando prædicatione Enoch,& Heliæ conuertentur Iudæi ad chriſtum. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio,ꝙ ſi chriſtus qui ſecundum carnem natus eſt de Iudæis,ſecundum teſtamentum, & ſecundum firmã promiſſionem, debet eripere & auertere impietatem à Iacob,& hoc in fine mundi,quando per prædicationem Henoch & Eliæ auferentur peccata eorum ergo Iſrael aliquando conuertetur, & aliquando ſaluus fiet:propter quod non eſt deſpiciendus,nec eſt cõtra illum inſultandum. Notandum autem quòd hæc auctoritas,ſumpta ex Iſaia 59.capitulo, eſt ſecundum tranſlationem lxx.noſtra autem littera ſic habet. Et venerit Sion redemptor,& eis qui redeunt ab iniquitate in Iacob,dicit Dominus,Hoc fœdus meum cum eis. Sed hæc noſtra littera ſatis incidit in intentionem Apoſtoli,cum ibi dicatur,quòd hoc ſit fœdus domini,quòd debet redimere ab iniquitate Iacob. Notandum etiam quòd gloſa diſtinguit inter eripere,& auertere:quia chriſtus veniens de Sion,ideſt, naſcens de Iudæis ſecundum carnem,nũc eripit,ideſt,violenter tollit impietatem à Iacob,quia nunc quaſi cum quadam vi conuertuntur Iudæi, vnde pauci ex eis ad nos veniunt:ſed in fine mundi auertet,ideſt, voluntariè tollet impietatem à Iacob,quia tũc faciliter tolletur ab Iſrael impietas,tunc enim Iudæi quaſi vniuerſaliter faciliter conuertentur. Deinde cum dicit.

Secundum euangelium quidem,inimici propter vos:ſecundum electionem autem chariſſimi propter patres.

Adducit ſecundam rationem,ſumptam ex ſanctorũ patrum promiſſione. Formetur autem ſic, Quicunq; ſunt electi,ideſt,ſunt dilecti, & chariſſimi propter patres,ideſt, propter promiſſiones factas patribus, illi C quantuncunq; propter gentes nunc ſint inimici euangelii, aliquando tamen conuertentur, & aliquando ſalui fient,propter quod non ſunt tales deſpiciendi:Iudæi ſunt huiuſmodi,ergo &c. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur autem ſic. Benè dico ꝙ Iſrael ſaluus fiet:quia(ſecundum euangelium quidem,inimici ſunt)ſupple,nunc propter vos,)ideſt,propter gentes:(ſecundum electionem autem, chariſſimi propter patres.)quaſi diceret ꝙ licet modo ſint inimici euangelii propter gentes,tamen præuiſi ſunt quod debent eſſe chariſſimi ſecundum electionem, ideſt, ſecundum gratiam,propter patres,ideſt, propter promiſſiones factas patribus. Iſta autem promiſſio, quod Iudæi debent eſſe ſic chariſſimi,implebitur in fine mũdi,quando quaſi omnes Iudæi conuertentur, & quando quaſi omnis Iſrael ſaluus fiet. Tunc ergo eſt ſupplē D da ratio,quod licet Iudæi ſint modo inimici euangelii,tamen quia promiſſiones factas patribus oportet impleri,aliquando Iudæi erunt chariſſimi, & conuertentur,& ſalui fient. Notandum autem quod in litera tanguntur duæ cauſæ cęcitatis:vna,euangelicæ prædicationis odium: altera inuidia conuerſionis gentiũ. Ideo ait,ꝙ ſunt inimici euangelii propter vos, ideſt, propter gentes,quibus inuident. Notandum etiam ꝙ in litera tanguntur duæ cauſæ conuerſionis:vna diuina electio:altera patribus facta promiſſio. Ideo ait,ſecundum electionem autem,chariſſimi propter patres. Tum ergo propter diuinam electionem,tum etiã propter patribus factam promiſſionem præuiſum eſt, ꝙ Iudęi debent aliquando eſſe chariſſimi:quæ promiſſio (vt dictum eſt)implebitur in fine mundi. Notandum etiam quòd hoc quod dicitur,Inimici autem euangelii propter vos ideſt propter gentes) dupliciter poteſt exponi. Primo,vt exponatur propter gentes,ideſt,de A inuidia,quam habent de conuerſione gentium. Secundo modo poteſt exponi propter gentes,ideſt proptee vtilitatem gentium. Nam Iudæi ſunt inimici proptee gentes,ideſt,propter vtilitatem gentium,quia (vt ſæpe dictum eſt)ex inimicitia quam habent ad euangelium Iudæi,& ex delicto Iudęorum, euenit magna vtilitas Gentibus,quia ex hoc Apoſtoli conuerterunt ſe ad gẽtes,& facta eſt ſalus eis. Deinde cum dicit.

Sine pœnitentia enim ſunt dona, & vocatio dei.

Adducit tertiam rationem,ſumptam ex diuini propoſiti inuariatione. Formetur autem ſic, Quicunq; nõ variatur nec pęnitet de eo quod propoſuit illius promiſſiones,& illius vocationem oportet impleri: Deus eſt huiuſmodi,ergo promiſſiones illas, quas fecit Deus patribus de vocatione, oportet impleri. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur autẽ ſic,Benè dico ꝙ aliquando erunt chariſſimi ſecundum B electionem,& propter patres,ideſt,propter promiſſiones factas patribus,quia(dona)ideſt, promiſſiones (& vocatio,)ideſt,electio(dei ſunt ſine pœnitentia,)ideſt, ſine variatione propoſiti: quia deus nunquam pœnitet,& nunquàm variatur à ſuo propoſito, quin velit adimplere ſuas electiones,et promiſſiones. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio,ꝙ ſi Iudęi ſunt pręuiſi eſſe chariſſimi ſecundum dei electionem, & ſecundum factas patribus promiſſiones,cum hæc in deo ſint ſine pęnitentia,& ſine variatione propoſiti,oportet hæc aliquando impleri:aliquando itaq; Iudæi erunt chariſſimi,& aliquando conuertentur. Notandum autem quod hęc expoſitio quam dedimus,quam etiam tangit gloſa, licet omnino videatur eſſe ſecundum mentem Apoſtoli, attamẽ gloſa tripliciter hunc textum exponit:primo de pœnitentia dei: ſecundo de pœnitentia noſtra interiori: tertio de pœnitentia noſtra exteriori. Primo modo continuabitur hæc litera ad hoc C quod dicitur(propter patres)vt ſit ſenſus, Bene dico quod Iudęi erant chariſſimi, & ꝙ ſalui fient propter patres.i.propter promiſſiones factas patribus, quia dona,& vocatio dei.i.promiſſiones dei, & eius electio, ſunt ſine pęnitentia,quia deus nõ pęnitet de eo quod promiſit:& quia ſic eſt,implebit has promiſſiones quas fecit patribus,& aliquando ſaluabit, & conuertet Iudæos. Secundo modo exponitur non de pœnitentia dei, ſed de pœnitentia noſtra interiori: & ſecundum hoc continuabitur hæc litera ad hoc quod ſupra dicebatur(ſecundum electionem)vt ſit ſenſus,quod Iudæi non ſecundum pœnitentiam interiorem,nec ſecundũ propria merita,ſed ſecundum electionem diuinam, & ſecundum dei miſericordiam,ſalui fient. Quod autem oporteat Iudęos,& alios ſaluandos, ſaluos fieri ſecundum electionem,non per pœnitentiam præcedentem patet,quia dona dei gratuita,& vocatio diuina, ſunt D ſine pœnitentia interius præcedente. Nam ſi pp̃ pœnitentiam interiorem pręcedẽtem daretur nobis pœnitentia gratuita, tunc gratia caderet ſub merito,& per conſequens,gratia non eſſet gratia:gratis enim datur nobis gratia,non propter pœnitentiam præcedẽtem,nec propter aliqua alia opera præcedentia. Tertio modo legitur hæc litera de pœnitẽtia exteriori:& tunc continuabitur ad id quod ſuperius dixerat(veniet ex Sion qui auertat impietatem à Iacob)hoc pacto. Ne ergo aliquis diceret, quod nunq̃ Iudæi conuertentur,nec quod vnquam venit aliquis vel veniet,qui auferat impietatem ab eis,cum non videamus eos affligi per aliquam pœnitentiam exteriorem. Ad hoc reſpondet Apoſtolus,ꝙ licet Iudæi nõ plangant exterius, & non affligantur per aliquam pœnitentiam exteriore, poterunt tamen conuerti: quia dona, & vocatio dei, ſunt ſine pœnitentia exteriori. Vnde Ambroſius ait, Gratia dei in baptiſmo non requirit gemitum, vel planctum,

planctum, vel aliud opus exterius, ſed ſolum fidem, & cordis contritionem, & omnia gratis condonat. Non ergo dicamus, non videmus Iudęos dolere de eo quod fecerunt, ergo nunquàm conuertentur, quia ſubitò poterit venire contritio, & abſq; exteriori planctu, & pœnitentia, poterunt vocari, & poterunt conſequi gratuita dona dei. Deinde cum dicit.

Sicut enim aliquando & vos non credidiſtis deo, nunc autem miſericordiam conſecuti eſtis propter incredulitatem illorũ: ita & iſti nunc non crediderunt in veſtram miſericordiam, vt & ipſi miſericordiam conſequantur.

Adducit quartam rationem quòd poterunt Iudęi conuerti: ſumitur autem hęc ratio per ſimile quod videmus in gentilibus, vnde poteſt dici hæc ratio quædã ſimilitudinaria manuductio. Formetur autem ſic, ſicut Gentiles cum erant increduli ſe habebant ad dei miſericordiam conſequendam, ita & Iudæi qui nunc ſunt increduli ſe habent vt dei miſericordiam conſequantur: ſed gentiles cum eſſent prius increduli potuerunt diuinam miſericordiam conſequi, & ſunt diuinam miſericordiam conſecuti: ergo eſſe poterit & erit quòd Iudęi, qui nunc ſunt increduli, aliquando diuinam miſericordiam conſequantur. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur autem ſic, Benè dico ꝙ Iudæi poterũt aliqñ conuerti, & poterũt aliqñ miſericordiam cõſequi, & ẽt aliquando miſericordiam conſequentur: quia (ſicut aliquando & vos) gentiles (non credidiſtis deo, nunc autem propter incredulitatem eorum,) id eſt, Iudeorum (eſtis miſericordiam conſecuti; ita & iſti) .i. Iudæi (nunc non crediderunt in noſtram miſericordiam) .i. non crediderunt vt haberent & obtinerẽt illam miſericordiam, & illam grãm, & illã fidẽ, quę vobis data eſt, (vt & ipſi) humiliati (miſericordiam conſequantur.) Notandum autem quod ſicut occaſionaliter propter incredulitatem Iudæorum gentiles ſunt miſericordiam conſecuti, ſic Iudęi occaſionaliter non credendo in miſericordiam, quæ facta eſt gentibus, immo inuidentes illi miſericordiæ, miſericordiã conſequentur: nam incredulitas Iudæorum non fuit cauſa, quare gentes miſericordiam conſequerentur, tamen (vt ſæpe ſæpius dictum eſt) quia propter incredulitatem Iudæorum Apoſtoli repulſi ſunt ab eis, & conuerſi ſunt ad gentes, occaſionaliter factum eſt, vt Gentes, propter iudęorum incredulitatem, ſint miſericordiam conſecutæ. Sic etiam in propoſito, quòd Iudæi non credant in miſericordiam quæ facta eſt gentibus, & quòd inuideant miſericordiæ, non poteſt eſſe cauſa, quare miſericordiã conſequantur: tamen ex eo quòd nunc non credunt illi miſericordiæ, & quia inuident ei, ex hoc, inſtante tempore conuerſionis, humiliores fient: & cum erant iam conuerſi, humiliores erunt, cognoſcendo eorum delictum. Occaſionaliter ergo, ex eo quòd non credunt nunc in miſericordiam factam gentibus, & quia inuident illi, operabitur ad ſalutem eis, quia (vt dictum eſt) humiliores ex hoc erunt. Vnde gloſa hoc exponens, ait, Iudæi non crediderunt in miſericordiam gentium, vt ipſi Iudæi humiliati, vnà cum Gentibus miſericordiam conſequerentur. Deinde cum dicit.

Concluſit enim deus omnia in incredulitate, vt omnium miſereatur.

Oſtenſo quale ſit diuinum propoſitum tam circa conuerſionem gentium, quàm Iudæorum: in parte iſta declarat, quòd iſtius diuini propoſiti non eſt aſſignare rationem, ſed admirationem. Circa quod tria facit: quia primo præmittit quandam diuinam ſententiam,

A quæ diuina ſententia magnam profunditatem & magnum ſtuporem prætendit & manifeſtat: ſecundò propter illam profunditatem & propter illum ſtuporem admirat & exclamat: tertio illius admirationis & exclamationis rationem aſſignat. Secunda, ibi, O'altitudo diuitiarum.) Tertia, ibi, Quis enim cognouit.) In prima parte formetur ſic ratio, Quicunq; Dominus vel principans omnia in incredulitate concludit, vt omnium miſereatur, illius domini vel principantis ſententia magnam profunditatem & magnum ſtuporẽ continet; Deus eſt huiuſmodi, ergo &c. De hac autẽ ratione ponit virtutem medii. Continuetur autem ſic, Gentiles (vt dictum eſt) prius increduli, poſtea crediderunt: & Iudęi, nunc increduli, poſtea credent: hoc enim eſt valde mirandum & ſtupendum: nam (concluſit deus omnia in incredulitate, vt omnium miſereatur): (concluſit) id eſt, permiſit concludi (omnia), id eſt, tam Iudęos, quàm gentes (in incredulitate,) id eſt, in infidelitate, (vt B omnium miſereatur) tam Iudęorum, quàm Gentium. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, quòd cum ſit, hæc ſententia magnam profunditatem & magnum ſtuporem continet. Notandum autem quòd cum Deus genus humanum multis modis ſaluare poſſit, valde ſtupendum et admirandum eſt (vt innuit Auguſtinus in de ſpiritu & litera, & habetur in gloſſa) quare hoc modo nos ſaluare voluit, vt permitteret prius omnia in incredulitate concludi, vt poſtea omnium miſereatur. Notandũ etiam hanc dei ſententiam, magnam profunditatem & magnum ſtuporem continere, tum quia quibuſdam indignis gratia datur, tum quia ab aliis etiam indignis gratia denegatur; ad quos quia ex parte diuini propoſiti rationem aſſignare non poſſumus, admiremur, & exclamemus cum Apoſtolo, dicentes. O'altitudo diuitiarum &c. Deinde cum dicit.

C O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſciẽtiæ dei: quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius!

Poſita diuina ſententia, quæ magnam profunditatẽ & ſtuporem prætendebat: in parte iſta propter illam profunditatem admiratur & exclamat. Formetur autem ſic ratio, Quicunq; diuinæ ſcientiæ & ſapientiæ altitudinem non poteſt cognoſcere, & iudicia eius non poteſt comprehendere, & diuinas vias non poteſt inueſtigare, ille diuini propoſiti, & diuini ſecreti, non debet rationem aſſignare, ſed debet admirari & exclamare: ſed nos ſumus huiuſmodi, ergo non debemus diuini propoſiti rationem inquirere, ſed debemus admirari & exclamare. De hac autem ratione ponit virtutẽ medii. Continuetur autem ſic, Dictum eſt quod omnia deus in incredulitate cõcluſit, vt omnium miſereatur: ſed cum huiuſmodi diuini propoſiti, quare deus ſic D propoſuit, & ſic voluit, & ſic diſpoſuit, aſſignare rationem non poſſumus. Ideo exclamemus, & dicamus, (o altitudo diuitiarum, id eſt, o profunditas abundantiæ & copioſitatis (ſapientiæ & ſcientiæ dei) quaſi dicat, ꝙ valde profunda et copioſa eſt diuina cognitio: (quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius,) id eſt, valde incõprehenſibilis eſt diuina diſpoſitio: (& inueſtigabiles viæ eius) id eſt, valde inueſtigabilis eſt diuina executio. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, ꝙ ſi ſic profunda & copioſa eſt diuina cognitio, ſic incomprehenſibilis diſpoſitio, ſic inueſtigabilis diuina executio, conſequens eſt, quòd diuini propoſiti non poſſumus aſſignare rationem, ſed admirationem. Notandum autem quòd hæc tria ſe habent per ordinem, videlicet, Cognitio, Diſpoſitio, Executio. Nam cum aliquis principatur & habet aliquos regere, primo habet in ſe ſapientiam & cognitionem: poſteà ſecundum illam ſapientiam diſponit & iudicat, qualiter debeat alios regere; vltimò ſicut diſpoſuit & iudicauit, ſic exequitur & eos regit & gubernat. Deus autem omnia hæc habet modo altiſſimo:

nā primo eſt profunda & copioſa ſua ſcientia & ſua ſa-
pientia, ideſt, ſua cognitio: ſecundo ſunt profunda ſua
iudicia, per quæ iudicat & diſponit res gubernandas,
vnde eſt incomprehenſibilis ſua diſpoſitio: tertio ſunt
inueſtigabiles viæ per quas exequitur, propter quod
inueſtigabilis eſt ſua executio. Notandum etiam quòd
diuitiæ in quadam copioſitate ſonant: ille enim eſt di
ues in aliquibus, qui eſt copioſus in illis, vt poteſt pate
2.cap.14. re in pluribus locis lib. Rhetoricorum. Dicitur ergo
altitudo diuitiarum ſapientię & ſcientiæ dei, quia eſt
magna profunditas magnæ abundantiæ & copioſita-
tis illius ſapientiæ & illius ſcientiæ. Notandum etiam
ꝙ ſapientia eſt de diuinis, ſcientia de humanis, vt vult
Auguſtinus. 15. de Trinitate, cap. 19. Cum ergo Deus
profunde & copioſe cognoſcat tam diuina quàm hu-
mana, dicitur magna eſſe altitudo ſapientiæ & ſcien-
tiæ illius. Notandum etiam quòd aliquando inueſtiga
re idem ſonat quod quaſi intus ire, vel quaſi per veſti-
gia pergere: aliquando idem ſonat inueſtigare, quod B
non veſtigare, vel quod non per veſtigia ire: & ſic ſumi
tur hoc loco, cum dicitur, inueſtigabiles vię eius. Viæ
enim diuinæ ſunt inueſtigabiles, ideſt, ſunt non veſtiga-
biles: vel ſunt inueſtigales, quia nō ſunt per veſtigia cō
Iob. 11. b. prehenſibiles; iuxta illud Iob, Forſitā veſtigia dei com
prehendes, & vſq; ad perfectum, Omnipotentem repe-
ries? quaſi dicat, non poteris hoc facere. Deinde cum
dicit.

Quis enim cognouit ſenſum domini?

Præmiſſa admiratione: hic incipit aſſignare ratio-
nem illius admirationis. Circa quod tria facit, ſecun-
dum quod tria in admiratione contigerant, quorum
hic aſſignat rationem. Primo oſtendit quòd eſt alta &
copioſa diuina ſapientia, & diuina ſcientia, ideſt, diui-
na cognitio. Secundo declarat, quòd ſunt incompre-
henſibilia diuina iudicia. i. quod eſt incomprehenſibi-
lis diuina diſpoſitio. Tertio manifeſtat quòd ſunt in- C
ueſtigabiles diuinæ viæ. i. quod eſt inueſtigabilis eius
executio. Secunda, ibi, Aut quis conſiliarius.) Tertia
ibi, Aut quis prior.) In prima parte intendit talē ratio
nem, Cuiuſcunq; ſenſus. i. cuiuſcunq; ſapientia & ſcien-
tia, propter ſui profunditatem, non poteſt cognoſci,
illius ſapientia & ſcientia eſt alta & copioſa: Deus eſt
huiuſmodi, ergo &c. De hac autem ratione ponit vir-
tutem medii. Continuetur autem ſic, Benè dico quòd
eſt magna altitudo ſapientiæ & ſcientiæ dei, quia (quis
cognouit ſenſum domini) i. domini ſapientiam & ſciē
tiam? quaſi dicat, Nullus. Tunc eſt ſupplenda ratio, ꝙ
cum domini ſenſus. i. domini ſapientia & ſcientia ſit
tanta, quòd nullus poteſt eam cognoſcere, patet, quòd
magnam eſt altitudo, & magna eſt copioſitas ſapientię
& ſcientiæ eius. Deinde cum dicit.

Aut quis conſiliarius eius fuit?

Eſa. 40. d. Oſtendit quòd ſunt incomprehenſibilia iudicia eius D
vel quòd eſt incomprehenſibilis eius diſpoſitio. For-
metur autem ſic ratio, Quicunq; non habet alium con
ſiliarium, ſed omnia diſponit ſecundum conſilium vo
luntatis ſuæ, & ſecundum altitudinem ſapientię ſuę, il-
lius iudicia ſunt incomprehenſibilia, & eius diſpoſitio
nes ſunt incomprehenſibiles. Deus eſt huiuſmodi ergo
&c. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Con-
tinuetur autem ſic, Benè dico quòd ſunt incompre-
henſibilia iudicia dei, quia (Quis cōſiliarius eius fuit?)
quaſi dicat Nullus. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, ꝙ
cū nullus fuerit dei conſiliarius aut nullus fuerit eius
ſecretarius, oportet quòd ſint incomprehenſibilia iu-
dicia eius. Notandum autem, ꝙ ſiquis vellet ſcire ſecre
ta alicuius, oporteret quòd vel ille cognoſceret ſen-
ſum eius, vel quicquid ille cogitaret ille cognoſceret,
vel quòd ipſe eſſet ſecretarium & conſiliarius eius: &
quia nullus cognouit ſenſum domini. i. nullus cogno
uit cogitationes eius, nec conſiliarius eius fuit, ſecreta

A ſunt iudicia eius: & quod ipſe in ſe faciendo diſpoſuit,
ſcire non poſſumus, niſi inquantum per ſuam miſeri-
cordiam vult ipſe nobis aliqua reuelare. Deinde cum
dicit.

Aut quis prior dedit illi: & retribuetur 1. cor. 2.
ei? Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia: ipſi honor & gloria in ſe-cula ſeculorum. Amen.

Adducit tertiam rationem, oſtendens ꝙ nō ſolū eſt
alta ſapiētia & ſciētia dei, qa nullus cognouit ſenſum
domini: & non ſolum ſunt incomprehenſibilia iudicia
eius, quia nullus conſiliarius eius fuit: ſed etiam ſunt
inueſtigabiles vię eius, quia nullus prior dedit illi. Ad
cuius euidentiam ſciendum, quòd ſi aliquis, qui prior
eſſet deo, tribueret ei qualiter deus deberet agere quæ
ſunt agenda, et per quas vias deberet exequi quæ ſunt
B exequenda, forte viæ illę eſſent inueſtigabiles: ſed cum
totum ſit ab ipſo, quoniā ex Ipſo, & p Ipſum, & in Ipſo
ſunt omnia, nullo modo poſſumus eius vias inueſtiga-
re, niſi ipſe inquantum per ſuam miſericordiam vult
nobis aliqua reuelare. Formetur autem ſic ratio, Qui
cunq; non habet aliquem priorē, qui det ei virtutem
qualiter agat, vel tribuat ei qualiter operetur, ſed po-
tius ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia, illius
viæ ſunt inueſtigabiles: huiuſmodi autem eſt Deus, er-
go &c. De hac autem ratione ponit virtutem medii.
Continuetur autem ſic, Benè dictum eſt, ꝙ inueſtigabi-
les ſunt viæ eius, quoniam (quis prior dedit illi,) ideſt,
dedit deo (ſupple) qualiter agat, & qualiter res guber-
net, & per quas vias debet incedere in gubernando
res: (et retribuitur ei,) ideſt, reddetur ei de hoc merces?
quaſi dicat, Nullus hoc deo dedit: immo omnia ſunt
ab ipſo. Ideo ſubdit, Quoniam ex ipſo, et per ipſum,
et in ipſo ſunt omnia. Et quia ſi nullus prior dedit illi,
C ſed omnia ſunt ex ipſo, ipſi debetur honor, et gloria
in ſecula ſeculorum. Amen. Tunc ergo eſt ſupplenda
ratio, quòd cum nullus prior dederit Deo per quas
vias debeat res gubernare, immo totum ſit ex ipſo, &
per ipſum, & in ipſo, oportet eſſe inueſtigabiles vias
eius. Notandum autem, quòd ex eo quòd aliquis eſt
pater aliorum, et ex eo quòd alia ſunt ex ipſo, debetur Cap. 16.
ei honor, iuxta illud Malachię, Si ergo pater ego ſum,
vbi eſt enim honor meus? Sed ex eo quod aliquis ea
quæ habet non accepit ab alio priore, debetur ei glo
ria, iuxta illud. 1. Cor. Si autem accepiſti, quid gloria- Cap. 4.
ris quaſi non acceperis? quaſi dicat, ſi non accepiſſes ab
alio priore poſſes gloriari. Cum ergo apoſtolus duo
dixiſſet de deo, videlicet ꝙ nullus prior ei dedit, & ꝙ
omnia ſunt ex ipſo, duo concludit de eo, videlicet ꝙ
debetur honor & gloria: honor inquantum omnia
ſunt ex ipſo, & ipſe eſt pater omnium: gloria inquantū
D quæ habet non accepit ab alio priore & nullus prior
ei dedit. Notandum etiam ꝙ gloſſa hanc literam ſic vi
detur introducere, quòd per ea quæ prædixit, arguat
quòd iudicia dei ſuper ſalutem generis humani ſunt
ſupra ſenſum & cognitionem noſtram; ſed in parte iſta
intendit oſtendere, ꝙ ſint ſupra meritum. Ad cuius eui
dentiam ſciendum, quòd ex hoc meremur, inquantum
fidem & bona opera noſtra Deo offerimus: ſed in hoc
ipſe præuenit nos, nos autem non præuenimus eum,
iuxta illud. 1. Ioan. 4. non quaſi nos dilexerimus deum
ſed quoniam ipſe prior dilexit nos. Non ergo ex no-
ſtris meritis poſſumus inueſtigari, & iudicia dei de iu-
ſtificatione noſtra ſunt ſupra meritum. Ideo ait, (quis
prior dedit illi) ſupple, fidem, & bona opera (& retri-
buetur ei) ex hoc merces? quaſi dicat, nullus poteſt de
propriis meritis gloriari, & nullus poteſt dicere, quòd
ei debeatur merces, quia prior deo dederit, ideſt, obtu-
lerit deo fidem, & ſua bona opera, immo nihil eſt à no-
bis prior et principaliter, ſed totum eſt à deo: quo-
niam

niam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo omnia ſunt: et quia totum eſt à deo, ideo non nobis, ſed ei ex hoc debet eſſe honor, & gloria in ſecula ſeculorum. Amen. Notandum etiam, quod omnia ſunt ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo: nam omnia ſunt ex ipſo tanquàm ex cauſa efficiente, & per potentiam quæ appropriatur Patri: omnia ſunt p ipſum tanquàm per cauſam exemplarem, & diſponentem, et p ſapientiam quæ appropriatur Filio: omnia ſunt in ipſo tanquàm in cã finali, & in conſeruante, & tanquàm in eius bonitate, quæ appropriatur Spirituiſancto. A

Dubitare forte aliquis de eo quod in litera dicitur, Aut quis conſiliarius eius fuit? quod gloſa exponens, ait, Vnigenitus eſt patris conſiliarius; de quo ſcriptum
Iſa. 9. eſt, Vocabitur nomen eius magni conſilii Angelus. Sed contra: videtur quòd nullus ſit dei conſiliarius, & quòd in deo non cadat conſilium: quia ſecundum
Lib. 2. cap. 22 Damaſcenum conſiliari eſt naturæ ignorantis, ſed in deo non cadit ignorantia, ergo ei non competit conſiliari. Dicendum quòd conſilium, quantum ad præ- B
ſens ſpectat, tria videtur importare, videlicet, cognitionem inquiſitam, cognitionem firmam, & cognitionem ſecretam. Nam ideo conſiliamur, quia ignoramus, quid agere debeamus: & ideo per conſilium inquirimus quid agendum. Rurſum conſilium videtur importare cognitionem firmam, quia poſtquàm conſiliati ſumus, firmiter adhęremus, quod ſic agere debemus. Tertiò conſilium importat cognitionem ſecretam, quia illa dicuntur eſſe ſub conſilio, quæ alii non ſunt nota. Cum ergo quæritur, Vtrum in Deo cadat conſilium. Dici debet, quòd ſi conſilium dicat cognitionem inquiſitam, quia hoc eſt naturæ ignorantis, in Deo non cadit conſilium. Sed ſi conſilium dicat cognitionem firmam, & ſecretam, in deo maxime cadit conſilium; quia ipſe maxime firmus in ſuo propoſito, & maxime ſecreta ſunt eius iudicia. Sic ergo dei C
filius eſt conſiliarius patris, quia eſt ſecretarius, & ſunt ei nota omnia ſecreta ipſius.

Vlterius forte dubitaret aliquis, vt magiſter in gloſa tangit, quare Apoſtolus ait magis, (ex ipſo eſſe) quàm (de ipſo eſſe. Dicendum autem ſecundum gloſam, quod non idem penitus ſignificat (ex ipſo) quòd de ipſo: nam (eſſe ex ipſo) ſe habet in plus, quàm (eſſe de ipſo): ex ipſo enim ſunt cælum, & terra, quia ipſe fecit ea: non autem ſunt de ipſo, quia ſint de ſubſtantia ſua. Vnde gloſſa ponit exemplum, quòd ſi aliquis homo gignat filium, & faciat domum: ex ipſo eſt filius, & ex ipſo eſt domus: ſed filius ita eſt ex ipſo, quòd eſt de ſubſtantia eius: domus autem ita eſſet ex ipſo, quòd non eſſet de ipſo, quia non eſſet de ſubſtantia eius, ſed eſſet de terra, & de lignis. Cum ergo Apoſtolus hic loquatur de vniuerſali progreſſu rerum à primo Principio, competentius hic dicitur omnia ex ipſo eſſe, quàm de ipſo: immo falſum eſt quòd om- D
nia ſint de ipſo, cum oía non ſint de diuina ſubſtãtia.

Vlterius forte dubitaret aliquis de eo quod Apoſtolus ait, Ex ipſo, & p ipſum, & in ipſo ſunt omnia.) quod gloſſa exponens, ait, Hoc non eſſe confuſe accipiendum. Et ſumpta eſt hæc gloſſa ab Auguſt. in lib. de Trinit. qui ait, omnia eſſe ex ipſo pp patrem, per ipſum propter filium, in ipſo propter ſpiritum ſanctum. Sed contra: etiam gloſſa ſuper eodem loco, & ſumpta eſt ab Aug. in lib. de Trinit ait, non intelligas ſic omnia eſſe ex patre, vt neges omnia eſſe ex filio vel ex ſpiritu ſancto, immo omnia ſunt ex patre, et propter patrem, & in patre: ſimiliter & de filio, & de ſpiritu ſancto dici poteſt. Videtur φ in his verbis ſit aperta contradictio: quia primò dicit hoc (ex ipſo, et per ipſum, & in ipſo) non eſſe confuſe accipiendum ſed adaptãdũ eſſe tribus perſonis: & poſtea dicit, quòd omnia hęc tria de vna perſona concedi poſſunt. Dicendum quòd non eſt inconueniens, vt per hæc tria

A inſinuetur diſtinctio perſonarum, & tamen omnia tria competant vnicuiq; perſonæ: nam cum omnia ſint ex ipſo propter potentiam, & per ipſum propter ſapientiam, & in ipſo propter bonitatem, ſicut potentia appropriatur patri, ſapientia filio, bonitas ſpiritui ſancto: ſic ex ipſo appropriatur patri, per ipſum filio, in ipſum ſpirituiſancto: & ſicut in vnaquaq; perſona ſunt hęc tria, quia in patre eſt potentia, ſapientia, & bonitas: ſic de qualibet perſona poſſunt dici hæc tria vnde omnia poſſunt dici eſſe ex patre, per patrem, & in patre: ſic et de filio, & de ſpiritu ſancto dici poteſt. Ad formam autem arguendi, ſciendum, quòd non eſt inconueniens eſſe idem commune, & ſpeciale, aliter & aliter acceptum: vt potentia propriè ſumpta eſt vna communis omnibus tribus, tamen propter appropriationem ſpecialiter dicitur potentia conuenire patri: ſic & ſapientia eſt vna communis omnibus, & tamen propter aliquam ſpecialem rationem appropriatur ſpecialiter filio, non quòd magis competat ſapientia filio φ
B patri, ſed quia cum filius procedat per modum intellectus, ſapientia habet quandam ſimilitudinem cum proprio filii: ſic & bonitas appropriatur ſpirituiſancto, quia cum ipſe procedat per modum amoris, & amare ſit idem quod velle bonum, bonitas habet quandam ſimilitudinem cum proprio ſpiritus ſancti, vnde appropriatur ei: quare ſicut potentia, ſapientia, bonitas, quæ ſunt communia tribus, diſtinctim tamen tribus perſonis appropriari poſſunt: ſic ex ipſo, per ipſum, & in ipſo ſunt communia tribus, diſtinctim tamen tribus perſonis appropriari poſſunt.

LECTIO. XXXIX.

C

OBſecro itaq; vos fratres per miſericordiam dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem, ſanctam, deo placentem, rationabile obſequium veſtrum. CAP. XII.

Poſtquàm Apoſtolus Romanos in ſe diſcordes ad pacem & concordiam induxit: in parte iſta iam pacificatos, in moribus & in fide inſtruit. Circa quod duo facit, quia primò inſtruit eos, veritatem annunciando: ſecundò inſtruit eos, quaſdas perſonas immitabiles in
D exemplum proponendo, ibi, in 16. cap. Cõmendo aũt vobis Phoeben.) Circa primum tria facit, ſecundum quòd eos tripliciter inſtruit, veritatem annunciando: nã primò inſtruit omnes generaliter, qualiter ad deũ, & ad proximũ debeant ſe habere; ſecundo inſtruit minores ſpecialiter, quomodo debeãt maioribus obedire; tertio inſtruit maiores principaliter, qũo debeant minores, & infirmiores ſuſcipere. Secunda pars incipit in principio. 13. cap. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit.) Tertia in principio. 14. cap. Infirmum aũt in fide aſſumite.) Circa primum tria facit, ſecundum quòd tria documenta danda ſunt omnibus generaliter: nã oẽs gñaliter debẽt ſe debite habere primo ad deum: ſecundo ad proximos bonos, vt ad amicos: tertio, ad proximos malos, vt ad inimicos. Secũda ibi, Habentes donationes) Tertia ibi, Benedicite perſequentibus vos.) Ad deum autem conuenit nos habere dupliciter, ſecundum φ duo ab eo accepimus, corpus, videlicet, & animam, vtrunq; ei offerre debe-

mus: debemus.n.offerre corpus,carnem noſtram domando:ſecundo debemus ei offerre animam,deuote & fideliter viuendo: ideo circa primum duo facit: nam primò obſecrat ꝙ offeramus & exibeamus deo corpora noſtra,carnem noſtram debitè domando: ſecundo offeramus animam,fideliter viuendo. A

Circa primum quinq; facit,ſecundum quòd quinq; requiruntur,ſi volumus corpora noſtra debite offerre deo,carnem noſtram debite domando. Nam primo debemus carnem noſtram à vitiis ſeparare: ſecundo debemus eam ad bona opera ordinare: tertio debemus in his perſeuerare;quarto debemus propter bonam intentionem facere:quinto debemus in iis diſcretionem habere,quia debemus caſtigare & domare carnem,& non mortificare nec occidere.Continnetur autem ſic litera,ita vos Romanos ad pacem adduxi; et quia iam pacificati eſtis volo vos in fide, & in moribus inſtruere.Ideo(obſecro).i.rogo (vos fratres per B miſericordiam dei,)ideſt,per apoſtolatum mihi à deo miſericorditer commiſſum. Vel(obſecro vos per miſericordiam Dei).i.per miſericordiam vobis à deo factam,(vt exhibeatis).i.offeratis(corpora ueſtra).i.carnem veſtram,vt(hoſtiam)ipſam carnem à vitiis ſeparādo:& offeratis eam,vt hoſtiam(ſanctam)in huiuſmodi bonitatem firmiter perſeuerando: et vt hoſtiam(deo placentem)hoc bona & recta intentione faciendo:(rationabile ſit obſequium veſtrum)omnibus his rationem,& diſcretionem habendo. Notandum autem ꝙ Apoſtolus vtitur huiuſmodi obſecratione propter tria:propter propriam vtilitatem primo,quia inferiorum eſt obſecrare,iuxta illud Prouerbiorum, Semper

Prou. 18. cum obſecrationibus loquitur pauper: ſecundo propter conuertendi facilitatem, quia cum hominis animus ſit generoſus,facilius ducitur,quàm trahatur: tertio propter Romanorum dignitatem, nam quia Romani erant caput mundi,erant magis per obſecrationem,quàm per comminationem inducendi, quia ſeniores non ſunt increpandi ſed obſecrandi,iuxta illud C 1.Timoth.5.Seniores ne increpaueris, ſed obſecra vt patres. Notandum etiam quod per hoc quod dicit, quod corpora noſtra offeramus tanquàm hoſtiam, datur intelligi,quòd carnem noſtram debeamus à vitiis ſeparare:nam ſicut res illa,que debet offerri vt hoſtia, ſeparatur ab aliis rebus mundanis, & deo dedicatur: ſic carnem noſtram tunc offerimus vt hoſtiam,quando ſeparamus ipſam à vitiis mundi huius,et eam domino dedicamus.Notandum etiam, quòd eo quod ſubdit, quòd debemus corpora noſtra offerre non ſolum vt hoſtiam ſed vt hoſtiam viuentem,datur intelligi,quòd carnem noſtram non ſolū debemus à vitiis ſeparare, ſed etiam debemus eam ad bona opera ordinare:nā illud eſt viuum,qđ habet ſenſum & motum, iuxta illud 1.de Anima,vbi diſtinguitur animatū à nō aiato,ſenſu et motu.Tunc ergo caro noſtra eſt hoſtia viua,quādo ſentiendo dulcedinem ſpiritualium bonorum, D mouemus membra corporis noſtri, & ordinamus carnem noſtram ad operationes bonas.Notandum etiam quòd(ſanctum)dicitur,quia ſanctum,& firmatum.tunc ergo carnem noſtram offerimus vt hoſtiam viuentem, et ſanctam,quando ipſam non ſolum à vitiis retrahimus,& ad bona opera ordinamus,ſed etiam in hoc fir

1.Eth. cap.1. miter perſeueramus.Notandum etiam quod finis eſt illud quod per ſe & primo placet, cetera autem deſiderātur et placēt in ordine ad finē:vnde et Philoſophus

Cap.6. 1.Pol.vult quòd finis appetatur in infinitum, cætera vero in ordine ad finem. Et quia placentia primo et per ſe competunt fini,tunc carnem noſtram offerimus vt hoſtiam deo placentem, quando facimus hoc propter bonum finem, & propter bonam intentionem. Notandum etiam quòd Ratio eſt illa quę ponit medium in rebus,vnde & virtutes ſunt habitus electionis exiſtentes in medietate ſecundum rationem:et quia ra

A tio eſt illa que diſcreta præcipit, et quæ moderatur res,& inuenit medium inter ſuperfluum & diminutum non ſufficit offerre carnem noſtram vt hoſtiam,domādo eam et caſtigando,& à vitiis ſeparando,niſi huiuſmodi obſequium ſit rationabile, ideſt,niſi ſit cum ratione & diſcretione factum,ita ꝙ huiuſmodi domatio, & oblatio,non ſit nimis ſuperflua,nec nimis diminuta, ſed ſit moderata, & diſcreta, vt recta ratio iudicabit. Notandum etiam quod de his omnibus poſſet vna talis ratio formari,Quicunq; volunt corpora ſua debite exhibere et offerre,debent offerre ea vt hoſtiam viuentem,ſanctam,deo placentem,& vt rationabile ſit obſequium eorum:ſed vos Romani cum habeatis corpora veſtra à Deo,debetis deo illa debite offerre: ergo debetis offerre illa vt hoſtiam viuentem, et cet. Deinde cum dicit.

B **Et nolite conformari huic ſeculo:ſed reformamini in nouitate ſenſus veſtri, vt probetis quæ ſit voluntas dei bona, & beneplacens,& perfecta.**

Oſtendit qualiter debeamus deo offerre animam, ſancte viuendo,et fideliter ſentiendo.Circa(quod duo facit,quia primo oſtendit,quomodo debeamus ſancte viuere. Secundo declarat,quomodo debeamus fideliter ſentire,et ſobrie ſapere,ibi,Dico enim per gratiā.) In prima parte intendit talem rationem, Quicunq; vult probare.i.guſtare & experiri quæ ſit voluntas dei bona,beneplacens,& perfecta,debet animam ſuam offerre deo,et non debet conformari huic ſeculo,ſed debet conformari in nouitate mentis: ſed vos debetis velle probare quę ſit voluntas dei bona,beneplacens,& perfecta:ergo debetis animam veſtram offerre deo,et non debetis conformari huic ſeculo, ſed reformari in nouitate mentis. De hac autem ratione ponit virtutem medii.Continuetur autem ſic,dictum eſt quòd debetis C exhibere.i.offerre corpora veſtra deo,et debetis ei offerre animam:& quia ſic eſt(nolite conformari huic ſeculo).i.nolite accipere formam concupiſcentiæ ſecularis,(ſed reformamini).i.cū eſſetis deformati in Adā, nunc reformamini,ideſt, renouamini,(innouitate ſenſus veſtri).i.mentis veſtrę: vel (reformamini).i.de die in diem, & iterum formamini ad imaginem dei, ad quam formati eſtis: reformamini dico (vt probetis) ideſt, experimento diſcatis(quæ ſit voluntas dei bona, beneplacens, & perfecta. Notandum autem quòd ſicut prima ratio ſupponens quòd deberemus corpora noſtra offerre deo, declarat modum per quē debemus ea offerre, quia debemus ea offerre vt hoſtiam viuentem,ſanctam,&c.ſic hęc ratio ſupponēs quòd debemus offerre deo etiam animas, declarat modum per quem debemus offerre illas, quia debemus offerre eas non conformando nos huic ſeculo, ſed re

D formando in nouitate mentis noſtrę.cauſa autem,quare debemus ſic reformari,eſt,vt probemus quæ ſit voluntas dei bona, beneplacens,& perfecta. Notandum etiam quòd anima eſt quaſi quoddam ſpeculum: ideo habetur in. 3.de Anima, ꝙ anima eſt quodammodo Tex.18. omnia,quia ſuſcipit in ſe ſpecies omnium aliorum: ſicut ſpeculum ſuſcipit in ſe ſimilitudines aliarum rerū. Speculi autem natura eſt, quòd ad quæ ſe conuertit, illis ſe conformat, & illorum ſimilitudinem ſuſcipit: quibuſcunq; igitur ſpeculum ſe offert,et ad quæcunq; ſe conuertit,illis ſe cōformat or:ſic et anima ſi ſe offerat,& ſi ſe det rebus ſecularibus, conformatur illis; ſi autem ſe offerat rebus diuinis, reformatur & decoratur ſecundum illas.Volens ergo Apoſtolus oſtendere, quòd debemus animam noſtram offerre deo, ait,quòd non debemus conformari huic ſeculo, ſed reformari, ideſt,iterum formari.i.fieri formoſi & pulchri in nouitate mentis noſtræ.Notandum etiam, quòd animalis 1.Cor.2.

homo

2.de An.104. homo non ſapit ea quę dei ſunt:ſicut enim lingua cū A
eſt affecta aliquo humore prauo non ſapiunt ei quæ
ſunt vere dulcia, et quæ ſunt vere delectabilia: ita
anima cum conformatur huic ſeculo, et cum eſt affe-
cta rebus terrenis, non probat.i.non guſtat.i.non ha-
bet ſaporē in rebus ſpūalibus,quæ ſunt ſecūdū dei vo
luntatem bonam, beneplacentem,& perfectam: vt er-
go huiuſmodi bona ſpiritualia guſtemus,& habeamus
in eis ſaporem,non debemus huic ſeculo conformari.
Notandum etiam quod hoc quod hic dicitur, Nolite
conformari huic ſeculo,ſed reformamini in nouitate
ſenſus veſtri.)accipiendo demonſtrationem large, eſt
demonſtrationis concluſio: quod verò ſubditur, Vt
probetis quæ ſit voluntas dei,&c.eſt quaſi demonſtra-
tionis principium:quia propter hoc non debemus cō
formari huic ſeculo, vt poſſimus probare.i.vt poſſi-
mus guſtare,et habere ſaporem in his quæ ſunt ſecun-
dum dei voluntatem.Si vō aggregetur ſimul, erit qua
ſi tota demoſtratio poſitione differens. Notandum B
etiam,ꝙ quando cibus ſapit guſtui,tunc eſt bonus:quā
do autem magis placet,tunc eſt beneplacens: quando
verò optime ſapit,tunc eſt perfectus. Quamdiu ergo
ſumus huic ſeculo conformes,ſpiritualia quæ ſunt ſe-
cūdū dei volūtatē,nobis ſapiūt,& iō nō videtur bona:
nec magis nobis ſapiunt, & ideo non videntur nobis
beneplacentia:et multomagis non optime ſapiunt,et
ideo non videntur nobis perfecta.Sed quando retra-
hi incipimus ab iſtis ſecularibus,tunc guſtamus & pro-
bamus quòd voluntas dei eſt bona:quando autem ma-
gis proficimus et retrahimur,tunc probamus ꝙ volū-
tas dei eſt beneplacens:ſed quando iam ſumus perfe-
cti,iam probamus et experimur ꝙ dei voluntas.i.bo-
na ſpiritualia quæ ſunt ſecundum dei voluntatem,
ſunt ſuauiſſima & perfecta.Eſt ergo intentio Apoſtoli
ꝙ debemus reformari.i.debemus iterum & iterum de
bono in melius formari.i.formoſi eſſe; et debemus
de bono in melius proficere, vt nobis incipientibus C
appareat voluntas dei bona,proficientibus appareat
beneplacens,nobis autem iam perfectis appareat ſua-
uiſſima et perfecta.Vel aliter, nam hominibus malis,
et his qui ſunt conformes huic ſeculo primo non ſa-
piunt ea quę ſunt bona ſecundum naturam,quia vitiū
contra naturam eſt,& ipſi à rectitudine deuiant: ſe-
cundo non ſapiunt ei bona gratiæ, quia ipſi à gratia
ſe elongant:tertio non ſapiūt ei bona gloriæ, quia ip
ſi ad illa bona ſe non ordinant. Nos ergo non debe-
mus conformari huic ſeculo,vt probemus quę ſit vo-
luntas dei bona,quantum ad bona naturæ: benepla-
cens quantum ad bona gratiæ: perfecta, quantum ad
bona gloriæ.Tunc enim ab iſtis ſecularibus receden-
do,omnia incipient nobis ſapere, vel in re quantum
ad bona naturæ et gratiæ,vel in ſpe quantum ad bo-
na gloriæ. Deinde cum dicit. D

Dico enim per gratiam quæ data eſt mihi,omnibus qui ſunt inter vos, Non plus ſapere quàm oportet ſapere,ſed ſapere ad ſobrietatem.

Oſtenſo quomodo debemus offerre deo animā no-
ſtram ſancte viuendo:in parte iſta declarat, quomodo
debemus ei animam offerre fideliter ſentiendo, & ſo-
briè ſapiendo.Ad cuius euidentiam ſciendum ꝙ ſi ho-
mo non præſumeret de ſuo ſenſu,& vellet ſobriè ſape
re,& nollet excedere menſuram ſapientiæ ſibi diuini-
tur collatę,nec menſuram gratuitorum donorum ſi-
bi diuinitus infuſorum,ſemper fideliter ſentiret & nun
quàm à fide deuiaret:eum enim qui talis eſſet, ſpiritus
ſancti ignis cōbureret,iuxta illud qđ figuraliter dictū
Exo.12. eſt de agno paſcali,Si quid autem reſiduī fuerit, igni
comburetis.Apoſtolus ergo volens nos a ſuperſtitio
ne retrahere,& ad ſobrietatē inducere,tria facit: quia

A primò,quòd debemus ſobriē ſapere,declarat: ſecundo
ſecundum quam menſuram ſit iſta accipienda ſobrie-
tas manifeſtat:tertio,quod dixerat,per ſimile probat.
Secunda, ibi.Et vnicuiq;.)Tertia ibi. Sicut enim.)In
prima parte intendit talem rationem, Quicūq; in diui
nis myſteriis non vult præſumptuoſus eſſe,& non vult
de ſuo ſenſu confidere,non debet plus ſapere, quàm
oportet ſapere,ſed debet ſapere ad ſobrietatem: ſed
(ſupple)vos Romani non debetis in talibus ſuperſti-
tioſi eſſe,non debetis de vobis ipſis confidere,ergo nō
debetis plus ſapere q̃ oportet ſapere ſapere, ſed ad ſo-
brietatē.Hoc ergo ē qđ ait(dico enim per gratiā)ſup
ple,apoſtolatus.i.dico in auctoritate apoſtolica(quæ
data eſt mihi,omnibus qui ſunt inter vos)ſupple,in di
ninis myſteriis,& in diuinis rebus: (non plus ſapere q̃
oportet ſapere ſed ſapere ad ſobrietatē).i.ad menſu
ram & ſine præſumptione.quaſi diceret quòd ſi vultis
in diuinis rebus habere menſuram, & non vultis eſſe
B pręſumptuoſi,non debetis plus ſapere quàm oportet
ſapere,ſed ſapere ad ſobrietatem,& non debetis tranſ-
gredi limites vobis pręfixos. Notandum autem hoc
Apoſtoli pręceptum(vt gloſa tangit) tranſgreſſi ſunt
Hęretici:& quia non omnes Romani erant tales, ideo
non dicit Apoſtolus,omnibus vobis,ſed omnibus qui
inter vos ſunt.i.qui inter vos tales ſunt. Deinde cum
dicit.

Et vnicuiq;,ſicut deus diuiſit menſuram fidei.

Oſtendit ſecundum quam menſuram accipienda ſit
iſta ſobrietas.Formetur autem ſic ratio, cuicunq; deus
diuiſit menſuram fidei,et menſuram aliorum bonorū;
ſecundum illam menſuram eſt ſobrie ſapiendum: ſed
vnicuiq; diuiſit deus menſuram fidei, & menſuram a-
liorum ſpiritualiū bonorum: ergo ab vnoquoq; ſecū
C dum illam menſuram eſt ſobrie ſapiendum.De hac au
tem ratione ponit virtutem medii. Continuetur autē
ſic,Bene dico ꝙ eſt ſobrie ſapiendum,quia(& vnicuiq;,
ſicut diuiſit deus menſuram fidei)ſic,ſupple, ſecundum
illam menſuram,ſobrie ſapiat.Notandum autem ꝙ ſo-
li Chriſto datus eſt ſpiritus.i.data ſunt ſpiritualia do-
na non ad menſuram,iuxta illud Ioannis, non enim Ioan.3.
ad menſuram dat deus ſpiritum.Cæteris autem homi-
nibus data ſunt ſpiritualia dona ad menſuram, & nul-
li conceſſa ſunt omnia, vel nulli conceſſus eſt vſus
omnium, ſed fortè aliquis habet gratiam exhortan-
di, aliquis dicendi, aliquis vero alius prophetan-
di.Secundum ergo illam gratiam ſibi conceſſam in iis
que dei ſunt,debet ſobrie ſapere, & debet ſe ſobrie in-
tromittere. Notandum etiam ꝙ per menſuram fidei
poſſumus intelligere omnia dona ſpūalia à Deo ſecū
dum menſuram conceſſa nobis:omnia enim huiuſmo
D di dona ſunt fidei, quia ſunt ad fidei ędificationem,
vel ſunt ad fidei vtilitatem,iuxta illud primæ Corint.
12.vnicuiq; autem datur manifeſtatio ſpiritus ad vtili
tatem.Vel per menſuram fidei poſſumus intelligere
ad literam,ipſam fidem:quæ nobis,ſicut & alia dona,
ad menſuram conceditur.Hanc ergo menſuram ſequē
do,debemus ſobrie ſapere,& non debemus de noſtro
ſenſu confidere.Notandum etiam ꝙ bene dicit (diuiſit
deus)quia nulli conceduntur omnia huiuſmodi ſpiri-
tualia dona, ſed diuiſiones gratiarum ſunt: idem au-
tem ſpiritus,eſt qui operatur omnia in omnibus.Dein
de cum dicit.

Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent:ita multi vnum corpus ſumus in chriſto, ſinguli autem alter alterius membra.

Quod dixerat probat per ſimile: oſtendit enim per ſimile in corpore naturali, quòd huiuſmodi dona ſpiritualia diuerſa ſunt & non omnibus omnia conceſſa. Formetur autem ſic ratio, ſicut ſe habent membra corporis naturalis ad corpus naturale, ita ſe habent membra corporis myſtici ad corpus myſticum: ſed membra corporis naturalis non habent eundem actum, ſed habent diuerſa officia: ergo & membra corporis myſtici non habent eundem vſum donorum, ſed ſunt eis diuiſim dona conceſſa. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur autem ſic, Benè dico, ꝙ deus diuiſit menſuram fidei, ideſt, ſecundum quãdam menſuram diuiſit ſuis fidelibus ſua dona, quæ faciunt ad ędificationem fidei: quia ſicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra nõ eundem actum habent, ideſt, non habent idem officiũ: ita multi fideles ſumus in chriſto vnum corpus myſticum, ſinguli autem ſumus membra, ita quòd alter eſt alterius membrum, ſubueniens alterius neceſſitati. Notandum autem quòd ſi membrum vnum haberet omnia officia, vnum membrum non eſſet alterius.i.non eſſet ordinatum ad vtilitatem alterius: ſed quia diuiſa ſunt officia membrorum, ideo vnum indiget alio, vt oculus indiget manu vt purgetur ab ea, & manus indiget oculo vt dirigetur ab ipſo. Sic et in propoſito, ſi quilibet fidelium haberet omnes gratias, nullus indigeret alio: eo ergo ipſo ꝙ ſumus ſinguli membra, & vnum eſt membrum alterius, ideſt, ſubueniens indigentiæ alterius, datur ſufficienter intelligi, ꝙ diuiſiones gratiarum ſunt, & quòd huiuſmodi gratias gratis datas deus ſuis fidelibus diuiſim conceſſit. Notandum etiam quòd tria tangit de corpore naturali, quæ adaptat ad corpus myſticum, videlicet, corporis vnitatem, cum dicit, ſicut enim in vno corpore: membrorum pluralitatem, cum ſubiungit, multa mẽbra habemus: officiorum diuerſitatem, cum ſubinfert, omnia autem membra non eundem actumhabent. Sic & in corpore myſtico tria ſunt, videlicet, pluralitas membrorum, cum dicit, ita multi ſumus: vnitas eccleſię & hoc cum ſubiungit, vnum corpus in chriſto: gratiarum diuiſibilitas vel officiorum pluralitas, cum ſubinfert, ſinguli antem alter alterius membra: nam ideo ſunt ſinguli membra, quia quilibet eſt membrnm alterius.i.quilibet eſt ſubueniens indigentiæ alterius, quia huiuſmodi gratiæ diuiſim ſunt fidelibus conceſſæ, ita ꝙ vnus altero indigeat.]

Dubitaret forte aliquis de eo quod Apoſtolus ait, Nolite conformari huic ſeculo): quod gloſſa exponens, ait, quòd in noſtra manu eſt.i.ꝙ in noſtra poteſtate eſt conformare hunc ſeculo, & non conformari.i. accipere formam corporalis concupiſcentiæ, & non accipere. Sed contra: ſupra dicebatur cap.8. Velle mihi adiacet, ideſt impotens iacet: perficere autem nõ inuenio. Dicendum, ꝙ nos ſi nobis ipſi relinquamur, ſemper declinamus ad illecebra, & conformamur ſecularibus rebus, propter quod adgeneratur in nobis forma, & habitus ſecularis concupiſcentiæ: ſed tamen per auxilium diuinum poſſumus hæc vitare. Verum quia deus quantum eſt de ſe ſemper eſt paratus, ideo dicitur hoc eſſe in poteſtate noſtra: quia vtinam ita eſſemus parati facere quod in nobis eſt, ſicut deus paratus eſt facere quod in ſe eſt.

Vlterius forte dubitaret aliquis, quomodo differũt reformari in nouitate ſenſus, et in nouitate mentis. Dicendum ꝙ ex eo quod conformamur huic ſeculo, ſeneſcimus & inueteraſcimus; ex eo quòd conformamur diuinis, innouamur in mente, & renouatur vt aquilæ iuuentus noſtra: quod ſic declaratur. Nã illud quod eſt nouum, eſt propinquum ſuo principio: illud verò quod eſt antiquum eſt à ſuo principio elongatum: & ideo dicimus, ꝙ vinum antiquum longius eſt à ſuo torculari quàm nouum. Cum ergo conformando nos ſe- A cularibus, elongemur à noſtro principio, quia elongamur à deo: conformando antem nos diuinis, noſtro principio propinquamus, gratia, quæ conformat nos diuinis, dicitur nos renouare, et peccatum facit nos ſeneſcere, quod ſecularibus nos conformat.

Vlterius forte dubitaret aliquis de illo verbo Apoſtoli. Sed reformamini.) quod gloſſa exponens ait, ꝙ in Adam ſumus deformati, vbi partim amiſſa eſt imago dei. Sed contra: cum homo ſit factus naturaliter ad imaginem dei, oportet ꝙ quandiu durat natura, tamdiu duret imago. Dicendum ꝙ ſicut aliquando in naturalibus ipſa lineamenta dicuntur imago, aliquando dicuntur imago lineamenta cum colore appoſito lineamentis illis: ſic aliquando anima dicitur imago dei ſecundum ipſas potentias, aliquando dicitur anima imago ſecundum potentias cum habitibus ſuperinfuſis: et quia peccatum non tollit potentias ſed tollit habitus, aliquando dicitur imago amitti vt quantum ad B habitus: aliquando autem dicitur non amitti vt quantum ad potentias. Vnde Auguſtinus. 13. de Trinitate aliquando vult ꝙ nulla deformitas tollat imaginem, aliquando vult ꝙ peccatum tollat imaginem: imago enim poteſt ab anima tolli & non poteſt tolli, poteſt tolli quantum ad habitus gratuitos, non poteſt tolli quantum ad potentias naturales.

LECTIO. XXXX.

HAbentes igitur donationes, ſecundum C gratiam quæ data eſt nobis, differentes.

Poſtquàm Apoſtolus oſtendit, qualiter debemus nos habere ad deum: in parte iſta declarat, qualiter debemus nos habere ad proximos. & primò (vt dicebatur) declarat, qualiter debemus nos habere ad amicos & ad proximos bonos: ſecundo, qualiter ad proximos malos & inimicos, ibi, *Benedicite perſequentibus vos.*) Circa primum duo facit: quia primo concludit ex habitis, ꝙ vnum membrum alteri ſubueniat: ſecundo, concluſionem illam multipliciter manifeſtat, ibi, Siue prophetiam.) In prima parte intendit talem rationem, Quicunquæ ſecundum gratiam habent differentes donationes, debent ſibi multipliciter ſubuenire: ſed nos (vt patet ex habitis) ſecundum gratiam quæ data eſt nobis, habemus differentes D donationes: ergo debemus nobis (ſupple) multipliciter ſubuenire, & debemus vnus alteri ſeruire. Modus autem, ſecundum quem proximi debent habere ſe adinuicem, eſt, vt habentes differentes donationes, ſecundum gratiam ei datam, ſint alter alterius membra, & ſibi inuicem ſeruiant & ſubueniant. Continuetur ſic litera, dictum eſt ꝙ ſumus ſinguli membra: et quia ſic eſt, (habentes igitur donationes differentes).i.differentia dona (ſecundum gratiam quę data eſt nobis) ſupple, nobis inuicem ſubueniamus, & ſinguli ſint alter alterius membra. Notandum autem, quòd ſicut ſupra dicebatur, Sicut in vno corpore naturali ſi quodlibet membrum haberet omnia officia, vnum nõ indigeret alio: ſic in corpore myſtico, quia non quilibet fidelis habet omnes gratias, ſed ſecundum gratiam habemus differentes donationes, ideſt, differentia dona: ideo vnus indiget alio, & ſumus altee alterius membra, & oportet vt nobis inuicem ſubueniamus. Deinde cum dicit.

Siue

Siue prophetiam ſecundum rationem fidei, ſiue miniſterium in miniſtrando, ſiue qui dicet in doctrina, qui exhortatur in exhortando.

Quod dixerat declarat & manifeſtat, oſtendens quomodo ſecundum has differentes donationes debemus eſſe alter alterius membra.i.debemus nobis inuicem ſubuenire. Circa quod duo facit, quia primo oſtendit quomodo debemus nobis inuicem ſubuenire quantũ ad bona magis ſpiritualia: ſecundo quantum ad bona magis communia. Secunda, ibi, Qui retribuit.) Ad euidentiam primę partis ſciendum ꝙ inter dona ſpiritualia, quædam circuncernunt res diuinas, quædam res humanas. Rurſus inter bona ſiue inter dona, quæ circuncernunt res diuinas, quoddã eſt donum quod pertinet ad donorum cognitionem, vt prophetia: quoddã vero pertinet ad diuinorum adminiſtrationem, vt adminiſtrare eccleſiaſtica ſacramenta. Rurſus inter huiuſmodi ſpiritualia dona, quæ circuncernunt res humanas, quoddam reſpicit cognitionem ſpeculatiuam, vt doctrina: quoddam vero reſpicit cognitionem practicam, vt exhortatio. Eſt ergo intentio Apoſtoli quòd ſecundum gratiam tibi datam, & ſecundum donum tibi à deo conceſſum, debes proximo tuo ſeruire: vt ſi habes donum prophetiæ, quæ reſpicit diuinorum cognitionem, debes ſeruire ad proximorum vtilitatem, eis prophetando: ſi vero habeas donum adminiſtrationis diuinorum, debes ſeruire, ſacramenta adminiſtrando: vlterius ſi conceſſum ſit tibi donum quantum ad humana ſecundum cognitionem ſpeculatiuam, debes ſeruire docendo: ſi vero ſecundum cognitionem practicam, debes ſeruire exhortãdo. Ex omnibus ergo his conſtituitur vna talis ratio, Quicunq; habent donum aliquod à deo conceſſum, debent ſecundum illud donũ ſuis proximis ad vtilitatem eccleſię deſeruire: ſed prophetantes, adminiſtrantes, docentes, & exhortãtes habent dona ſibi diuinitus conceſſa: ergo debent ſecũdũ illa ſuis proximis ad vtilitatem eccleſię deſeruire. De hac autem ratione ponit (vt ſolet) virtutem medii. Cõtinuetur autem ſic litera, dictum eſt ꝙ ſecundum gratiam nobis datam habentes differentes donationes, debemus eſſe alter alterius membra, & debemus nobis inuicem ſubuenire: ſed quia ſic eſt, ſiue ſimus habentes prophetiam, ideſt, reuelationem futurorum, vel quorumlibet occultorum, ſecundum rationem fidei, ideſt, vt exigit auditorum fides: ſi ergo talem prophetiam habuerimus (ſupple) ſimus membra aliorum, & debemus aliis ſeruire prophetando. Siue miniſterium, ideſt, ſi habuerimus miniſterium eccleſiaſticum, ſicut habent Preſbyteri, in miniſtrando (ſupple) debemus aliis ſeruire, & debemus eſſe aliorum membra, eis ſacramenta eccleſiaſtica miniſtrando. Siue ille qui docet, ideſt, ille qui habet gratiam docendi (ſupple) ſit membrum aliorum & ſeruiat aliis in doctrina, ideſt, in cognitione ſpeculatiua. Qui exhortatur, ideſt, qui habet gratiam exhortandi & docendi practicè, debet eſſe in exhortando, ideſt, debet aliis ſeruire exhortando & in moribus inſtruendo. Notandum autem ſecundum gloſſam, & eſt Ambroſii, Apoſtolus in enumeratione gratiarum & donorum, incipitur a prophetia, quia prophetia eſt prima probatio, quòd fides noſtra ſit rationalis, nam credentes, accepto ſpiritu, prophetabant. Benè ergo dictũ eſt, ſiue prophetiã ſecũdũ rationẽ fidei: quia prophetia data eſt, vt exigit ratio fidei auditorum. Vel dicitur eſſe prophetia ſecundum rationem fidei, quia prophetia data eſt, vt habeatur aliqua ratio & aliqua probatio, ꝙ fides noſtra rationalis exiſtat. Notandum etiam, ꝙ aliud eſt docere hominem in veritate, aliud eſt exhortare ipſum in bonitate, & inſtruere ipſum in moribus: nam vnum pertinet ad cognitionem magis

A ſpeculatiuam, aliud vero, magis ad practicam: & quia aliqui habent gratiam docendi ſpeculatiuè, qui nõ habent gratiam exhortãdi practicè, ideo diſtinguit Apoſtolus inter illa. Notandum etiam, ꝙ prophetare, ſacramenta adminiſtrare, docere, & exhortari, ſunt magis dona & gratiæ ſpeciales: alia verò, quæ enumerabuntur, ſunt magis dona & gratiæ communes. Deinde cũ dicit.

Qui tribuit in ſimplicitate, qui præeſt in ſolicitudine, qui miſeretur in hilaritate.

Poſtquàm Apoſtolus oſtendit, quomodo debeamus eſſe alter alterius membra, & quomodo debeamus proximis ſubuenire, quantum ad dona & gratias magis ſpeciales: in parte iſta oſtendit, quantum ad dona & gratias magis communes. Circa quod duo facit: B quia primo oſtendit hoc magis in generali. ſecundo magis in ſpeciali; ibi, Dilectio ſine ſimulatione.) Ad euidentiam primę partis ſciendum, ꝙ homines generaliter tripliciter penuriam pati poſſunt: primo in exteriori ſubſtantia, quia non habent rerum copiam, vt poſſint viuere: ſecundo poſſunt pati defectum in ſapientia, quia neſciunt ſeipſos gubernare et dirigere: tertio poſſunt pati defectum in virtute et in potentia, quia non poſſunt ſe auxiliari, & non poſſunt prohibitiuis reſiſtere. Patientes ergo defectum in exteriori ſubſtantia, indigent ꝙ eis quis in ſimplicitate bona tribuat: patientes vero defectum in ſapientia, indigent ꝙ eos quis ſolicitè gubernet & regat: ſed patientes defectum in virtute & in potentia, indigent ꝙ quis hilariter eorum miſereatur et ſubueniat. Ex omnibus ergo his formabitur vna talis ratio, Quicunq; habent aliquod donum à Deo conceſſum, debent ſecundum illud donum ſuis proximis ſubuenire: ſed ꝙ aliquis poſſit tribuere in ſimplicitate his qui indigent exteriori ſubſtãtia, C & ꝙ aliquis poſſit ſolicitè dirigere, & pręeſſe eis qui deficiunt in cognitione & in ſapiẽtia, & ꝙ aliquis poſſit miſereri & auxilia præbere iis qui carent fortitudine et potentia, eſt donum dei: ergo pollentes talibus, debent ſecundum hæc ſuis proximis ſubuenire. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur ergo ſic littera, Benè dico ꝙ nos debemus eſſe alter alterius membra, proximis noſtris ſubueniẽdo: & quia ſic eſt, (qui tribuit).i.qui habet gratiã ꝙ poſſit tribuere et ſubuenire iis qui carent exteriori ſubſtantia (ſupple) tribuat in ſimplicitate: (qui pręeſt) ideſt qui habet gratiam ꝙ poſſit pręeſſe, & ꝙ poſſit gubernare & dirigere eos qui carent cognitione & ſapientia, (ſupple) pręſit & dirigat (in ſolicitudine) ideſt, ſolicite: (qui miſeretur).i.qui habet gratiã ꝙ poſſit miſereri, & ꝙ poſſit auxiliari qui carent fortitudine & potentia, (ſupple) D miſereatur, & auxilietur (in hilaritate).i. hilariter. Notandum autem ꝙ huiuſmodi dona quę hic narrantur, vt habere gratiam tribuendi, vel dirigendi, vel miſerendi, ſunt dona vel gratię magis communes, quàm ſint gratię ſuperius tactę: tamen de ipſis donis vel de ipſis gratiis quæ ſunt ſic communes, poteſt determinari magis in generali & magis in ſpeciali, vel magis confuſè & magis diſtinctè. Nunc ergo Apoſtolus magis in generali oſtendit, qualiter debeamus ſecundum has gratias proximis ſubuenire; ſed poſtea magis diſtinctè determinabitur, qualiter ſubueniendum ſit proximo, & debeamus erga ipſum nos habere. Notandum etiam ꝙ quidam tribuunt, ſed non tribuunt in ſimplicitate: quod dupliciter contingit: primo, cum quis ex ſuo dato aliquid mali intendit, quaſi donis homines ad malũ alliciens: ſecundo, cum quis ex modico intendit multo maiora acquirere ab iis quibus dat. Quidam verò tribuunt, & tribuunt in ſimplicitate, qui in tribuendo habent intentionem rectam & ſimplicem; nihilq;

mali per huiuſmodi dationem intendunt, & à ſolo deo qui remunerator eſt bonorum omnium premium expectant, & non ab iis quibus dederunt. Vel aliter, vt exponit gloſa, & in idem redit: nam quidam tribuunt dupliciter, quia intendunt ex huiuſmodi tributione non ſolum gloriam æternam & veram, ſed etiam præſentem & temporalem: nos autem debemus tribuere in ſimplicitate, quia debemus intendere vnicum & ſimplicem finem, videlicet, vitam æternam: tunc enim accidet nobis quod dicitur Prou. 11. Simplicitas iuſtorũ diriget illos. Qualiter autem alia duo ſint intelligenda, videlicet, quomodo debeamus præeſſe & dirigere alios in ſolicitudine, & quomodo debeamus miſereri in hilaritate, non habet dubium. Deinde cum dicit.

Dilectio ſine ſimulatione: odientes malum, adhærentes bono, charitatem fraternitatis inuicem diligentes.

Oſtendit magis diſtincte, quomodo debeamus eſſe alter alterius membra, & quomodo debeamus proximo ſubuenire. Circa quod duo facit: quia primò oſtendit quomodo debeamus nos metipſos ordinare ad bonũ proximi, quantum ad affectum interiorem: ſecundo declarat, quomodo debeamus intendere bonum eius, quantum ad affectum exteriorem, ibi, Honore inuicem.) Ad euidẽtiã primæ partis ſciẽdũ ꝙ ſi ſcdm interiorem affectum volumus intẽdere bonum proximi, quã tũ ad præſens ſpectat, dilectio noſtra & affectus noſter quatuor in ſe habere debet. Nam debemus diligere & affici ad proximum primo veraciter: ſecundo rationabiliter: tertio perſeuerãter: & quarto generaliter. Nam quidam ſunt amici ſimulati qui non ſeruiunt niſi ad oculum, & iſti non diligunt veraciter, ſed diligunt cũ ſimulatione. Quidam vero ſunt amici dediti carnalitati qui etiam cõſentiunt amicis in vitiis et in illecebris, et iſti diligunt malum proximi et non diligunt ipſum rationabiliter, quia ſic diligendi ſunt homines, vt errores eorum non diligantur. Tertio quidam ſunt amici dediti vanitati qui nõ diligũt proximũ ꝓp bonũ virtutis, & tales nõ adhærẽt bono & nõ diligũt pſeuerãter, quia ſola dilectio honeſti, & ſola dilectio propter bonum virtutis eſt illa quæ eſt durabilis & firma. Quartò quidam ſunt amici partialitati qui diligunt alium ad hoc ꝙ ille efficiatur alterius inimicus: tales non diligunt generaliter, nec diligunt charitatem fraternitatis, imo magis ſeminant diſcordiam inter fratres. Ex omnibus his formabitur vna talis ratio, Quicunq; habent aliqua dona à Deo conceſſa, debent ſecundum illa dona bonum intendere proximorũ: ſed ꝙ aliqui ſine ſimulatione & veraciter, et ꝙ aliqui odiant malum & diligant rationabiliter, & ꝙ aliqui adhæreant bono & diligant perſeueranter, & ꝙ aliqui diligãt charitatẽ fraternitatis & diligãt gñaliter, iſta ſunt dona dei: ergo ſcdm hmõi, & ſecũdũ hanc regulã debemus bonũ intendere proximorum. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur autem ſic, Bene dico ꝙ debemus eſſe alter alterius membrum, & quod debemus diligere proximum, et bonum intendere eius: ita tamen quod ſit (dilectio ſine ſimulatione). i. ꝙ diligamus veraciter; ꝙ ſimus (odientes malum) & non diligamus in hominibus vitia, ſed diligamus eos rationabiliter; ſimus (adhærentes bono) i. diligamus in hominibus virtutes et diligamus eos perſeueranter; ſimus (diligentes inuicem charitatem fraternitatis). i. diligamus ꝙ fratres habeant charitatem ad inuicem, et ꝙ diligamus proximos generaliter. Deinde cum dicit.

Honore inuicem præuenientes. Solicitudine non pigri: ſpiritu feruentes: domino ſeruientes: ſpe gaudentes. In tribulatione patientes: orationi inſtantes: neceſſitati- A bus ſanctorum communicantes: hoſpitalitatem ſectantes.

Oſtendit quomodo debeamus eſſe alter alterius membrum, & quomodo debeamus intendere bonum proximi quantum ad exteriorem affectum. Circa quod tria facit ſecundum quod diſtinguitur à ſapientibus triplex bonum, videlicet, Honorabile, Vtile, & Delectabile. Primo ergo oſtendit quomodo debemus erga proximum bonum honorabile intendere: ſecundo, quomodo bonum vtile: tertio, quomodo bonum delectabile. Secunda ibi, ſolicitudine.) Tertia, ibi, In tribulatione.) In prima parte intendit talem rationem, Quicunq; habent aliquod donum à Deo conceſſum, ſecundum illud donum debent eſſe membrum proximi, & debent bonum eius diligere: ſed quod aliqui mutuo ſe honore præueniant, eſt donum dei; ergo ſe- B cundum huiuſmodi debemus eſſe membrum proximi, & debemus eius honorem diligere. Continuetur ergo ſic litera, Dictum eſt quod debemus eſſe alter alterius membra, & quod debemus bonum proximorum diligere, & quia inter cætera bona exteriora honor eſt maximum bonorum ſecundum Philoſophum in Ethicis: ergo ſi ſic eſt, ſitis vos (inuicem honore præuenientes). i. mutuo honore vos præueniatis. Notandum autem quod honor debet eſſe mutuus, contra quoſdam, qui volunt honorari, & non honorare: ſecundo honor debet eſſe gratuitus, contra quoſdam, qui niſi honorarentur prius, nunquàm alios honore præuenirent: ideo Apoſtolus ait, honore inuicem, vt ſit honor mutuus: ſubdit præuenientes, vt ſit honor gratuitus, vt antequàm honoreris à proximo, præuenias eum et honores illum. 7. Pol. cap. 1.

Deinde cum dicit, Solicitudine.) Oſtendit quomodo debeamus erga proximum bonum vtile. Circa C quod quatuor ſunt conſideranda: quia cum quis vult intendere alicuius vtilitatem, debet primo exterius ſolicitudinem habere: ſecundo in mente debet eſſe attentus, et debet interius feruere, quia niſi ſit attentus interius, & ſolicitus exterius, nunquàm benefaciet: tertio debet in hoc rectam intentionem habere, quia in hoc debet ſeruire domino, non mundo, debet enim hoc facere propter præmium æternum, non propter commodum temporale: quarto debet ſe habere circa hæc gaudenter, & hilariter gerere, quia niſi quis hilariter obſequatur, quaſi nihil appretiatur eius obſequiũ: huiuſmodi autẽ gaudium debet habere propter ſpem æternæ hæreditatis, quam idem expectat. Ex omnibus ergo his cõſletur vna ratio, Quicunq; habent aliquod donum à Deo conceſſum, ſecundum illud donum debet ſubſeruire proximo, & de eius vtilitate intendere: ſed ꝙ quis circa vtilitatem proximi non ſit piger exte- D rius ſolicitudinem habendo, ſit attentus in mente interius in ſpiritu feruendo, habeat rectam intentionem non mundo ſed domino ſeruiendo, et vlterius quod hoc operetur gaudenter et hilariter de ſpe & de mercede quã idem expectat gaudendo, eſt donum dei: ergo ſecundum hunc modum debemus proximo ſubſeruire, et debemus eius vtilitatem intendere. Continuetur autem ſic, dictum eſt ꝙ debemus eſſe alter alterius membrum, et ꝙ debemus intendere bonum proximi et eius vtilitatem: et quia ſic eſt, ergo in intendẽdo vtilitatem proximi ſimus (ſolicitudine non pigri,) id eſt, habeamus ſolicitudinem in opere exteriori: (ſimus ſpiritu feruentes). i. habeamus ſolicitudinem et feruorem in mente, & in ſpiritu interiori: (ſimus domino ſeruiẽtes). i. habeamus rectitudinem in intentione; & hoc facientes intendamus ſeruire domino, non mundo: ſimus etiam (ſpe gaudentes). i. habeamus gaudium & hilaritatem in exetutione, vt huiuſmodi vtilitate proximi gaudentes, hilariter exequamur propter ſpem æternæ hæreditatis, & propter mercedẽ quam inde expectamus.

de expectamus.

Deinde cum dicit, In tribulatione.) oſtendit quomodo circa proximum debemus intendere bonum delectabile. Dupliciter autem impeditur delectatio quantum ad præſens ſpectat, videlicet, propter tribulationem quam quis habet in corde, vel propter afflictionem quam habet in corpore: et quia tribulatur in corde, delectatur cum quis ei compatitur, cum pro eo ad dominum oratio porrigitur: ideo tribulato in corde debemus ſubuenire in tribulatione compatiendo, et pro eo orationi inſtando. Rurſus afflictio in corpore vel contingit propter defectum alimenti interius, & tunc eſt ſubueniendum ei bona communicando: vel cõtingit huiuſmodi afflictio propter defectum cooperimenti exterius, & tunc eſt proximo ſubueniẽdum ipſum in hoſpitio receptando. Ex omnibus ergo his formetur vna talis ratio, Secundum donum nobis conceſſum, debemus proximo ſubuenire, quantum ad ea quę poſſunt ei tribulationẽ inferre, & quæ poſſunt ipſum affligere: ſed ꝙ quis tribulato in corde compatiatur, et pro eo oret; et afflicto in corpore bona ſua cõmunicet, et eum in hoſpitio recipiet, eſt donum dei, & eſt à Deo ſibi conceſſum quòd poſſit hæc facere: ergo debemus ſecundum hæc proximo ſubuenire. Continuetur ergo ſic litera, dictum eſt quòd debemus eſſe alter alterius membrum, & pec conſequens dictum eſt, quòd debemus proximo tribulato in corde, vel afflicto in corpore ſubuenire: & quia ſic eſt, ſimus (patientes) .i. compatientes (in tribulatione) ſupple, proximi; & ſimus (orationi inſtantes) vt ab eo collatur illa turbatio, quã habet in mente aut in corde: & ſimus (neceſſitatibus ſanctorum communicantes) ſupple, noſtra bona, quando (ſupple) ipſos ſanctos, & ipſos proximos noſtros videmus affligi i corpore propter defectum alimenti interius: et ſimus (hoſpitalitatẽ ſectantes) .i. ſimus ſanctos, & proximos noſtros in hoſpitio recipientes, quando videmus eos affligi propter cooperimenti defectum exterius.

Dubitaret forte aliquis de eo quod in litera dicitur Honore inuicem præuenientes. Videtur enim ꝙ Apoſtolus præcipiat impoſſibile: quia cum vnus alium prę uenit honore, ille, qui eſt pręuentus, nõ poteſt eum pręuenire, à quo pręuentus eſt: quia tunc eſſet ſimul præuentus, & non præuentus. Dicendum ꝙ iſta præuentio dupliciter poteſt fieri, et in pręparatione animi, & in opere ſiue in executione negotii: de præparatione autem animi nõ habet dubium, quòd poſſint aliqui duo ſe mutuo præuenire honore, nam quilibet priuſquàm cogitet ab alio honorem recipere, poteſt proponere in corde ſuo ei honorem facere. tunc ergo hoc poſito, quilibet ſecundum animi præparationem alium honore præueniet. Dubium eſt ergo de opere, vtrum ſecundum opus exterius poſſint ſe aliqui duo mutuo præuenire honore. Ad quod dici poteſt, ꝙ ſicut aliqui duo poſſunt eſſe meliores ſe ipſis, ita ꝙ vnus eſt melior alio, & è conuerſo, non tamen ſecundum eundem modum, ſed vnus eſt melior quantum ad vſum vnius virtutis, alius autem eſt melior quantum ad vſum alterius: ſic et de honore: nam cum honor ſit exhibitio reuerentiæ in teſtimonium virtutis, vnus poteſt alium pręuenire in teſtimonio virtutis vnius, & alius in teſtimoniũ alterius; ita ꝙ vnus antequàm honoretur ab alio de operẽ virtutis vnius, poterit in hoc honorare eum: & alius de opere alterius virtutis, poterit honorare ipſum, antequàm honoretur ab ipſo: & ſic honore mutuo ſe pręuenient. Vel poſſumus dicere, ꝙ quilibet, in quãtum in ſe eſt, debet honore alium pręuenire: quod ſi fiat qd in ſe eſt, & contingat ipſum pręueniri priusq̃ præueniat, impleuit quod iubet Apoſtolus, poſtquàm fecit quod in ſe fuit.

Vlterius forte dubitaret aliquis, quia non videtur eſſe verum quòd debeamus nos mutuo honore pręue-

A nire, & ꝙ debeamus nos inuicem honorare, quia ſubditi debent honorare pręlatos & reuereri eos, non autem videtur, ꝙ eſſe debeat è conuerſo. Dicendum quòd nomine honoris non ſolum intelligitur exhibitio reuerentię, ſed etiam ſubuentio neceſſariorum. Vnde Exo. 20.
cum dicitur Exodi, honora patrem tuum, & matrem tuam: non ſolum intelligitur ſolũ quantum ad reuerẽtiam exhibendam, ſed etiam quantum ad neceſſitatem tribuendam, vt patet ex Matthęi Euangelio, vbi dominus repręhendit Phariſeos, ex eo quod inducebant Cap. 15.
pueros, vt patrem & matrem non honorarent, quia inducebant eos vt ſuis parentibus neceſſaria ſubtraherent. ſubditi ergo debent honorare Pręlatos, eis reuerentiam exhibendo: Pręlati vero ſubditos, eis influendo & neceſſaria procurando. Vel poſſumus dicere, ꝙ in tantum nobis debetur honor et reuerentia, in quãtum eſt in nobis aliquod diuinum. Subditi ergo debẽt honorare Pręlatos, inquantum ſunt Vicarii dei: et
B Pręlati poſſunt reuereri & honorare ſubditos, inquãtum vident eos ad imaginem dei, & inquantũ vident in eis refulgentes gratias, et dona dei.

Vlterius forte dubitaret aliquis de eo quod Apoſtolus ait (honore inuicem præuenientes) ibi enim gloſa ait, ꝙ non eſt fraternus amor, niſi mutuis ſe præueniant obſequiis. Sed contra, multos diligimus, quibus non obſequimur. Dicendum quòd ſecundum Philoſophum. 2. Rhet. amare idem eſt quod velle bonum. Cap. 4.
Si ergo volumus bonum alicuius, & cum adeſt tempus et opportunitas non operamur illud, voluntas reputatur ficta, & non eſt ibi fraternitas, & verus amor. Quin ergo dicit gloſſa, ꝙ non eſt fraternus amor inter aliquos, niſi illi duo mutuis ſe pręueniant obſequiis, intelligendum eſt, ſi adeſt tempus & opportunitas obſequendi.

C

LECTIO. XLI.

BEnedicite perſequentibus vos: benedicite, & nolite maledicere.

Poſtquàm Apoſtolus oſtendit, qualiter nos debeamus eſſe membra chriſti, & qualiter nos debeamus habere ad amicos. In parte iſta declarat (vt dicebatur) qualiter debeamus eſſe membra chriſti, & qualiter debeamus nos
D habere ad inimicos: pręcepit enim dominus (vt hẽtur Matthęi. 5.) diligite inimicos veſtros; benefacite his q oderunt vos, & orate pro perſequentibus & calumniãtibus vos. Si ergo volumus eſſe membra chriſti, et volumus eius pręcepta implere, debemus charitatem noſtram etiam vſq; ad inimicos extẽndere: & quia charitas quædam amicitia eſt, poſſumus dicere, quantum ad præſens ſpectat, ꝙ tria ſunt de ratione charitatis, ſicut tria ſunt de ratione amicitiæ, videlicet, Beneuolentia, Concordia, & Beneficentia. qui enim amici ſunt, ſibi ipſis bona volunt, inter ſe & inuicem con- Cap. 8.
cordant: quia (vt dicitur in. 9. Ethicorum) Amicorum eſt idem velle, & idem nolle, & ſibi ipſis bona faciunt et procurant. Volens ergo Apoſtolus oſtendere, qualiter extendenda ſit charitas vſq; ad inimicos, tria facit: quia primò oſtendit, quomodo ad eos debeamus habere beneuolentiam: ſecundo declarat, qualiter cum eis debeamus habere concordiam: tertio manifeſtat, qualiter circa eos debeamus hẽre beneficẽtiã. Secunda, ibi, Gaudete cum gaudẽtibus.) Tertia, ibi Nulli

malum pro malo.)Ad euidentiam primæ partis ſciendum,quòd idem eſt alicui bonum velle, quod ei bona optare: et quia hic Apoſtolus inducit nos, vt perſequentibus nos benedicamus, ideſt, bona oremus, vel bona optemus, vt gloſſa exponit, patet quòd ex verbis ſuis Apoſtolus inducit nos ad beneuolentiam inimicorum. Formetur ergo ſic ratio: Quicunq; volunt eſſe membra chriſti, debent benedicere, ideſt debent bona orare pro perſequentibus eos: ſed vos Romani iam eſtis effecti membra chriſti, Ergo et cet. Continuetur ergo ſic littera, Dictum eſt, quòd nos multi vnum corpus ſumus in chriſto & ſinguli ſumus membra chriſti: & quia ſic eſt, cum chriſtus præcepit, Orate pro perſequentibus vos;(Benedicite).i. bona orate(pro perſequentibus vos. Benedicite ergo eis: & nolite maledicere.)Notandum autem quòd multi ſunt qui pro aliquibus bona orant, ſed non perſeurrant in illa oratione. Rurſus multi forte perſeuerant orando bona pro aliquibus, & dicendo bona pro eis, ſed inter illa bona immiſcent aliqua mala: dicunt enim aliqui orantes quòd talis bonum haberet niſi eſſet tali malitia maculatus: vel dicunt talis habet talem bonitatē, ſed eſt tali vitio pollutus. Multi ergo vel non perſeuerant in orando vel dicendo bona, vel ſi perſeuerant, admiſcent ibi aliqua mala. Ideo ait apoſtolus, Benedicite perſequentibus vos, benedicite iterū, & iterum benedicite, & perſeuerate in dicendo bona; & nolite maledicere,)ideſt, nolite ibi admiſcere aliqua mala. Notandum etiam quòd poteſt litera aliter exponi: quia benedicere, poteſt eſſe corde, vel ore, vel opere: ideo apoſtolus ait, (Benedicite perſequentibus vos)ſupple corde: & ſequitur, (Benedicite)ſupple, ore; & ſubdit(nolite maledicere(ſupple, opere. Deinde cum dicit.

C Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus. Id ipſum inuicem ſentientes.

Oſtenſo quomodo ad inimicos debemus habere beneuolentiam, declarat, quomodo cum eis debemus habere concordiam. Circa quod duo facit, quia primo inducit nos & perſuadet quòd ad inimicos habeamus ea quæ ſunt ad concordiam inductiua. Secundo diſſuadet ab iis quę ſunt concordiæ prohibitiua, ibi, Non alta ſapientes.)Ad euidentiam primæ partis ſciendum quòd quantum ad præſens ſpectat, tria ſunt quæ ad concordiam aliquorum maximè nos inducunt. Primū eſt ſimultas lætitiæ, quando in proſperis ſimul cum eis gaudemus. Secundum eſt paritas triſtitiæ, quando in aduerſis periculis cum eis flemus & dolemus. Tertium eſt vnitas ſecundum finem, quando ipſis in ſuis voluntatibus conſentimus. Formetur ergo ſic ratio, Quicūq; ſunt membra chriſti debent concordare etiam cum inimicis, ita quòd quantum recta ratio dictat, debent cum eis congaudere in proſperis, condolere in aduerſis, conſentire in volitis: ſed vos Romani iam eſtis membra chriſti effecti, Ergo et cet. Continuetur ſic litera, Dictum eſt quòd ſumus membra chriſti, debemus ergo ipſos inimicos diligere, & cum ipſis inimicis cōcordare: & quia ſic eſt(etiam cum ipſis inimicis gaudentibus debemus gaudere)eis in proſperis congaudendo: (et cum flentibus debemus flere,)eis in aduerſis condolendo: (& idipſum inuicem debemus eſſe ſentientes) eis in volitis conſentiendo. Deinde cum dicit.

Prou. 3.a. Non alta ſapientes: ſed humilibus conſentientes. Nolite eſſe prudentes apud vos metipſos.

Diſſuadet ea quæ ſunt concordiæ prohibitiua, vel quod idem eſt, diſſuadet ea quæ ſunt ad diſcordiam inductiua. Hæc autem quantum ad præſens ſpectat, duo ſunt, videlicet, propria excellentia, & pertinax ſententia. Nam cum quis quęrit propriam excellentiam, de

A facili propter huiuſmodi ſuperbiam habet diſcordiā & iurgia, juxta illud Prouer. 13. Inter ſuperbos ſemper ſunt iurgia. Secūdum, quòd maximè eſt inductiuum diſcordiæ, eſt pertinax ſentētia: nam cum aliquis eſt prudens apud ſemetipſum, & eſt pertinax in ſuo ſenſu, de leui diſcordat ab aliis, contra quos dicitur Iſa. 5. Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, & coram vobis metipſis prudentes. Formetur ergo ſic ratio: Quicunq; volunt eſſe membra chriſti, & volunt cum aliis concordare, non debent alta ſapere, ſed debent humilibus conſentire, ne diſcordent ab aliis propriam excellentiam quærendo, nō debent eſſe prudentes apud ſemetipſos, ne diſcordent ab eis pertinaciter ſuæ ſententiæ & ſuo ſenſui adhęrendo: ſed vos Romani iam eſtis effecti membra chriſti, ergo ne ab aliis diſcordetis, debetis ab iſtis huiuſmodi pręcauere. Continuetur ergo ſic. Dictum eſt quod nos ſumus membra chriſti, & non debemus ab aliis diſcordare: & quia ſic eſt, Non ſimus. alta ſapientes,)ideſt, non quęramus inordinatè propriam B excellentiam, & non ſimus imitatores ſuperborum;(ſed ſimus humilibus conſentientes, ideſt, amplectamur abiecta, & ſimus imitatores humilium. &(Nolite eſſe prudētes apud vos metipſos)vt ſcilicet de veſtro ſenſu tantum, & de veſtra ſapientia cōfidatis. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, quòd ſi hęc documenta tenebimus, vel ſi vos Romani iſta tenebitis documenta, vitabitis quæ ſunt ad diſcordiam inductiua. Notandum autem quòd ait, (Non alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes,) quia ſecundū gloſſam non ſufficit in ore loqui humilitatem, vel verbo non alta dicere, ſicut facit hypocrita, qui ſolum lingua foris fingit humilitatē, & intus amplectitur vanitatem: ſed oportet quòd in corde non alta ſapiamus, & quòd in mente humilibus cōſentiamus, ad hoc quod veram humilitatem habere poſſimus. Deinde cum dicit.

C Nulli malum pro malo reddentes. Prouidentes bona non tantum corâm Deo, ſed etiam corâm omnibus hominibus. Si fieri poteſt, quod ex vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes. Non vomestipſos defendentes chariſſimi, ſed date locum iræ.

Oſtenſo quomodo charitas noſtra ſe debet extendere ad inimicos, quia debemus eis bona velle, & quomodo debemus cum eis concordare: in parte iſta declarat, quomodo debemus eis benefacere. Circa quod duo facit: quia primo facit quod dictum eſt. Secundo probat quod dixerat, ibi, Scriptum eſt.n.)Ad euidentiam primę partis ſciendum, quòd ſicut ipſum non facere bonum eſt quoddam malum, ita non facere malum eſt quoddam bonum. Dicit ergo, debemus nos D habere circa inimicos, bene: videlicet, non faciendo eis mala, & faciendo eis bona. Facere autem mala, eſt vel per modum vitionis, ſicut illi qui procurant aliorum mala vt ſe vindicent: vel per modum defenſionis, ſicut illi qui alios vulnerant vt ſe defendant. Rurſus bona facere contingit dupliciter, vel exterius non ſcandalizando, ſed eis bona procurando; vel interius in mente eos non perturbando, ſed cum eis pacem habendo. Omnia autem hęc iubet apoſtolus. Primo, quòd non reddamus malum pro malo per modum vitionis. Secundo, quòd debeamus prouidere bona non ſolum coram Deo, ſed etiam coram hominibus, ne demus eis materiam exterioris ſcandali, & turbationis. Tertio, quòd, ſi fieri poteſt, quantum in nobis eſt, debeamus cum omnibus pacem habere, ne demus eis materiam mentalis turbationis. Et quartò, quod non debemus nos defendere, ne inferamus eis mala per modum defenſionis. Ex omnibus tamen his formetur vna talis ratio, Quicunq; ſunt membra chriſti, debent omnia hæc

erga ſuos

A erga ſuos proximos, & erga ſuos inimicos facere: ſed vos Romani iam eſtis effecti membra chriſti; ergo debetis omnia hęc quæ narrata ſunt, erga veſtros inimicos facere. Hoc eſt ergo quod ait. Continuetur ergo ſic litera, dictum eſt quod nos ſumus membra chriſti: non igitur noſtris proximis, & etiam noſtris inimicis debemus facere mala, nec per modum vltionis, nec per modum defenſionis: imo debemus eis facere bona, eis bona procurando, & cum eis pacem habendo. Quia ergo ſic eſt (nulli malum pro malo reddentes,) id eſt, nulli malum pro malo debetis reddere per modum vltionis, ſed debetis eſſe (prouidentes bona non tantum coram Deo,) id eſt, in ſecreto cordis, (ſed etiam corā omnibus hominibus): et ne detis eis materiam exterioris ſcandali, vel exterioris offenſionis, non debetis homines exterius perturbare, imo (ſi fieri poteſt, quod ex vobis eſt) id eſt, quantum in vobis eſt (cum omnibus hominibus) ſitis (pacem habentes.) quaſi diceret, quòd nō ſolum debetis prouidere bona coram hominibus, ne B ipſos exterius ſcandalizetis: ſed etiam, ſi fieri poteſt, quantum in vobis eſt, debetis habere pacem cum eis, ne ipſos interius perturbetis. Et ſubdit, (Non vos metipſos defendentes chariſſimi, ſed date locum irę.) quaſi diceret, non ſolum nō debetis inimicis veſtris malum pro malo reddere per modum vltionis, ſed non debetis voſmetipſos defendere, id eſt, nō debetis iis malū retribuere per modum defenſionis, ſed chariſſimi date locum irę, id eſt, ſeruate hæc ad diuinam iram, & ad diuinum iudicium. Vel date locum iræ aduerſariorum, vt non defendentes vos, permittatis facere aduerſarios quod volunt. Notandum autem quòd ait (ſi fieri poteſt, quod ex vobis eſt cum omnibus hominibus pacē habentes,) in quibus duo tangit, quòd primo pacem habeamus ſi fieri poteſt: nam ſunt aliqui nolentes nobiſcū pacē habere, niſi eorum prauis voluptatibus cōſentiamus: & quia hoc nō pōt fieri ſimpliciter, non debemus C hoc modo pacē habere, nec hoc mō pacē velle. Hanc

Matth. 4. enim pacem non venit Dominus mittere in terram, vt ipſe ait. Rurſus ait, quantum in vobis eſt, quaſi diceret quod licet hoc ſit difficile, tamen quantum in vobis eſt, debetis hoc facere, iuxta illud Pſalmi, Cum

Pſal. 119. his qui oderunt pacem, eram pacificus. Deinde cum dicit.

Deut. 32. **Scriptum eſt enim, Mihi vindictam: & ego retribuam, dicit Dominus.**

Probat quod dixerat: dixerat. n. quòd nō debemus inimicis reddere mala, & quod debemus coram eis prouidere bona. Tria ergo ſpecialiter facit: quia primo probat de non reddendo malum: ſecundo ſpecialiter probat de retribuendo bono: tertio probat communiter de vtroq;. Secunda ibi; (Si eſurierit.) Tertia, ibi, (Noli vinci à malo.) In prima parte intendit talem rationem, Cuicunq; competit vindictam facere, & retribuere, & iudicium exercere, ei ſunt iudicium et vindicta re D ſeruanda: ſed Deo competit vindictam facere, et iudicium exercere: ergo non ſpectat ad nos malum pro bono reddere, nec ad nos ſpectat nos defendere, ſed Deo ſunt talia reſeruanda, Hoc eſt ergo quod ait. Continuetur autē ſic, Bene dictum eſt, nulli malum pro malo reddatis, et vos metipſos non defendatis, quia (ſcriptum eſt, mihi vindictam) ſupple, debetis reſeruare (et ego retribuam,) id eſt, ego vindicabo, vel vindicabor (dicit Dominus.) Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, quod cum ſic ſit, non debemus nos talia exercere, ſed domino ſunt talia reſeruanda. Notandum autem quod auctoritas hic allegata ſcripta eſt Deuter. 32. ſecundum aliam literam; noſtra autem litera ſic habet, Mea eſt vltio, & ego retribuam eis in tempore. Deinde cum dicit.

Sed ſi eſurierit inimicus tuus, ciba illum: ſi ſitit, potum da illi. hoc enim faciens, A carbones ignis congeres ſuper caput eius. Prou. 25.

Oſtendit ſpecialiter de non retribuendo bono. Formetur autem ſic ratio, Quicunq; vult ſuper caput inimici eius, id eſt, ſuper mentem inimici eius congregare carbones ignis, id eſt, inducere amorem charitatis, debet ei benefacere, & debet ipſum inimicum cibare eſurientem, & potare ſitientem ſed vos Romani, cum ſitis iam membra chriſti, debetis velle ſuper caput inimici veſtri, id eſt, ſuper mentem eius inducere amorem charitatis: ergo debetis inimico veſtro benefacere, & debetis inimicum veſtrum cibare eſurientem, & potare ſitientem. Hoc eſt ergo quod ait. Cōtinuetur autem ſic, Bene dico, quòd non ſolum non debemus reddere malum, ſed debemus prouidere bona, et retribuere bona inimicis noſtris: ideo dicit (ſi eſurierit inimicus tuus ciba illum, & ſi ſitit potum da illi. hoc enim faciens, carbones ignis) id eſt feruorem charitatis (congeres ſuper B caput eius) id eſt, congregabis ſuper mentem ipſius. quaſi diceret, quod ſi vis inimicum tuum inducere ad amorem charitatis, non debes ei retribuere malum, ſed debes reddere bonum, vt debes ipſum paſcere ſitientem, vt per huiuſmodi beneficia ipſum accendas & attrahas ad charitatis dilectionem. Notandum autem quòd verba hic inducta ſcripta ſunt Prouer. 25. vbi dicitur, Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum: ſi ſitierit da ei aquam bibere: prunas enim congregabis ſuper caput eius. Notandum autem quod aliqui voluerunt exponere de igne ęterno, dicentes, quòd debemus benefacere inimicis, vt pœnam ignis ęterni congreges ſuper caput eius: ſed hoc eſſet contra ordinem charitatis. Dicamus ergo quòd hic loquitur apoſtolus de illo igne, quem venit Dominus mittere in terram: & quia ſupremum in anima eſt mens, ideo dicitur mens eſſe caput. Debemus ergo benefaciendo inimico attrahere C ipſum ad amorem charitatis, & congregare ſuper caput eius, id eſt, ſuper mentem eius carbones ignis, id eſt, feruorem charitatis. Deinde cum dicit,

Inimici malignitas benignitate extinguitur.

Noli vinci à malo: ſed vince in bono malum.

Oſtenſo quòd non eſt reddendum malum, & quòd eſt retribuendum bonum: in parte iſta declarat coniunctim quod eſt faciendum vtrunq;. Ad cuius euidentiam eſt ſciendum quòd ſi calidum bellaret contra frigidum, ſi frigidum caleſieret, tunc vinceret calidum: & e contra, ſi calidum infrigidaretur, à frigido vinceretur. Nihil ergo eſt aliud, vinci hoc ab hoc, niſi hoc trahi ad naturam huius: vt ſi calidum trahatur ad naturam frigidi, vincitur ab eo; ſic e conuerſo. Ergo in propoſito, nihil eſt aliud, malum vinci a bono, niſi malum attrahi ad naturam boni & fieri bonū: D & e conuerſo, nihil eſt aliud bonum vinci a malo, niſi quòd bonum peruertatur, & malum fiat. Nos ergo ne peruertamur & ſiamus mali, & ne vincamur à malo, non debemus malum pro malo reddere, ſed debemus bonum pro malo retribuere: hoc enim faciendo, non vincemur à malo, quia malum nō trahet nos ad modum ſuum: ſed magis in bono vincemus malum, quia inducemus inimicum ad amorem charitatis, & trahemus ipſum ad modum noſtrum. Formetur ergo ſic ratio, Quicunq; non vult vinci à malo, ſed vult vincere in bono malum, non debet inimicis malefacere, ne ipſe malus fiat, & ne ipſe vincatur à malo, ſed debet inimico bona retribuere, vt trahat ipſum ad bonum, & vt vincat in bono malum: vos autem Romani debetis hoc velle: ergo, debetis taliter vos habere. De hac autem ratione ponit virtutem medii, dicens, Noli vinci à malo: ſed vince in bono malum.

Dubitaret forte aliquis de eo quod in littera dicitur, (Benedicite perſequentibus vos, benedicite & no-

ſite maledicere.) Sed contra; in ſacra pagina inueni- A
Cap.27. mus multas maledictiones, iuxta illud Deuter. Maledictus homo q facit ſculptile, & rñdebit oĩs populus, Amen. ergo videtur quod omnis populus debeat maledicere malis. Dicendum quòd finis in moralibus ſe habet quaſi forma in naturalibus: vt ſicut naturalia ex forma ſortiuntur eſſe, ſic & moralia ea fine ſortiuntur
Lib.3. ſpeciem. Vnde Philoſophus vult in Ethicis, quòd qui furatur vt mœchetur, non eſt fur, ſed mœchus, quia finaliter intendit mœchiam, nõ furtum. Cum ergo ſic finis in moralibus ſpeciem imponat, recurrendum eſt ad finem, & ad intentionem, ſecundum quam talia fieri habent. Dicemus ergo quòd maledicere inimicis, poteſt bene & malè fieri. Propter quod ſciendum, quòd maledicere, ſicut & benedicere, tripliciter eſſe contingit: optando, & nunciando, & imperando. Nam ipſum optare in corde, quoddam dicere eſt. Nam ſicut ex verbis formatis in ore habet eſſe locutio oris, ſic ex ver- B bis formatis in corde habet eſſe locutio cordis. Rurſum, ipſum enunciare, quoddam loqui eſt. Et etiam imperare aliquid vt fiat, ad locutionem pertinet. Quocunq; iſtorum modorum contingat maledicere, põt bene & male fieri. Nam ſi maledicis optando, ſupple, propter odium vel vindictam, quia agis ſub ratione mali, & non intendis rectum finem, illicitum eſt. Si verò maledicas optando volens inimicos & homines malos, aliquam aduerſitatem habere, vt illa aduerſitate percuſſi conuertantur ad bonum, poteſt hoc bene fieri, & licitum eſſe. Sic etiam ſi maledicis inimicis enunciando, ſi hoc agis vt detrahas, quia agis ſub intentione mali, illicitum eſt. Si verò hoc agis non detrahẽdo, ſed neceſſariam veritatem enunciando & prędicendo, contingit bene fieri, & licitum eſſe, ſecundum quem modũ propheta Dauid multa mala cõtra malos enunciat, iuxta illud, Fiãt dies eius pauci, et epiſcopatũ eius
Pſal.108. accipiat alter. Quod ideo dictũ eſt, vt neceſſaria veritas prædicaretur, nã neceſſaria mala malis euenient, niſi à C malis auertãtur. Eodẽ ẽt mõ maledicere imperãdo, vt communiter ponitur, poteſt bene & male fieri. Nam ſi hoc fiat propter iuſtitiam exercendam, quemadmodũ iudex imperando tranſgreſſoribus maledicit et impęrat tranſgreſſoribus mala fieri, contingit vt bene fiat, & poteſt licitum eſſe. Sed ſi imperando quis maledicat propter ſuam voluntatem ſatiandam, & propter ſuum odium explendum, quod habet erga illum cui imperando maledicit, illicitum eſt, cum agat hoc ſub ratione mali.

Vlterius forte dubitaret aliquis de eo quod Apoſtolus ait (Idipſum inuicẽ cõſentientes) qualiter cõſentire, & cuius ſententiæ concordia amicitiã generet: & cuius ſententiæ diſcordia amicitiã tollat. Dicendum quòd amor eſt in voluntate: cum ergo duplex ſit ſcientia, alia ſpeculatiua, alia practica, concordare in ſcientia ſpeculatiua, vt quod aliqui duo idem ſentiant in D naturalibus, vel habeant eandem opinionem in geometricis, per ſe non facit ad amicitiam, quia hoc eſt ſolum in ſpeculatione, non eſt in voluntate noſtra ſic & ſic opinari, & ſic ſentire, ſed hoc eſt ex neceſſitate rationis, vel ex neceſſitate demonſtrationis ad hoc cogentis: ſi autem in talibus eſt amicitia vel inimicitia, hoc eſt per accidens, in quantum aliqui non ratione inquirẽdę veritatis, ſed ſicut hodie multi ſunt q ratione poſitionis ſuę pertinaciter defendendæ afficiuntur ad opinionem aliquam, & inimicantur non tenentibus opinionem illam. Alia eſt ſciẽtia circa agenda: & quia talis ſcientia habet contrarietatem voluntatum et animorum, ſi ſit diuerſa et contraria, facit ad amicitiam, cum eſt ibi concordia: et ad inimicitiam, cum diſcordant.

Vlterius forte dubitaret aliquis de illo verbo apoſtoli (Date locum iræ) id eſt, ſeruate hoc ad Diuinum iudicium: non videtur ergo quòd liceat nobis in hoc A mundo iuſtitiam expetere de inimicis noſtris. Dicendũ quòd p irã & Dei iudicium poteſt intelligi etiam iuſtitia, quæ ſit in hoc mundo per ſuperiores poteſtates: nam non eſt poteſtas niſi à Deo, & princeps miniſter Dei eſt, vindex in iram ei qui malum agit: ita quòd dare locum iræ & non defendere nos, poteſt intelligi tripliciter. Primo ſi demus locum iræ aduerſariorum vt permittamus eos facere quod volunt, ſicut martyres faciebant. Secundo ſi demus locum iræ, id eſt, ſi hoc reſeruemus ad Pręlatum, vel ad Regem, vel ad alium qui præeſt: quia quicunque pręeſt eſt Dei Miniſter vindex in iram (ſicut dicetur in cap. 13.) quod aliquando facere, non cauſa odii, ſed propter reprimendam eorum malitiam, licet à Prælatis et à Regibus de malis iuſtitiam poſtulare. Tertio modo poteſt intelligi quod ſit locus dandæ irę, quia ſunt talia reſeruanda finali iudicio, quia qui hic non puniuntur, ibi Dei iudicio punientur.

LECTIO. XLII.

OMnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. CAP.XIII.

Poſtquàm Apoſtolus in moribus generaliter inſtruxit omnes qualiter debeant ſe habere; in parte iſta inſtruit ſpecialiter inferiores, qualiter debeant ſuis ſuperioribus obedire. Circa qd duo facit, quia primo facit qd dictũ eſt. Secũ- C do remouet quãdã cauillationẽ, vel ſoluit quãdã dubitationem, quæ ex his quæ dixerat poſſet habere ortũ, ibi, vbi lectio terminabitur, Nemini quicquam debeatis.) Circa primum duo facit, quia primò proponit cõcluſionem probandam, ſecundo eam declarat & probat, ibi, Non eſt enim poteſtas. Eſt ergo concluſio quã intendit probare apoſtolus, quòd nos debemus ſuperioribus obedire; ideo ait, Omnis anima) id eſt, omnis homo, vel omnis perſona humana (poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, id eſt, ſuis ſuperioribus obediat. Notandum autem (vt gloſſa tangit) hoc capitulum introductum eſſe, quia videbatur quibuſdã quòd mali Domini, & maxime infideles, bonis chriſtianis nõ poſſint pręeſſe, ita quòd boni chriſtiani non tenebantur obedire malis principibus: immo (quod plus eſt) volebant quòd ſi boni ſint principes chriſtiani, pares D ſunt aliis fidelibus, ita quòd eis non tenentur obedire: quam opinionem erroneam euacuat apoſtolus, dicẽs, quòd (Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit) ſiue enim boni, ſiue mali ſint principes noſtri, in iis quæ non ſunt contra Deum obedire debemus. Notandum etiam quòd ait (Omnis anima) vbi eſt locutio per ſynedochem, ponitur enim pars pro toto, videlicet, anima pro homine, vnde omnis anima, exponendum eſt omnis homo: non tamen irrationabiliter dictum eſt, quia volens apoſtolus oſtendere quod huiuſmodi obedientia debet eſſe ex anima, & ex voluntate, ait, Omnis anima &c. Notandum etiam quod debemus obedire tam bonis prælatis quàm malis: quia ſi bonus eſt prælatus, eſt gubernator & nutritor noſter. Si verò malus, eſt tentator noſter. Vtriq; ergo obediendum eſt, vt gloſa tangit: bono quidem, vt gubernationem accipiamus ab eo: malo verò obedimus, vt per tentationes approbemur in ipſo. Notandum etiam quod per hoc quod dicit, quod ſublimioribus poteſtatibus ſubditi

ſimus,

ſimus, vt gloſa innuit, tangit modum obediendi, & cauſam. Modũ quidem, quia in hoc obedire debemus eis, vt ſublimiores ſunt: ſi ergo aliquid prçciperent cõtra Deum, non eſſet eis obediendum, quia in hoc nequaquam ſunt ſublimiores, iuxta illud Auguſtini, Timore coram Deo, prælatus ſubſtractus ſit pedibus veſtris. (In Regula.) Ruſus ibi poteſt notari cauſa obediendi: nam cauſa quare eſt ſublimioribus obedıẽdum, eſt, quia ſublimiores ſunt. Deinde cum dicit.

Non eſt enim poteſtas, niſi à Deo.

Præmiſſa concluſione, hic multipliciter probat eã. Circa quod duo facit, quia primo ad eam probandã adducit multiplicem rationem: ſecundo probat eam per ſignum, ibi, Ideo enim & tributa.) Circa primum octo facit, ſecundum quòd octo rationes adducit ad propoſitum, oſtendens quòd debemus ſuperioribus obedire. Nam primo probat hoc ex poteſtatis ſublimitate. Secundo, ex poteſtatis ordinabilitate. Tertio, ex B poteſtatis benignitate, quia ei non eſt reſiſtẽdum. Quarto, ex noſtra damnabilitate, quam incurrimus, ſi poteſtati reſiſtamus. Quinto probat hoc idem e noſtra vtilitate quam adipiſcimur, ſi poteſtatibus ſubiiciamur. Sexto, ex noſtra laude quam conſequimur, ſi poteſtatibus obediamus. Septimo probat hoc idẽ ex iudiciaria poteſtate quam exercebit in nobis ille qui prçeſt, ſi ei non obſequamur. Octauo & vltimo probat ſuperioribus obediendum eſſe, ex ipſa noſtra conſcientia & ex ipſa noſtra mente: quç, ſi recta ſit, dictat quòd debemus ſuperioribus obedire. Secunda, ibi, Quæ autem ſunt à Deo) Tertia, ibi, Itaq; qui reſiſtit.) Quarta, ibi, Qui reſiſtunt.) Quinta, ibi, Nam principes.) Sexta, ibi Vis autem non timere.) Septima, ibi, Si autem male feceris.) Octaua ibi, Ideoq; neceſſitati.)

In prima parte intendit talem rationem, His quæ ſunt à Deo non eſt reſiſtendum, ſed non eſt poteſtas niſi à Deo, ergo poteſtati non eſt reſiſtendum, ſed eſt ei C obediendum. De hac autem ratione ponit virtutem medii. cõtinuetur autem ſic, Bene dico quòd debemus ſubiici poteſtatibus, quia (non eſt poteſtas niſi à Deo.) Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, quod cum his qui ſunt à Deo non ſit reſiſtendum, non debemus reſiſtere poteſtati, ſed debemus ei ſubiici & obedire. Notandum autem quod hçc propoſitio quam inducit Apoſtolus, quod (non eſt poteſtas niſi à Deo) quaſi eſt per ſe nota: quia cum aliquid dicitur de ſuperioribus & inferioribus, oportet (per ſe loquendo) quòd deriuetur ex ſuperioribus ad inferiora, & per ſuperiora illud in inferioribus exiſtat. Vt ſi motus reperitur in ſupercçleſtibus, & in inferioribus: dicemus quòd non eſt motus hic inferius, qui non ſit à motibus ſupercæleſtibus deriuatus. Sic quia poteſtas reperitur in Deo tanquàm in ſuperiori, & in creaturis tanquam D in inferioribus: dicemus quòd non ẽ potentia in creaturis, quæ non ſit à dei potentia deriuata: immo tanto verius eſt quod omnis poteſtas à Deo eſt, quantum quòd omnis motus eſt à cœli motu, & tanto magis ſubiicitur creatura Deo, quàm actiua & paſſiua ſupercæleſtibus ſint ſubiecta. Notandum autem quod illud quod hic diximus de potentia, veritatem habet de quolibet alio quod reperitur in creatore & creatura: vt ſi ſapientia reperitur in vtroq;, non eſt ſapientia niſi à Deo, iuxta illud Eccl. 1. Omnis ſapientia à domino deo eſt. Et ſic paternitas ſi reperitur in deo, & in creatura, non eſt paternitas in creatura quæ non ſit à paternitate illa, iuxta illud Eph. 3. quòd ab eo omnis paternitas in cçlo & in terra nominatur. Notandum etiam quòd ſecundum Aug. ſuper Geñ. & habetur in glo. nocendi voluntas poteſt eſſe ab hominis animo, poteſtas autem non eſt niſi à Deo. Notandum etiam, quod improbi & mali Domini poteſtatẽ quam habent, à Deo habent, iuxta illud quod Dominus Pi-

A lato dixit, Non haberes in me poteſtatem, niſi tibi deſuper datum eſſet. (Ioã. 19.) Vnde Auguſt. in De natura boni, & habetur in gloſa, ait, quòd iniuſtum non eſt quod improbi Domini accipiant nocẽdi poteſtatem, vt bonorum patientia probetur, & malorum iniquitas puniatur. Deinde cum dicit.

Quæ autem ſunt à Deo, ordinata ſunt.

Probat hoc idem ex poteſtatis ordinabilitate. Debemus enim poteſtati obedire non ſolum quia poteſtas eſt quid altum & ſublime, & quid à Deo deriuatũ, ſed etiam quia poteſtas eſt res per diuinam ſapientiam ordinata & diſpoſita. Formetur ergo ſic ratio, Iis quæ ſunt ordinata à Deo non debemus reſiſtere, immo debemus talibus obedire; ſed poteſtas cum ſit à Deo, eſt res ordinata & ſapienter diſpoſita: ergo non debemus poteſtati reſiſtere, ſed debemus ei obedire. De hac autem B ratione ponit virtutem medii. Continuetur ergo ſic: Benè dico quòd poteſtatibus ſublimioribus debemus eſſe ſubiecti, quia quç ſunt à Deo ordinata, ſunt rationabiliter diſpoſita; ſed poteſtas, vt dictum eſt, eſt à deo: ergo eſt res ordinata, & res rationabiliter diſpoſita. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, quòd cum rebus ordinatis & rationabiliter diſpoſitis debeamus obſequi & obedire, poteſtati quæ eſt res ordinata & rationabiliter diſpoſita, debemus obſequi & obedire. Notandum aũt ꝙ quicquid agit, agit per modum ſuç naturæ: cum ergo deus ſit naturç intellectualis, oportet ꝙ ipſe agat per modum ſapientiæ & intellectus: quicquid ergo facit, facit in intellectu & ſapientia, iuxta illud Pſalmi, (Pſal. 135.) Qui fecit cælos in Intellectu. Et etiam in alio loco dicitur, Omnia in ſapientia feciſti. Quarè ſi quicquit agit agit in ſapientia, & ſapientis ſit ordinare, vt dicitur. 1. Metaphy. ergo quicquid eſt à Deo, eſt ordinatum, & totum ſapienter & rationabiliter diſpoſitum. Hæc ergo C ratio ſecunda ſumit fundamentum ex ratione prima, vt quia non eſt poteſtas niſi à Deo, vt dicebat ratio prima, ideo oportet quod poteſtas ſit quid ordinatum, vt dicit hæc ratio ſecunda: & quia rebus ordinatis & ſapienter diſpoſitis non eſt reſiſtendum ſed obediendum ideo poteſtati non debemus reſiſtere ſed obedire. Deinde cum dicit.

Itaq; qui reſiſtit poteſtati Dei ordinationi reſiſtit.

Adducit tertiam rationem ſumptam ex poteſtatis bonitate. Formetur autem ſic, Quicquid eſt tantæ bonitatis quòd ei non poteſt reſiſti niſi reſiſtatur Diuinç ordinationi, ei non eſt reſiſtendum ſed obediendum: ſed in poteſtate ita relucet diuina bonitas & diuina iuſtitia quòd ei non poteſt reſiſti niſi reſiſtatur diuinæ D ordinationi: ergo poteſtati non eſt reſiſtendum ſed obediendum. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur autem ſic, Itaq; bene dico quòd debemus poteſtatibus ſublimioribus eſſe ſubiecti, quia qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit. Tunc ergo eſt ſic ſupplenda ratio, quòd ſi in poteſtate ita relucet diuina bonitas & iuſtitia quòd non poſſumus poteſtati reſiſtere niſi Dei ordinationi reſiſtamus, non eſt poteſtati reſiſtendum ſed obediendum. Notandum autem quòd ſicut ſecunda ratio fundabatur in prima, quia ex hoc poteſtas erat res ordinata quia erat à Deo; ſic hæc ratio tertia fundatur in ratione ſecunda & prima, quia ſi poteſtas eſt à Deo, & poteſtas eſt res ordinata, ſequitur quod qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit: ideo præmiſſis illis duabus propoſitionibus, quòd poteſtas ſit à deo, & ꝙ ſit res ordinata, infert Apoſtolus per modũ cõcluſionis, dicens, Itaq; qui poteſtati reſiſtit, dei ordinationi reſiſtit. Notandũ etiam ꝙ in ordine vniuerſi maxime re

lucet diuina bonitas, quia in vniuerſo poſt bonum du- A cis ſiue poſt bonum diuinum, non eſt tantum bonum, ſicut eſt bonum ordinis, vt poteſt patere ex Philoſophiſ. 12. Met. vbi bonum diuinum appropriat ducis bo- Tex.52. nitati, & bonum totius vniuerſi appropriat bonitati ordinis. Cum ergo ſit ſic, ſi in poteſtate maxime relucet bonum ordinis, quia non poſſumus poteſtati reſiſtere niſi Dei ordinationi reſiſtamus, ſequitur quod in poteſtate maxime relucet diuina bonitas: ex ipſa ergo bonitate quæ relucet in poteſtate patet quod non eſt poteſtati reſiſtendum, vt ratio arguebat. Deinde cum dicit.

Qui autem reſiſtunt: ipſi ſibi damnationem acquirunt.

Adducit quartam rationem ſumptã ex noſtra damnatione quam incurrimus ſi poteſtati reſiſtimus. Formetur autem ſic, Quicunq; non poſſunt poteſtati reſi- B ſtere niſi damnationem acquirant, illi non debent poteſtati reſiſtere ſed obedire: ſed nos non poſſumus poteſtati reſiſtere niſi nobis damnationem acquiramus; ergo non debemus ei reſiſtere ſed obedire. De hac autem ratione ponit virtutẽ medii. Continuetur ſic, benè dico quòd poteſtati reſiſtere non debemus, ſed debemus ei eſſe ſubiecti: quia qui poteſtati reſiſtunt ipſi ſibi damnationem acquirunt. Tunc ergo ſupplenda eſt ratio, quòd cum ſic ſit, non eſt poteſtati reſiſtendum ſed obediendum. Notãdum autem quòd cum dicitur (qui poteſtati reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt) poteſt intelligi vel de damnatione æterna, quam merẽtur qui poteſtatibus (in eo quod debent) nolunt eſſe ſubiecti, ſicut habemus exemplum de Dathan & ſociis ſuis qui cum nollent obedire poteſtati Moyſi, deſcenderũt in infernum viuentes, & terra abſorbuit eos & deglutiuit, vt dicitur Numeri. 16. Alio modo poteſt intel- C ligi de damnatione illa, quam inferunt Reges & principes, ſibi non obedientibus: iuxta illud Prou. 20. ſicut rugitus leonis, ira & terror Regis: qui prouocat eum, peccat in animam ſuam, id eſt, contra vitam ſuam: quia qui talis eſt, à Rege occiditur. De vtraq; autem damnatione poſſumus intelligere quod hic dicitur: ſed melius eſt quòd intelligamus hic de damnatione æterna quæ infertur à Deo, quàm de damnatione alia quæ infertur p ipſos Principes: quia de hmõi dãnatiõe ab ipſis principibus illata ſeptima ratio ſpecialẽ faciet mẽtionẽ. Vt ergo diſtinguamus rationẽ ſeptimã ab hac ratione quarta, poſſumus dicere ꝙ hic loquitur de dãnatione æterna à Deo illata, in ſeptima verò ratione loquetur de damnatione & de pœna à principibus præparata. Deinde cum dicit.

Nam principes non ſunt timori boni operis, ſed mali. D

Ponit quintam rationẽ ſumptam ex noſtra vtilitate. Formetur aũt ſic, Quicũq; ſunt inſtituti nõ pp timorẽ bonorũ, ſed pp timorem malorũ, illi ſunt inſtituti propter nr̃am vtilitatẽ, vt inducant nos ad bona, & retrahant nos à malis, & per conſequens, eis eſt obediendũ. Principes ſunt hmõi: ergo principibus eſt obediendũ. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur autem ſic, Benè dico quòd ſublimioribus poteſtatibus, id eſt, principibus debemus eſſe ſubiecti, & eis debemus obedire, (Nam principes nõ ſunt) ſupple, inſtituti (timori) id eſt, pp timorem (boni operis). i. eorũ qui bene operantur, (ſed mali) id eſt, ſunt inſtituti pp timorem mali operis. i. eorũ qui male operantur. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, ꝙ cũ ſic ſit; inſtituti ſunt propter nr̃am vtilitatem: ergo debemus ei obedire. Notandum aũt ꝙ nil eſt vtilius, & nil melius quàm hoĩem retrahi à vitiis, & attrahi ad virtutes: ergo eo ipſo ꝙ principes inſtituti ſunt pp timorem malorũ, non propter A timorem bonorũ, patet eos eſſe inſtitutos pp nr̃am vtilitatẽ, vt ſcilicet inducãt nos ad bonũ, & vt incutiant nobis timorẽ, ne declinemus ad malũ; & quia ſic eſt, expedit nobis, vt obediamus illis. Notãdũ ẽt ꝙ principes ſiue boni ſiue mali ſint, bonis proſunt. Nã ſi bonus eſt princeps, nõ punit bonũ, ſed diligit; ſi võ ſit malus nõ nocet bono, ſed purgat ipſum, vt gloſa tangit. Deinde cum dicit.

Vis autem non timere poteſtatem? Bonũ fac: & habebis laudem ex illa. Dei enim miniſter eſt tibi in bonum.

Adducit ſextam rationem ſumptã ex laude quã cõſequimur ſi poteſtati obediamus. Formetur autem ſic, Quicunq; eſt miniſter dei pp bonũ tuum & propter laudem tuã ſi bene facies & ſi ei obedies, illi tu debes obedire: ſed princeps & ille qui pręeſt eſt hmõ: ergo tu debes ei obedire. De hac aũt ratione ponit virtutem me- B dii. Continuetur aũt ſic: Benè dico ꝙ principes malefacientibus ſunt ad timorẽ, ſed benefacientibus ſunt ad laudem: & quia ſic eſt, (Vis aũt nõ timere poteſtatẽ benefac, & habebis laudem ex illa). i. ex poteſtate illa: & ſubdit qd poteſtas. i. ille qui pręeſt, (Dei eſt miniſter in bonũ tibi). i. in bonum tuũ. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, ꝙ ſi benefacias, poteſtas pręeſt in bonũ tuũ tibi, & in laudẽ tuam: & ideo debes benefacere, & debes ſubeſſe poteſtati, vt ex hoc laudem & bonũ poſſis acquirere. Notandũ aũt ꝙ hęc ratio ſexta ſumit fundametum ex quinta: nam quia principes ſunt pp timorem malorum nõ bonorũ, vt dicebat ratio quinta, ideo benefaciendo non timebimus principes, nec timebimus poteſtatẽ, ſed habebimus laudem ex illa. Nam Reges & Duces, & hmõi principes (vt innuitur. 1. Petri. 2.) inſtituti ſunt ad vindictam malorũ, laudem verò bonorũ. Notandum aũt ꝙ ſiue malus, ſiue bonus ſit ille qui pręeſt, C ſi tu ſubes ei, benefacis, & eſt tibi ad bonũ, & ad laudẽ: nam ſi bonus eſt prelatus cui ſubes, & tu benefacis, eſt tibi ad laudem cauſaliter, quia obediendo ei mereris: vel eſt tibi ad laudẽ cauſaliter, quia ipſa poteſtas & ipſe prelatus ex hoc te laudat. Si verò iniqua ſit poteſtas, habebis laudẽ ex illa occaſionaliter, quia erit tibi materia maioris coronæ, & habebis inde ex hoc maiorem coronã à deo: mali. n. prelati (vt dictum eſt) bonis nõ nocent, ſed eos purgant. Tunc ergo plana eſt ratio, ꝙ ſi tu bene facis, & ſubes prelato ſiue bono ſiue malo, eſt tibi ad laudem vel ad bonũ, vel cauſaliter vel occaſionaliter: & quia ſic eſt, debes bene facere, & bene faciendo debes libenter velle poteſtati ſubeſſe, vt habeas laudem ex illa. Deinde cum dicit.

Si aũt maleféceris: time. non. n. ſine cauſa gladium portat. Dei enim miniſter eſt: vindex in iram dei, ei qui malum agit. D

Adducit ſeptimã rõnẽ ſumptã ex ipſa iudiciaria poteſtate. Formetur aũt ſic; Quicunq; portat gladiũ. i. quicunq; põt in nobis exercere iudiciariã poteſtatẽ, & eſt miniſter dei, vindex in iram, ei qui male agit, illi debemus obedire: ſed princeps, & ille q habet poteſtatẽ, eſt hmõi: ergo debemus ei obedire. De hac aũt rõne ponit virtutẽ medii. Cõtinuetur aũt ſic, Bñ dico ꝙ principes ſunt timore mali operis. i. ſunt ad timorẽ eis qui male agunt; & quia ſic eſt (ſi aũt maleféceris: time. non. n. ſine cã portat gladiũ). i. habet iudiciariã poteſtatẽ. (dei. n. miniſter ẽ, vindex i irã dei). i. ad vindicãda offenſa dei; vel (eſt vindex in irã dei). i. eſt miniſter ad oſtẽdẽdã vindictã dei (ei). i. cõtra eũ (q male agit.) Tũc g̃ ẽ ſupplẽda rõ, ꝙ cũ prelatus habeat gladiũ. i. iudiciariã poteſtatẽ quã põt in nos exercere, & pp miniſteriũ quo fungitur, quia ẽ dei miniſter, ei obedire debemus. Notãdũ aũt ꝙ intẽtio legiſlatoris, vt probat Philoſophus 1 Politicis, 2.Polit. cap. 9 eſſe debet, vt īducat hoĩes ad virtute: g̃ principes quorũ ẽ leges cõdere, vel quorũ eſt ſcdm leges cõditas iudicare,

cate, hic male facientes puniunt, & punitio quæ fit hic in præſenti per principes de malis, deſignat & repræſentat illam vltimam punitionem, vel illud finale iudicium quod fiet per ſummum principem de peruerſis. Dicit ergo, Princeps eſt dei miniſter, vindex in iram Dei, vel quia hic punit forefacientes contra deum, vel quia punitio ſua illam finalem ſententiam figurat, et repręſentat. Deinde cum dicit. A

Ideoq́ neceſſitati ſubditi eſtote: non ſolum propter iram, ſed etiam propter conſcientiam.

Adducit octauam & vltimam rationem, ſumptam ex ipſa conſcientia, & ex ipſa neceſſitate: quæ hoc dictat, quòd debeamus ſuperioribus obedire. Formetur autem ſic, Quicquid dictat recta conſcientia, illud debemus facere; ſed recta conſcientia dictat vt ſuperioribus obediamus, ergo non ſolum propter iram vitandam, ſed etiam propter conſcientiam dictantem, debemus ſubditi eſſe poteſtati, & ſuperioribus obedire. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur autem ſic, dictum eſt quod poteſtas portat gladiū, ideſt, iudiciariam poteſtatem, & quod eſt miniſter Dei, vindex in iram, (ideoq;) quia ſic eſt (neceſſitati) ideſt, huic neceſſariæ ordinationi (ſubditi eſtote: non ſolum propter iram) principis, vel propter iram Dei vitandam (ſed etiam propter conſcientiam) quæ hoc oſtendit & dictat. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, quod, cum hoc conſcientia dictet, debemus ſuperioribus obedire. Notandum autem quòd ordo poteſtatis, eſt ordo neceſſarius: nam quidam ſunt adeo boni quod ſolo amore honeſti inducuntur ad benefaciendum: quidam tamen propter increpationes parentum & amicorum inducuntur vt benefaciant: aliqui verò ſunt adeo peruerſi quod nec amore honeſti, nec propter increpationes aliorum inducuntur ad bonum: ideo (vt probat Philoſophus in Ethicis) neceſſe fuit leges condere coactiuam habentes potentiam, vt qui nec amore honeſti nec propter increpationes aliorum, ſaltem timore pœne retraherentur à malo. Neceſſarium ergo fuit vt eſſent principes, vt eſſent habentes iudiciariam poteſtatem. Huic ergo neceſſitati, & huic neceſſariæ ordinationi, ait Apoſtolus quòd debemus eſſe ſubiecti. Notādum etiam ꝙ eſt alia ratio, quare fuit neceſſarium dominium, & principatum eſſe: nam ſicut homines quanto ſunt robuſtiores corpore, tanto, ſi non videant, magis indigent ductore, quia magis lęduntur ſi inueniāt obicē; ſic homines deficientes in intellectu, quāto magis pollent viribus, tanto magis indigent principante, vt eos dirigat & inſtruat, qualiter agere debeant. Cū ergo non oēs ſint tantę ſapientię, ꝙ ſe ſciant regere, non ſolū pp malitiā voluntatis, ſed etiam propter ignorātiam intellectus, neceſſe fuit inſtituere principes, & pręlatos, qui nos dirigerent & gubernarent: & quia recta conſcientia ordinem pręlationis, qui eſt ordo neceſſarius, oſtendit & dictat, ideo nō ſolum pp iram vitandā, ſed etiam pp conſcientiā hoc dictantem, poteſtatibus ſublimioribus debemus eſſe ſubiecti. Deinde cū dicit. B C D

Lib. 10. cap. 7.

Autoritati cuiuſcunq; principis chriſtianus ſubdi debet.

Ideo enim, & tributa præſtatis. Miniſtri enim dei ſunt: in hoc ipſum ſeruientes.

Poſtquam probauit per rationem ꝙ debemus poteſtatibus ſublimioribus eſſe ſubiecti; hic probat hoc idē per ſignum: nā in ſignum huius ſubiectionis eis tributa reddimus & pręſtamus. Duo ergo facit: quia primo oſtendit ꝙ in ſignum huius ſubiectionis reddimus tributa principibus. Secūdo, quia fecerat mentionē quō debemus tributa reddere, deo gratia huius ait, ꝙ omnibus ſua debita ſunt reddenda, ibi, Reddite ergo omnibus debita.) In prima parte intendit talem rationē, Quibuſcunq; tributa pręſtamus, ſignum eſt ꝙ eis debemus eſſe ſubiecti: ſed principibus, qui ſunt miniſtri Dei

A nobis in hoc ſeruientes, tributa præſtamus: ergo ſignū eſt, ꝙ eis debemus eſſe ſubiecti. De hac aūt ratione ponit virtutem medii. Continuetur autem ſic, Benè dico ꝙ ſublimioribus poteſtatibus eſt obediendum & debemus eſſe ſubiecti, qd nō ſolū patet pp multiplices rationes ſuperius tactas, ſed etiam patet hoc idē per ſignū: Nam (ideo & tributa præſtatis,) ſupple, in ſignū ſubiectionis. Nam ipſi principes (miniſtri dei ſunt in hoc ipſum) ideſt pp hoc ipſum (ſeruientes.) Tunc ergo eſt ſupplēda ratio ꝙ cū principibus, & cum ſuperioribus poteſtatibus tributa præſtamus, ſignum eſt ꝙ eis debemus eſſe ſubiecti. Notandum aūt ꝙ ait tributa pręſtatis, nō dicit datis, quia hoc eſt quaſi quoddam pręſtitū quod tribuitur principi, quia ex hoc ipſe nobis reddit talionem: nam ſi ciues ſeruiant principi dādo ei tributa, & princeps ſeruit ciuibus eos defendendo, & de eis vigilem curam habēdo. Nam quilibet debet viuere de eo cui ſeruit, vt qui altario ſeruit de altario viuit; ſic princeps qui ſeruit communi bono, dignum eſt ꝙ de tributis, & communibus ſumptibus viuat, iuxta illud primæ ad cor. 9. Quis paſcit gregem, & de lacte eius nō bibit? Principes ergo qui paſcunt, regunt, & gubernāt ciues, de lacte ciuium & de tributis eorum tanquā de proprijs ſtipēdijs viuere debent. Notandū etiam ꝙ hoc quod dicit, (Miniſtri enim Dei ſunt in hoc ipſum) ideſt, pp hoc ipſum (ſeruientes,) dupliciter poteſt exponi, vt glo. tangit. Vel quia in hoc ipſum, ideſt, pp hoc ipſum, hoc eſt pp ipſa tributa nos ſumus ſeruientes principibus q ſunt miniſtri Dei. Vel quia principes q ſunt miniſtri Dei, ſunt ſeruientes nobis in hoc ipm. i. pp hoc ipm, hoc e pp ipſa tributa. Nam vtrunq; verū eſt, ipſa enim datio tributorum ſignū eſt ſeruitutis & ſubiectionis: ergo ex hoc ipſo ꝙ damus tributa, dicimur ſeruire principibus. Rurſus quia principes recipiendo tributa ſeruiunt ciuibus, & eos defendendo & eorum vigilem curam habendo, ideo principes qui ſunt miniſtri Dei (hoc ipſum) ideſt propter ipſa tributa ſupple ſunt (ſeruientes) ciuibus. Ergo hoc ipſum, ideſt, propter hoc ipſum, vel pp ipſa tributa, & ciues ſeruiunt principibus, & principes ciuibus. Deinde cum dicit.

Reddite ergo omnibus debita. Cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem.

Quia mentionem fecerat ꝙ tributa debebamus reddere noſtris ſuperioribus, ideo ex hoc concludit ꝙ omnibus ſua debita ſunt reddenda, dicens, (Reddite ergo omnibus debita,) vt (cui tributum) debetis, (tributum) ſupple reddite: (cui vectigal) reddatis (vectigal, cui timorem, timore, cui honorē honorem.) Omnibus ergo ſunt ſua debita reddenda. Notandū aūt ꝙ tributum dicitur qd ſoluit regio: vectigal qd ſoluit ſingularis perſona: vt qd ſoluit mercator, vel qd ſoluunt tranſeuntes qui ſoluunt pedagia pp res quas vehunt & portant: & dicitur vectigal ſtipendiū qd datur dñis qñ per patrias vehuntur. Vel dicitur tributū qd domi ſoluitur. vectigal vero qd ad domū vehitur & portatur. Omnia hęc gl. tāgit & innuit, & oia hęc gña ſtipēdiorū dātur dñis. Nā aliqñ tota regio ſoluit ſtipēdia, & illud eſt propriè tributū: aliqñ ſoluūtur ſtipendia dño trāſeunti & eunti p viā, ſicut dicūtur pręlati accipere procurationes qñ viſitāt eccleſias: vel ſoluuntur ſtipendia à trāſeuntibus ſicut illi q ſoluūt pedagia: tale aūt ſtipēdiū qd ſoluitur dño q p patriā portatur & vehitur, vel qd ſoluūt trāſeūtes pp res quas portāt & vehuntur dicitur vectigal. Rurſus eſt aliud ſtipendiū qd nō datur Dño niſi dñs vadat, vel mittat ad domū ſtipediarii, & tale ſtipēdiū pōt dici tributū. Aliqñ ſtipēdiarius portat & vehit ſtipēdiū vſq; ad domū dñi & tale dicitur vectigal. Notādū etiā quod omnia hęc debemus principibus, tributum, vectigal, timorem, & honorem. Nam principes debent habere curam ciuium, tam corporum, quàm animarum

Habent enim curam corporum inquantum bona corporalia ſaluant & protegunt, tam in ciuitate quàm etiam extra ciuitatem: vt in vijs, nec intra ciuitatem, nec extra, debent permittere boni principes quod aliquis damnificetur & deprędetur. Rurſus habent curam animarum, quia intentio legiſlatoris eſt (vt dictum eſt) inducere ciues ad virtutes & retrahere à vitijs, quod licet non ſit tanta cura animarum quanta eſt illius qui ſacramenta ſpiritualia adminiſtrat, tamẽ aliqualis cura animarum eſt portare gladium & habere iudiciariam poteſtatem ad laudem bonorum & ad inducendum homines ad virtutes, & vindictam malorum, ideſt retrahendo à vitijs. Princeps ergo vt habet curam temporalium in ciuitate, & non permittit aliquem in ciuitate damnificari debetur ei tributum; prout vero habet curam animarum & non permittit extra ciuitatẽ aliquem expoliari, debetur ei vectigal, ideſt pedagium quod pro vijs ſoluitur: prout autem inducit ciues ad virtutes debetur ei honor, q̃ ẽ exhibitio reuerentiæ in teſtimoniũ virtutis: nam ipſe princeps maxime debet eſſe virtuoſus & maxime debetur ei honor qui debet alios inducere ad virtutem. Vltimo prout retrahit ciues à vitijs & à malis operibus debetur principi timor, quia princeps eſt timori mali operis, ideſt, eſt in timorem male operantibus, vt eſt per habita manifeſtum.

Dubitaret forte aliquis de illo verbo Apoſtoli, (Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit,) videtur enim quòd fideles non debeant alicui eſſe ſubiecti, quia dicitur Io. 8. ſi filius vos liberauerit, vere liberi eritis: fideles ergo qui per chriſtum liberati ſunt, vere ſunt liberi, non ergo tenentur alicui ſeruire. Dicendũ quòd vt communiter dicitur, libertas iſta quam per chriſtũ conſecuti ſumus, eſt libertas ſpiritualis, per quam liberamur à peccato & morte, iuxta illud, quod habitum eſt ſupra cap. 8. Lex. n. vitæ in chriſto Ieſu liberauit me de lege peccati & mortis: ſed propter carnem & propter fomitem peccati in ea exiſtentem, licet in baptiſmo debilitetur non tamẽ totaliter tollitur: & ideo remanemus obnoxij ſeruituti, & propter hunc fomitẽ indigemus principante. Tangebantur enim in notabilibus duæ cauſę, quare ordo principatus erat neceſſarius: Vna cauſa erat ex parte malitiæ in affectu, quia multi propter malitiam ad quam inclinantur, non ſe corrigerẽt niſi per leges habentes coactiuam potentiam, & per principem habentem gladium & iudiciariam poteſtatem. Secunda cauſa erat ex parte ignorãtiæ in intellectu, quia multi neſcirent ſe dirigere, ideo prælato & principe dirigente indigent. Propter ergo fomitem peccati qui inclinat ad malitiam in affectu, per quam incurrimus cęcitatem in intellectu, debemus ſubijci prẹlationi & poteſtati. Quandiu ergo regnat hic fomes de quo ait apoſtolus ſupra. 7. Carne autem ſeruio legi peccati: indigemus principante & corrigente. Sed poſt reſurrectionem quando creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis in libertatem glorię filiorum Dei, vt habitum eſt ſupra. 8. tunc non indigebimus tali prælatione, nec indigebimus tali principatu iuxta illud cor. 15. Cum tradiderit chriſtus regnum Deo patri, cum euacuauerit omnem principatum, poteſtatem, & virtutem: talia enim tunc euacuabuntur, non enim tunc erunt huiuſmodi principatus & hmõi prælationes vt nunc exiſtunt.

Vlterius forte dubitaret aliquis de illo verbo Apoſtoli, Non eſt poteſtas niſi à Deo.) cuius contrarium habetur Oſee. 8. vbi dicitur, Ipſi regnauerunt & non ex me, Principes extiterunt & non cognoui. Pręterea, ſi omnis poteſtas eſſet à Deo, ergo potẽtia peccandi eſſet ab eo; quod eſt inconueniens. Dicendum ꝙ quælibet potentia ſecundum ſe conſiderata, bona, & a Deo eſt: vnde & philoſophus. 3. Topicorum ait ꝙ potentiæ malorum bonę ſunt. Debemus enim imaginari quòd

A ſicut per eandem artem poſſumus loqui congruum cũ artem imitamur, & incongruum cum ab arte deuiamus; ſic eadem potentia poſſumus bene agere cum illa potentia bene vtimur, & poſſumus male facere cum illa potentia abutimur. Hoc enim eſt ferè commune omnibus bonis, vt dicitur. 1. Rhetoricorum, quòd poſſumus eis bene & malè vti. Cap. 6. Bona enim eſt ſanitas, licet quis poſſit ſanitate abuti, & poſſit multa mala facere exiſtens ſanus, quæ non poſſet facere ſi eſſet infirmus; & bona eſt potentia viſiua, licet quis poſſit multa mala facere videns, quæ non poſſet ſi cęcus eſſet. Et bonus ſimiliter eſt principatus, & eſt à Deo potentia principatus, licet quis poſſet multa mala facere exiſtens princeps, quæ non poſſet ſi principatu careret. Si ergo cõſideremus ipſam poteſtatem in ſe, bona eſt; ſed modus acquiſitionis & vſus eius poteſt benè & male fieri; nam quidam ingerunt ſe & vſurpant principatum, contra quos dicitur Hebr. 5. Nec quiſquam ſumit ſibi hono-

B rem, ſupple, debite, ſed qui vocatur à Deo tanquam Aaron. Et per hoc patet ſolutio ad primum, quia cum dicitur Oſee. 8. Ipſi regnauerunt non ex me: intelligitur quòd indebite vſurpauerunt regnum ſibi, vel male vſi ſunt eo. Vſus enim poteſtatis poteſt eſſe bonus & malus, ſicut & acquiſitio. Per hoc patet ſolutio ad ſecũdum, quia poteſtas peccandi bona eſt, ſed vſus illius peccantis malus eſt: quia cum debemus illa potentia vti ad bonum, abutimur ea & peccamus: per ipſam eandem enim potentiam viſiuam, potentia poſſumus bene vti, & tunc eſt potentia bene agendi; & poſſumus male vti, & tunc eſt potentia peccandi: ipſa ergo potẽtia bona eſt, ſed abuſus malus eſt.

Vlterius forte dubitaret aliquis de illo verbo Apoſtoli, Qui reſiſtunt poteſtati, ſibi damnationem acquirunt. Sed contra: Martyres non obedierunt principibus, & ex hoc non acquiſierunt damnationem, ſed ſa-

C lutem. Dicendum quòd ſi conſideratur mens Apoſtoli non eſt contrarium quod dicitur. dixerat enim quòd quæ ſunt à Deo, ſunt ordinata: poteſtati ergo, vt eſt à deo & vt eſt ordinata, qui reſiſtit, ſibi damnationem acquirit: ſed ſi non ſit ordinata & maxime ſi ſit contra Deum, qui ei reſiſtit, non damnationem, ſed ſaluationem meretur. Nam, vt gloſſa ponit exemplũ, ſi videmus in rebus humanis quod Imperator eſt ſupra Proconſulem, Proconſul ſupra Exactorem vel Procuratorem: ſi ergo Exactor vel Procurator præcipiat contra iuſſionem Proconſulis, obedire debemus proconſuli, non Exactori: & ſi Proconſul præcipiat contra Imperatoriam maieſtatem, recta ratio dictat obediendum eſſe Imperatori, nõ Proconſuli. Sic & in propoſito: ſi Imperator vel quicunquę princeps contra iuſſionem diuinam edictum faciat, obediamus deo nõ homini, & dicemus quod obedire oportet deo magis quàm hominibus. Martyres ergo ſic faciendo, coronã

D meruerunt: & per hoc patet ſolutio ad obiectum.

LECTIO. XLIII.

NEmini quicquam debeatis: niſi, Vt inuicem diligatis.

Poſtquam Apoſtolus dixit omnia debita reddenda eſſe: ne quis crederet quodlibet debitum eſſe reddendum vt non vlterius teneremur ad illud, ideo Apoſtolus in parte iſta oſtendit quòd eſt aliud debitum, & huiuſmodi eſt debitum dilectionis: quod debitum ita redditur, quòd ſemper detinet hominem debitorem.

torē. Alia.n.debita cū exoluūtur, ab illis abſoluimur, ſed hoc debitum ſemper debemus ſoluere, nec poſſumus eſſe ab hoc debito abſoluti. Duo ergo facit: quia primo prōponit quod intendit: ſecundo declarat et probat propoſitum, ibi, Qui enim diligit proximum.) In prima parte intendit talem rationem: Quicunq; debent omnibus ſua debita reddere, ad nullum debitum debent velle teneri niſi ad debitum dilectionis, quia ſe debēt inuicē diligere: ſed vt dictū ē, vos debetis oībus ſua debita reddere ꝙ nō debetis ad aliud debitū teneri niſi ad debitū dilectionis, quia debetis vos inuicem diligere. Hoc eſt ergo quod ait. Continuetur autem ſic, Dictum eſt, quòd debetis omnibus ſua debita reddere, igitur (nemini quicquam debeatis,) id eſt, ita perſoluite debita veſtra, vt non teneamini ad illa, & vt alteri ſitis debitores. Et ſubdit, Niſi, vt inuicem diligatis.i.debitum dilectionis ſic perſoluite, vt ſemper teneamini ad illud, & vt ſemper ſitis debitores eius. Notandum autem quod amor procedit ab amante & tendit in amatum, ſicut debitum procedit à debente & protendit in illum cui debetur: quare cum hoc ſit debitum reddere, ꝙ procedat debitum à debente & tendat in illum cui debetur, ſic hoc eſt debitum dilectionis reddere, ꝙ procedat amor ab amante ꝙ tendat in perſonam illā quæ amatur: & quia ſemper tenemur amorem noſtrū dirigere in alium, nunquam poſſumus hoc debitum totiens perſoluere, quin ſemper teneamur ad illud. Notandum autem ꝙ triplex poteſt eſſe ratio, quare aliquod debitum non poſſit totiens perſolui, quin ſemper teneamur ad illud: Primo propter rem debitam: ſecundo propter cauſam debendi: tertio propter modum exoluendi & reddendi. Primum ſic patet: nā ſi res debita eſſet tāta, ꝙ tu nō poſſes reddere ęquiualēs, ſemper debes debitum perſoluere, & nunquam poſſes debitum euacuare, quia non poſſes ad ęqualitatem pertingere, ſecundum quem modum loquitur Philoſophus in Ethicis, ꝙ Deo, Parentibus, & Magiſtris nō poſſumus reddere ęquiualens. Sic & in propoſito: cum debeamus diligere proximum propter deum, cui nō poſſumus reddere ęquiualens, non poſſumus totiens illud debitum exoluere, quin ſemper & aſſidue obligemur ad ſoluendum. Secunda ratio ad hoc idem poteſt ſumi ex cauſa debendi: nam cauſa propter quam obligamur ad diligendum proximum eſt ſimilitudo naturæ, vel gratiæ, & quia iſta cauſa ſemper manet, ſemper obligamur ad debitum perſoluendum. Tertia ratio ſumi poteſt ex modo ſoluendi, nam illud quod in ſoluēdo non euacuatur ſed augmentatur, per ſolutionem eius non ſoluimur à debito ſoluendi, ſed magis ad hoc debitum obligamur: charitas eſt hmōi, vt gloſſa tāgit, quia quāto plus diligimus, & magis hoc debitū pſoluimus, magis augmētatur dilectio charitatis; & quia charitas in ſoluendo multiplicatur, ideo ſemper debemus velle obligari ad hoc debitum, & ſemper debemus hoc debitum perſoluere, vt ſoluta charitas & reddita, magis ac magis ſuſcipiat incrementum. Deinde cum dicit.

Lib.6.cap.1.

Qui enim diligit proximum, legem impleuit.

Probat qd dixerat: circa qd duo facit, quia primo facit qd dictū ē, ſecūdo qd dictū fuerat, probat ibi, nā nō adulterabis.) In prima parte intēdit talem rationem: Quicunq; ſemper tenentur ad impletionem legis, ſemper tenentur ad debitum dilectionis, cum dilectio ſit legis impletio: ſed ſemper omnes fideles tenentur ad impletionem legis, ergo omnes fideles ſemper tenentur ad debitum dilectionis. De hac aūt ratione ponit virtutem medii. Continuetur aūt ſic, Benedico quod debetis vos inuicem diligere & ſemper debetis teneri ad debitum dilectionis, quia (qui diligit proximum, legem impleuit.) Tunc ergo ſupplenda eſt ratio, quod

A ſi dilectio proximi eſt impletio legis, cum ſemper teneamur ad hoc debitum quòd debemus implere legē, ſemper tenebimur ad hoc quòd debemus diligere proximum. Deinde cum dicit.

Nam, Non adulterabis, Non occides, Non furaberis, Non falſum teſtimonium dices, Non concupiſces, & ſi quod eſt aliud mandatum, in hoc verbo inſtauratur, Diliges proximum tuum ſicut te ipſum.

Exo.20. Deut.5.

Probat quod ſuppoſuerat. Suppoſuerat enim quòd dilectio eſſet legis impletio, & per hoc probabat quòd ſemper tenemur ad debitum impletionis legis. In parte ergo iſta hoc declarat & manifeſtat, oſtendens, quomodo dilectio ſit legis impletio. Ad cuius euidentiam eſt ſciendum, quòd lex continet aliqua præcepta negatiua per quę diſſuadet nobis mala vt ea abiiciamus: B & continet aliqua præcepta affirmatiua per quæ perſuadet nobis bona vt illa faciamus. Tria ergo facit: qa primo oſtendit, quomodo dilectio eſt impletio legis quantum ad præcepta negatiua vt fugiamus & abiiciamus opera mala: ſecundo declarat, quomodo dilectio eſt legis impletio quantum ad præcepta affirmatiua vt faciamus opera bona: tertio, quia mentionem fecerat de factione boni & vitatione mali, ex his quæ dixerat exhortatur & concludit, quomodo debeamus vitare & abiicere opera mala, & operari & facere bona. Secunda ibi, Et hæc ſcientes:) Tertia ibi, Abiiciamus ergo opera tenebrarum.) In oſtendendo autem, quomodo dilectio eſt impletio legis quantum ad præcepta negatiua, tria facit: quia primo oſtendit hoc inductione. Secundo oſtendit hoc ſyllogiſmo. Tertio concludit intentum. Secunda ibi, Dilectio proximi.) Tertia ibi. Plenitudo ergo legis.) In prima parte intendit talem rationem: per quicquid adimplentur & inſtaurā C tur præcepta legis, illud eſt impletio legis: ſed inducendo in omnia præcepta legis, patet ꝙ impleantur per dilectionem; nam, Non adulterabis, Non occides, Non falſum teſtimonium dices, Non concupiſces rem proximi tui, & ſi quod aliud mandatum eſt, impletur & inſtauratur in verbo dilectionis; Ergo, vt patet inductione, dilectio eſt impletio legis. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur autem ſic: Benè dico quòd dilectio proximi eſt impletio legis, (nam Nō adulterabis, Non occides, Non furaberis, Non falſum teſtimonium dices, Non concupiſces rem proximi tui: & ſi quod aliud mandatum ſit) datum per Moyſen vel per legem (inſtauratur).i.continetur & impletur (in hoc verbo).i.in hoc mandato, quod Moiſes fecit, Leuit.19. (Diliges proximum tuum ſicut te ipſum.) Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, quòd ſi in dilectione continetur & impletur omne præceptum legis, ergo dilectio eſt legis impletio. Notandum autem ꝙ hæc præcepta D hic poſita, ſic diſtingui poſſunt; quia ſi tu facis contra proximum. vel hoc eſt cogitatione, vel locutione, vel opere. Et ſi forefeceris opere, vel hoc eſt in perſonam coniunctam, ideo dictum eſt, Non adulterabis, vt nomine adulterii intelligatur omnis vſus illicitus genitalium membrorum. Vel forefeceris in perſonam propriam; ideo ad hoc intelligendum dicitur, Non occides, vt nomine occiſionis detur intelligi prohiberi vulneratio proximi & percuſſio eius, & omnis offenſa facta in perſona illius. Rurſus poteſt forefacere in proximum opere non ſolum in perſonam coniunctam vel in perſonam propriam, ſed etiam in rem poſſeſſam: & quantū ad hoc dictum eſt, Non furaberis, vt nomine furti detur intelligi omnis contractio rei alienæ, inuito Domino. Sed vlterius, quia quis poteſt forefacere in proximum non ſolum opere ſed & locutione, ideo dictum eſt, Non falſum teſtimonium dices, vt nomine falſi teſtimonii intelligatur omnis ſermo læſiuus proximi, ſiue

hoc ſit in iudicio, ſiue extra iudicium, ſiue ſit per modũ detractionis, ſiue per modum contumeliæ. Rurſus quia quis poteſt forefacere concupiſcendo & cogitando, ideo dictum eſt, Non concupiſces rem proximi tui, vt nomine concupiſcentiæ intelligatur prohiberi quòd non debes concupiſcere Proximi rem poſſeſſam, vt agrum aut vineam: nec rem coniunctam, vt vxorem, ſororem aut filiam. Notãdum etiam, quòd ſi tu diligeres proximum, nullo modo tu velles eum offendere: & quia hæc omnia præcepta, quæ nominata ſunt, prohibent offenſam proximi, ideo bene dictum eſt, quòd dilectio eſt impletio legis, quia qui diligit proximum, omnia hæc mandata adimplet, & omnia hæc mandata obſeruat. Notandum autem, quòd ſecundum quoſdam Apoſtolus hic intendit inducere tam in præcepta negatiua, quàm affirmatiua: intendens quod omnia hæc præcepta implentur, per dilectionem proximi. Sed quia ſpecialis ratio fiet de præceptis affirmatiuis, per quæ iubemur operari bona, dicamus quod hic apoſtolus intendit, quomodo per dilectionem proximi impletur lex, quantum ad præcepta negatiua, per quæ prohibemur, vt non faciamus mala. Quod autem ſic ſit, patet ex ipſa litera apoſtoli: nam in ratione facta, quæ eſt per inductionem, non fit mentio niſi de præceptis negatiuis: & in ratione ſequenti, quæ eſt per ſyllogiſmum, non fit mentio de bono quod inferunt præcepta affirmatiua, ſed de malo quod prohibent negatiua. Quare planè patet hoc Apoſtolum ſpecialiter hic intendere, quomodo dilectio eſt impletio legis, quantum ad præcepta negatiua: ſed infra fiet ſpecialis ratio, quomodo dilectio eſt impletio legis quantum ad pręcepta affirmatiua. Deinde cum dicit.

Dilectio proximi, malum non operatur. Plenitudo ergo legis, eſt dilectio.

Probat hoc idem ſyllogiſmo. Formetur autem ſic: Quicunq; abſtinet ab omni malo proximi, ille adimplet præcepta legis, cum præcepta legalia ad hoc tendant, vt proximo non inferatur offenſa: ſed qui diligit proximum abſtinet ab omni malo proximi, ergo dilectio proximi adimplet præcepta legis. De hac autem ratione ponit virtutem medii cum ſua concluſione. Continuetur autem ſic: Benè dico quòd qui proximũ diligit legem impleuit, quia (dilectio proximi) id eſt, ille qui diligit proximum (malum non operatur) id eſt, cauet & abſtinet ab omni malo proximi. Tũc ergo eſt ſupplenda ratio, quòd, cum præcepta legis inhibeant, ne quis operetur malum contra proximum, ſi diligẽs proximum hoc adimplet, quia non operatur contra ipſum patet, quòd diligens proximũ adimplet legem: & quia ſic eſt, concludit Apoſtolus concluſionem intẽtam et declaratam tam per inductionẽ, quam per ſyllogiſmum, dicens, quòd (Plenitudo legis, eſt dilectio.) Notandum autem quòd Apoſtolus volens oſtendere quòd ſemper tenemur ad debitum dilectionis proximi quia ſemper tenemur ad debitum impletionis legis, prius probauit hoc per præcepta negatiua quàm per affirmatiua: quia efficacius hanc concluſionem intentam concludit per præcepta negatiua quàm affirmatiua. Ad cuius euidentiam ſciendum quod præcepta negatiua ſunt vniuerſaliora affirmatiuis, & quantum ad tempus, & quantum ad perſonas. Quantum ad tempus quidem, quia obligãt ſemper & ad ſemper: omni enim tempore vel qualibet hora, & in quolibet puncto, teneris implere præcepta negatiua, videlicet, quòd non debes furari, non debes mœchari, & quod debes cauere à cæteris talibus. Sed præcepta affirmatiua obligant ſemper pro loco & tempore, ſed non obligant ad ſemper: non enim quolibet tempore, nec qualibet hora teneris honorare parẽtes, ſed

A teneris ad hoc ſemper, quando adeſt locus vel oportunitas. Rurſus præcepta negatiua ſunt vniuerſaliora quantum ad perſonas, quia tu nullum debes offendere, ſed durum eſſet quòd omnibus ſeruires. Ergo præcepta negatiua teneris adimplere quo ad omnes, ſed affirmatiua nullus eſſet ſufficiens, vt poſſet ad omnes homines adimplere, quia nullus vnus homo poſſet omnes homines honorare, nec omnibus benefacere. Notandum etiam quòd (vt ſæpe dictum eſt) præcepta negatiua prohibent mala fieri: affirmatiua perſuadẽt bona facere: & quia quicunq; diligit aliquem cauet a malo eius, & ſi adſit locus & oportunitas paratus eſt illi benefacere, per dilectionem non ſolum adimplentur præcepta negatiua per quæ cauentur mala, ſed etiam adimplentur præcepta affirmatiua per quæ fiunt bona. Notandum etiam ꝙ ſi ex impletione præceptorũ affirmatiuorum vellemus arguere ꝙ tenemur ad debitum dilectionis reddendum, cum præcepta affirmatiua non debeamus adimplere omni tempore, nec ad

B omnes perſonas, ſed ſolum quãdo adeſt tempus & oportunitas, & ſolum ad illas perſonas adimplere tenemur ad quas debita oportunitas ſe offert ſeruiendi, ex huiuſmodi præceptis affirmatiuis non tenemur ſemper & ad ſemper ſoluendum debitum dilectionis, cum non teneamur implere huiuſmodi præcepta ſemper & ad ſemper & ad omnes perſonas: ſed cum præcepta negatiua teneamur ſeruare ſemper & ad ſemper & ad omnes perſonas, ſemper & ad ſemper & ad omnes perſonas tenemur reddere debitum dilectionis. Eſt ergo intentio Apoſtoli, quòd cum ſemper & ad ſemper nõ tenearis furari cuilibet, nec falſum teſtimonium reddere, nihil mali facere, cum hoc adimpleas diligẽdo, ſemper & ad ſemper & ad omnes perſonas tenearis ad debitum dilectionis: immo ſi nec eſt hora, nec eſt punctus in quo poſſis abſolui ab impletione horum mandato-

C rum, nec eſt hora in quo poſſis eſſe abſolutus à debito dilectionis; ſemper enim illud debitum debes ſoluere & ſemper ad illud debitum remanes obligatus. Bene ergo dictum eſt quòd nemini quicquam debeatis, niſi quòd inuicem diligatis. Es ergo obligatus ſemper & ad ſemper ad debitum dilectionis, vt adimpleas præcepta negatiua: & es obligatus ſemper & ad ſemper, ſed obligatus es tantùm pro loco & tempore ad huiuſmodi debitum, vt adimpleas pręcepta affirmatiua.

LECTIO. XLIIII.

D ET hoc ſcientes tempus, quia hora eſt iam nos de ſomno ſurgere.

Oſtenſo, quomodo dilectio eſt impletio legis quantum ad pręcepta negatiua quia facit nos mala fugere: declarat, quomodo dilectio ſit impletio legis quantum ad præcepta affirmatiua quia facit nos bona facere. Propter quod ſciendũ ꝙ tẽpus grãe & euangelii, propriè eſt tempus dilectionis ideo ſæpe ſæpius dictum eſt quòd hęc breuis eſt differẽtia inter legem & euangelium, timor & amor. Si ergo tempus gratiæ & tempus euangelii eſt tempus in quo debemus ſurgere à ſomno pigritiæ, & à ſomno vitiorũ & eſſe ſolliciti & operari, conſtat quòd tempus dilectionis eſt huiuſmodi tempus quod facit nos bene agere, & facit pręcepta affirmatiua implere: dilectio g̃ nõ ſinit nos eſſe

nos eſſe

nos eſſe infęcundos, ſed facit nos ſurgere, & facit nos eſſe ſolicitos, & facit nos bona facere. Sed ſi dilectio non ſolum facit nos non operari mala, ſed facit nos ſurgere & operari bona, patet ꝙ dilectio non ſolū eſt plenitudo legis quantum ad præcepta negatiua, per quæ mala diſſuadentur & vitantur, ſed etiā eſt dilectio plenitudo legis quantum ad affirmatiua, per quę perſuademur vt ſurgamus & faciamus bona. Duo ergo facit, quia primo proponit quod intendit: ſecūdo probat propoſitum, ibi, Nunc autem propior.) In prima parte intendit talem rationem, Per quicquid eſt hora & oportunitas de ſomno ſurgere vt operemur bona, per illud eſt impletio legis quantum ad præcepta affirmatiua per quę iubemur bona facere, Dilectio eſt huiuſmodi, ergo &c. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur autem ſic, Dictum eſt quòd dilectio non operatur malum, ideſt, per dilectionem eſt impletio legis quantum ad pręcepta negatiua, (& hoc ſcientes), ideſt, ſuper hoc debetis ſcire & aduertere, quia (ſupple) propter dilectionem, vel propter (tempus) dilectionis (hora) ideſt, oportunitas eſt (ſurgere de ſomno) ideſt, ſurgere de corpore & de negligentia bene operando: debemus enim ſomnū ideſt, pigritiam dimittere, & ſurgere, ideſt, bona facere. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, ꝙ ſi propter hoc tempus, quod eſt tempus euāgelii, vel quod eſt tempus gratiæ vel dilectionis, eſt hora de ſomno ſurgere, ideſt, datur nobis cōmoditas & opportunitas vt dimiſſo ſomno & pigritia, ſurgamus & bona operemur, ergo dilectio impellit nos ad bona agere: propter quod dilectio eſt impletio non ſolum quantum ad præcepta negatiua per quæ docemur mala fugere, ſed etiam quantum ad affirmatiua per quæ inuitamur de ſomno ſurgere, & iubemur bona facere. Notandum autem quod in ſacra pagina multipliciter accipitur Somnus: aliquando accipitur ſomnus pro ſomno naturæ, qui eſt quies virtutum animalium, de quo dicitur Ioā. 11. Si C dormit ſaluus erit. Aliquando accipitur pro ſomno mortis, iuxta illud 1. Theſſ. 4. Nolumus vos ignorare de dormiētibus. Tertio accipitur ſomnus pro ſomno gratię vel glorię, iuxta illud Pſal. 4. In pace in idipſum dormiam & requieſcam. Quarto accipitur pro ſomno contemplationis, iuxta illud Cant. 5. Ego dormio, & cor meum vigilat. Quinto accipitur ſomnus pro ſomno culpæ, iuxta illud Eph. 5. Surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te chriſtus. Sexto accipitur ſomnus pro ſomno pigritiæ, iuxta illud Prouer. 6. Vſquequo piger dormis? quando conſurges ex ſomno tuo? Cum ergo hic dicitur ꝙ nunc quod eſt tempus dilectionis, eſt hora de ſomno ſurgere, non intelligitur de ſomno, primis modis quatuor, dicto: ſed intelligitur de dicto, vltimis duobus modis, videlicet, de ſomno culpæ & pigritiæ, à quo debemus ſurgere & benefacere. Et quia dilectio dat nobis oportunitatem & inci- D tat nos ad ſic ſurgendum & ad ſic bene agendum, bene dictum eſt quod dilectio totaliter eſt legis impletio quantum ad omnia genera præceptorum; quātum ad negatiua, quia facit nos mala fugere; quantum ad affirmatiua, quia facit nos ſurgere de ſomno & bona facere. Deinde cum dicit.

Nunc autem propior eſt noſtra ſalus quàm cum credidimus.

Probat quod dixerat, oſtendens quòd per hoc tempus, quod eſt tempus dilectionis, debemus incitari vt de ſomno ſurgamus & bona faciamus, & per conſequens præcepta impleamus. Ad cuius euidentiam ſciendum, quod vitium eſt contra naturam & contra dictamen naturalis rationis, et ècōuerſo opera virtutum ſunt perficientia naturam & ſunt ſecundum dictamen naturalis intelligentiæ & naturalis rationis. Bene ergo operari, poſſumus dicere ꝙ aſſimulatur

A motui ſecundum naturam; mala autem agere, repręſentat motū cōtra naturā. Nā ſicut p motū naturalē res tēdunt ad debitum terminum & ad locum in quo ſaluātur, per motum autem innaturalem è contrario; ſic per bona tendimus ad debitum finem & ad ſalutē, per mala autem opera ad finem indebitum & ad mortem. Notandū etiam eſt, ꝙ, quātum ad præſens ſpectat, duo ſunt quæ faciunt rem expeditam in motu naturali, videlicet, finis propinquatio, & impedimentorum remotio. Nam motus violentus licet ſit in principio fortis & in fine debilis, naturalis autem eſt è cōtrario, in principio debilis & in fine fortis: quanto ergo graue plus appropinquat ad terram, tanto velocius & expeditius mouetur: ipſa ergo appropinquatio ad finem facit ad expeditiorem motum. Rurſus ad hoc facit etiam remotio impedimentorum, quia quanto magis remouētur impedimenta, tanto expeditior erit motus. Apoſtolus ergo volens oſtendere quod hoc tempus quod eſt tem- B pus dilectionis & gratiæ, ſit hora, ideſt, ſit oportunitas & ſit expediens de ſomno ſurgere, & expedite & ſollicite bona facere; duo facit, ſecundum quòd dupliciter hoc probat. Nam primo probat hoc ex finis appropinquatione. Secundo ex impedimentorum remotione, ibi, Nox pręceſſit.) In prima parte intendit talem rationem, Tunc eſt hora & oportunitas & expediens de ſomno ſurgere & ſollicite & expedite bona facere, quādo appropinquatur noſter finis & noſtra ſalus, ſed nūc ideſt, hoc tempore quod eſt tempus dilectionis & gratiæ, eſt propior noſtra ſalus & propinquior noſter finis quàm cum credidimus, ergo nunc eſt hora & maximè eſt expediens de ſomno ſurgere, & expedite & ſollicite bona facere. De hac autem ratione ponit minorem in qua eſt tota vis rationis & tota virtus medii. Continuetur autem ſic: Bene dico ꝙ modo ꝙ eſt tempus dilectionis & gratiæ expedit nos de ſomno ſurgere, quia (nūc propior eſt noſtra ſalus, quàm cum credidimus.) C Tunc eſt ſupplenda ratio, quod ſi appropinquatio ad ſalutem & ad finem facit nos expeditos ad bene operari & ad bene facere, nunc in quo eſt talis appropinquatio, expedit de ſomno ſurgere & expedit bona facere. Notandum autem ꝙ principium fidei, & principiū credulitatis noſtrę poteſt accipi tripliciter. Primo quantum ad totum ſtatum eccleſię. Secundo quantum ad fidem informem. Tertio quantum ad fidem incipientium. Eſt enim hic ordo, ꝙ primo crediderunt Patriarchæ & Prophetæ; & illi qui fuerunt tempore legis Moſaicæ; nunc autem credimus nos qui ſumus tempore legis Euangelicæ. Rurſus in vno & eodem homine contingit, ꝙ prius habet fidem informē, & poſtea conteritur & incipit habere fidem formatam. Vlterius cū habet fidem formatam, incipit habere charitatē, & prius habet eam imperfectam, & poſtea bene operando in ea perficitur & habet eam perfectam. Secundum hoc D ergo tripliciter habet exponi, Nunc propior eſt noſtra ſalus quàm cum credidimus. Primo, quia chriſtus, eſt noſtra ſalus, vel ipſa beatitudo noſtra, eſt propinquior nunc tempore legis Euangelicæ quàm cum credidimus, ideſt, tempore legis Moſaicæ. Secundo poteſt exponi, cum ſimus in ſtatu incipientium habentiū charitatem licet imperfectam, propinquior eſt noſtra ſalus, ideſt, cum habeamus fidem formatam, eſt propinquior quàm à principio cum credidimus, & cum habebamus fidem informem. Vel tertio, cum ſumus in ſtatu perfectorum, propinquior eſt noſtra ſalus quàm cum credidimus, ideſt, quàm à principio credulitatis noſtrę cum fuimus in ſtatu incipientium. Notandum etiam ꝙ cum tempus legis Euangelicæ ſit magis tempus dilectionis quàm tempus præcedens; & cum homo habens fidem formatam ſit magis in charitate quàm habens fidem informem, quę fides non eſt charitati coniuncta: & rurſus cum homo exiſtens in ſtatu perfectorum, habeat maiorem charitatem quàm exiſtens in ſtatu inci-

pientium, huiuſmodi appropinquatio ad ſalutem & ad finem, ad charitatem eſt referēda, quæ facit nos expeditos in agendo, quia facit nos ſaluti & fini appropinquare. Notandum etiam ꝙ id quod dictum eſt, Nūc eſt propinquior noſtra ſalus quàm cum credidimus, Magiſtee etiam exponit dicens, quòd nunc eſt propinquior noſtra ſalus quàm cum credidimus; quia forte ſumus propinquiores morti quàm credamus. Deinde cum dicit.

Nox præceſſit: dies autem appropinquauit.

Oſtenſo quòd hoc tempore, quod eſt tempus dilectibus & gratię, debemus de ſomno ſurgere & expeditè benefacere, quia huiuſmodi tēpus facit nos ſaluti appropinquare; oſtendit hoc idem ex eo quòd huiuſmodi tempus habet impedimenta remouere. Formetur autem ſic ratio. Quandocunq; tolluntur impedimenta & dantur nobis auxilia ad bene agendum, tunc de- B bemus de ſomno ſurgere & debemus eſſe expediti & ſolliciti ad benefacere: ſed nunc nox præceſſit, ideſt, impedimenta ſunt amota; dies appropinquauit, ideſt, ad benè operandum nobis auxilia ſunt tributa, ergo &c. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur autem ſic: Benè dico ꝙ hora eſt nos de ſomno ſurgere & eē ſollicitos ad bene agere, quia (nox pręceſſit) ideſt, amota vel debilitata ſunt impedimenta: (dies appropinquauit, quia data ſunt nobis auxilia & iuuamenta, & data eſt nobis gratia. Tūc ergo eſt ſupplenda ratio, quòd cum ſic ſit, debemus ſurgere & bene agere. Notandum autem quòd nox tripliciter poteſt accipi. Primo pro toto tempore vitæ pręſentis, in quo tenebris ignorantiæ inuoluimur. Secundo accipi poteſt pro tempore legis Moſaicæ, vbi quaſi per modum noctis & per modum vmbræ, & per modum obſcurum, parabolicè figurabatur veritas. Tertio poteſt accipi nox pro quo- C cunq; homine exiſtente in culpa. Sic et tribus modis poteſt accipi dies, vel pro ſtatu præſenti, vel pro ſtatu legis euangelicæ, vel pro quocunq; homine exiſtēte in gratia. Secundum hoc ergo exponetur litera, quòd cum (Nox præceſſit,) quia iam præteriuit tempus legis Moſaicæ, quia receſſit tempus culpæ, quia iam non appretiamur præſentem vitam, (Dies autem appropinquauit,) quia iam venit tempus plenitudinis, ideſt, tempus Euangelicæ legis, iam collata eſt nobis gratia, iam ſpreta hac vita tranſitoria debemus inhærere, & totaliter anhelare ad ęternam uitam. (Pręceſſit ergo nox,) ideſt, vetus homo, & culpa. Præceſſit nox) ideſt, vetus teſtamentum, & vmbra. Pręceſſit nox) quia receſſit ille ſtatus infidelitatis, in quo erat in pretio hæc vita trāſitoria, quæ meretur nomen noctis: quia ergo ſic eſt, quòd nox ſic præceſſit, (Dies autem) ideſt, Gratia, Euangeliū, & Beſtitudo (appropinquauit,) debemus à ſomno ſur- D gere, debemus eſſe ſolliciti ad bene facere. Notandum etiā quòd cum in omnibus his debeat intelligi charitas, quia charitas ē, quæ facit nos fini appropinquare, quæ habet noctem, ideſt, impedimenta remouere, & habet diem, ideſt, iuuamenta præbere: patet, quòd dilectio non ſolum eſt impletio legis quantum ad pręcepta negatiua, quia facit nos à malo præcauere, ſed etiam eſt impletio quantum ad affirmatiua, quia per finis appropinquationem, & per impedimentorum remotionem facit nos bona facere. Deinde cum dicit.

Abiiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Sicut in die, honeſtè ambulemus.

Ex his quæ dixerat hortatur & concludit, quomodo debemus vitare & abiicere opera mala, & operari & facere bona: circa quod duo facit, quia primo facit qd dictum eſt; ſecundo manifeſtat quod dixerat, ibi, Non in comeſſationibus.) Continuetur autem ſic, Dictum

A eſt quòd nox præceſſit: dies autem appropinquauit. (ergo) quia ſic eſt (abiiciamus opera tenebrarum) ideſt, opera mala & vitia, quæ per tenebras deſignantur, (& induamur arma lucis, ideſt, virtutes, quę ſunt arma quæ exigit lux, ideſt fides. Et ſicut in die). i. ſicut exigit tempus fidei, & claritas virtutum (honeſtè ambulemus.) Notandum autem ꝙ in ſtatu gratiæ tria ſunt requirēda, videlicet, vitia fugere, virtutes habere, & ſecundum illas virtutes agere. Hæc autem tria tāgit Apoſtolus: nam cū ait (abiiciamus opera tenebrarum) dat intelligere quòd debemus vitia fugere: cum ſubdit (induamur arma lucis,) innuit quòd debemus virtutes habere: cum vero vlterius ait (ſicut in die, honeſtè ambulemus), prętendit ꝙ ſecundum illas virtutes non debemus eſſe ocioſi, ſed debemus ſecundum eas ſicut in die, ideſt, ſicut exigit dies, hoc eſt, ſicut exigit tempus fidei, & virtutum claritas, opera virtuoſa facere. Notandum etiam quòd honeſtum idem eſt, quod honoris ſtatus. Dies ergo ad duo deſeruit, videlicet, ad honeſtatem, ideſt, ad honoris ſtatum, quia in die vult homo eſſe formatus & honorifice ſtare: in nocte autem non curat, quia nullus eum videt. Secundo, dies deſeruit ad ambulandum, & ad omnia opera facienda: nam tempus noctis quia luce caret, non eſt operationibus congruum. Sic etiam & virtutes ad hęc duo deſeruiūt, videlicet, ad honeſtatem, ideſt, ad ornatum & ad honoris ſtatum: & ad ambulandum, ideſt, ad bona opera faciendum. Ideo habendo arma lucis, & habendo virtutes, debemus ſicut in die, honeſtè ambulare: & quia debemus eſſe per virtutes ornati, & bona opera facere, ideo dicit.

Non in comeſſationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitiis, non in contentione & æmulatione.

Vbi exponit quod dixerat & manifeſtat: tria autem dixerat. Primò, quòd debemus abiicere opera tenebrarum. Secundo, quòd debemus induere arma lucis. Tertio, quòd ſicut in die, debemus honeſte ambulare. Ideo tria facit: quia primo oſtēdit, quomodo debemus opera tenebrarum abiicere: ſecundo declarat, quomodo debemus arma lucis induere: tertio manifeſtat, quomodo debemus ſicut in die, honeſte ambulare. Secunda, ibi, (ſed induimini.) Tertia ibi, Et carnis curam.) In prima parte intendit talem rationem: Quicunq; volūt opera tenebrarum abiicere, non debent ambulare in comeſſationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitiis, nō in contentione & ęmulatione: ſed dictum eſt, quòd vos debetis opera tenebrarum abiicere, ergo non debetis in talibus ambulare. de hac autē ratione ponit virtutem medii. Continuetur autem ſic: Dixi vobis quòd debemus opera tenebrarum abiicere, quòd ſi quæratis qualiter poſſimus hoc facere, ecce expono vobis, quia ſi volumus abiicere opera tenebrarum, non ambulemus, ſupple, (in comeſſationibus) in ſuperfluis comeſtionibus (& ebrietatibus,) ideſt, in ſuperfluis potationibus: (non in cubilibus) ideſt, non in venereis præparationibus, (nō in impudicitiis,) ideſt in luxurioſis actibus, (non in contentione) nos inuicē præferendo (non in æmulatione) bonis aliorum inuidendo. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, quod ſi in his non ambulabimus, abiiciemus opera tenebrarum. Notandum autem quòd potiſſimè obnubilatur ratio propter deprauationem appetitus ſenſitiui, quia paſſiones carnis (ſi fortes ſint) rationem percutient, vt dicitur tertio Ethicorum. Cap. 1. Cum ergo opera tenebrarum ſint illa quæ rationem obnubilāt, ſi volumus abiicere opera tenebrarum, debemus cauere ea quę appetitum ſenſitiuum deprauant: huiuſmodi autem ſunt comeſſationes, ebrietates, & alia hic ennmerata. Notandum etiam quod appetitus ſenſitiuus diſtinguitur in duo, in concupiſcibilem & iraſcibilem. Quare ſi vitare volu-

mus

mus deprauantia appetitum ſenſitiuum, oportet nos vitare tam deprauantia concupiſcibilem, quàm iraſcibilem. Concupiſcibilis autem deprauatur per gulam, & luxuriam. Circa gulam peccatur dupliciter, quia per nimiam comeſtionem: & quantum ad hoc ait, Nõ in comeſſationibus: vel per nimiam potationem, & quantum ad hoc ſubdit, Et ebrietatibus. Sic etiam circa venerea dupliciter peccatur; nam quis peccat ſe ad venerea præparando, & quantum ad hoc ait, Non in cubilibus: poſſunt enim intelligi cubilia lecti præparati ad luxuriam. Vnde dicitur Prouerb. 7. in pſona meretricis, Aſperſi cubile meum myrrha, & aloe, & cinamomo. Vel aliter, vt per cubile intelligamus ſuperfluam quietem, quę etiam eſt præparatio ad luxuriã, nam hoc dicitur fuiſſe peccatum Sodomæ, otium, & abundantia panis. Secundo peccatur circa venerea nõ ſolum in cubilibus quantum ad venereorum præparationem, ſed etiam impudicitiis. Dediti enim venereis, dicuntur impudici, quia non cauent illud, quod maximè eſt pudibundum, & maxime confuſione dignum. nam B cæterę tales delectationes ſunt circa ea in quibus communicamus cum beſtiis, ideo ſunt confuſione digna. Iraſcibilis etiam deprauatur dupliciter. Nam iraſcibilis ſemper vult tendere in arduum: volendo aũt in arduum tendere, dupliciter peccamus. Primo, nos aliis præferendo, & quantum ad hoc, ait, ꝙ non debemus ambulare in contentione. Secũdo circa hoc peccatur aliorum bonis inuidendo, & quantum ad hoc ſubdit, quòd non debemus ambulare in ęmulatione. Deinde cum ſubdit.

Sed induimini dominum Ieſum chriſtum.

Oſtendit quomodo debemus induere arma lucis. Formetur autem ſic ratio. Quicunq; volunt induere arma lucis, debent induere dominum Ieſum chriſtum: C ſed dictum eſt, quòd vos induamini arma lucis, ergo induamini dominum Ieſum chriſtum. Continuetur ergo ſic, Dictum eſt, quòd vos debetis abiicere opera tenebrarum, & indui arma lucis: ergo non ambulatis in cõmeſſationibus, quia hoc faciendo abiicietis opera tenebarum (ſed induimini dominium Ieſum chriſtum) quia ſic vos habendo, induemini arma lucis. Notandum autem quòd nos debemus induere dominum Ieſum chriſtum dupliciter. Primo per ſacramentorum ſuſceptionem, iuxta illud ad Galat. 3. Quicunq; enim in chriſto baptizati eſtis, chriſtũ induiſtis. Secundo debemus chriſtum induere per imitationem, iuxta illud ad Colo. 3. expoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis, & induite nouum. Deinde cum dicit.

Et carnis curã ne feceritis in deſideris.

Declãrat totum, videlicet, ſicut in die debemus honeſtè ambulare. Formetur autem ſic ratio, Quicunquæ volunt honeſtè ambulare ſicut in die, id eſt, D ſicut exigit dies, hoc eſt, ſicut exigit claritas virtutum, non debet ambulare in deſideriis carnis: vos eſtis huiuſmodi, ergo &c. Continuetur ergo ſic, Dictũ eſt quòd ambulemus honeſte ſicut in die, id eſt, ſicut exigit virtutum claritas: ergo quia ſic eſt, ne feceritis curã in deſideriis carnis, ſecundum quòd in deſideriis & voluptatibus carnis curam facere non debemus; ſed ſumẽda ſunt alimenta quaſi medicamenta, vt dicit gloſſa &

Lib. 10. ca. 31 ſumpta eſt ab Aug. in lib. Confeſſionum.

Dubitaret forte aliquis de pertinentibus ad præcedentem lectionem, & primo de illo verbo Apoſtoli, Nemini quicquã debeatis. Quod gloſa exponit, quòd omnibus ſua debita ſunt ſoluenda. Circa quod quæritur, vtrum ad ſolutionem debitorum, & maxime ad ſolutionem tributorum teneantur Clerici. Dicẽdum ꝙ ex priuilegiis principum, etiam apud gentiles, clerici vacantes diuinis operibus non tenebantur principibus ad ſoluenda tributa: quod ęquum eſt & conſonum A rationi. quòd ſi principibus debentur tributa, & vacãt circa commune bonum modo humano, cum modus humanus non ſufficiat ad gubernãdum commune bonum niſi per Diuinum auxilium adiuuetur, vacantes diuinis, & fundentes preces ad Deum pro communi bono, quòd Reges poſſint bene regere & gubernare, compenſant Regibus ſi in aliud laborant pro eis: immo non ſolum recompenſant, ſed etiam ſupererogant quia modus diuinus eſt in ſupplementum modi humani: propter quod plus faciunt clerici vacantes Diuinis pro Regibus, quàm Reges pro ipſis. & ideo magis tenentur Reges dare tributa Clericis, quàm e conuerſo. Dictum eſt enim, quòd labor clericorum non ſolum eſt recompenſatio Regibus quantum ad eorum laborem, ſed etiam eſt ſupererogatio; quia (vt dicebam) plus faciunt clerici pro eis quàm è conuerſo. Igitur ex eo ꝙ eſt ibi recompenſatio, abſoluuntur clerici à tributo: ex eo ꝙ eſt ibi ſupererogatio debentur eis Decimę, & debentur eis Tributa. Hoc eſt ergo quod dicitur Gen. B 47. ꝙ Ioſeph ſubiecit Pharaoni totã terram Aegypti, præter terram Sacerdotũ, quæ a Rege tradita fuerat eis, quibus ſacerdotibus & ſtatuta cibaria ex horreis publicis prębebantur. Pro vt ergo terra ſacerdotalis non erat ſubiecta illi conditioni, abſoluta erat à tributo: prout vero ex horreis publicis eis cibaria præbebantur, eis debebantur tributa.

Vlterius forte dubitaret aliquis, Vtrum Reges & principes peccent, in accipiendo huiuſmodi Tributa? Dicendum ꝙ circa hoc poſſent Reges & principes dupliciter peccare. Primo ſi ſic paſcantur tributa accipiendo, quòd non paſcant nec gubernent populũ circa eorum bonum intendendo: contra quos dicitur Ezech. 34. Vę paſtoribus Iſrael, q̃ paſcebant ſe ipſos: (et ſubdit contra tales paſtores) lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod craſſum erat occidebatis: gre- C gem autem meum nõ paſcebatis. Quod infirmum fuit non conſolidaſtis, & quod ęgrotum non ſanaſtis. Secũdo peccant circa hoc, ſi vltra debitum modum & cum violentia accipiantur talia tributa. nã aliqui principes ſunt ita exactores, & ita ſpoliant populum, quòd non ſufficit eis accipere quod iuſtum eſt, niſi excorient eos: contra quos dicitur Michæę. 3. Audite principes, qui violenter tollitis pelles eorum, & ſubdit, ꝙ huiuſmodi principes ſunt qui comederunt carnem populi mei, & pellem eorum deſuper excoriauerunt.

Vlterius forte dubitaret aliquis de illo verbo Apoſtoli, Diliges proximum tuũ ſicut teipſum. Circa quod quæritur, quis ſit noſter proximus? Dicendum quòd hanc quæſtionem determinat Dominus, Lucæ. 10. vbi per ſimilitudinem eius qui incidit in latrones, dicit illum fuiſſe proximum qui fecit ei miſericordiã. Et quia proximus eſt relatiuum ęquiparantię, ſicut proximus ille qui facit miſericordiã, eſt etiam proximus ille qui D ſuſcipit, quia non eſt poſſibile, quòd aliquid ſit proximus alicuius, niſi alter ſit proximus ſibi. Secũdũ hoc ergo nos ſumus proximi omnibus hominibus, quia omnibus loco & tempore debemus miſericordiam impendere, & ab eis cum neceſſe fuerit debemus miſericordiã ſuſcipere. Sic etiam ſumus proximi omnibus Angelis, & omnibus iis qui ſunt in vita æterna: quia ipſi nobis loco & tempore miſericordiam impendunt, & pro nobis ad Deum intercedunt, & nos ab eis huiuſmodi miſericordias accipimus. Dęmones autem non ſunt in hoc ordine, nec ſunt proximi dicendi, ſed inimici & hoſtes dici debent.

Vlterius forte dubitaret aliquis, quomodo debet intelligi, Diliges proximum tuum, ſicut te ipſum. Dicẽdum ꝙ ibi (ſicut) vt communiter ponitur notat ſimilitudinem, non ęqualitatem: non enim hoc vult ordinata charitas (quam commendat ſponſa in Canticis canticorum ſecundo, cum ait, Introduxit me Rex incellã vinariam, id eſt, in abundantiam contemplationis, &

in plenitudinem deuotionis:& ordinauit in me charitatem) ꝓ homo diligat alios quantum ſe, immo plus debet diligere ſalutem ſuam, quàm alicuius alterius. Denotat ergo ibi (ſicut) ſimilitudinem. attenditur autem hæc ſimilitudo vt communiter ponitur quantum ad tria, ſecundum ꝑ tria conſideranda ſunt in charitate, Eſt enim conſiderandus charitatis finis, charitatis modus, & charitatis effectus. Debes diligere proximum tuum ſicut te ipſum, quia propter eundem finem: quia ſicut te diligis propter deum & ad vitam ęternam, ita & proximum tuum debes diligere propter deum & vitam æternam. Secundo hic ſimilitudo attenditur, quãtum ad dilectionis modum: quia ſicut te diligis, quia vis tibi bonum; ita debes diligere proximum, quia debes ei velle bonũ. Nam qui diligit proximum propter vtilitatem quam inde expectat, vel propter dilectionẽ quam habet ex ſocietate eius, non diligit proximum, quòd velit ei bonum, ſed magis diligit ipſum propter vtilitatem ſuam, vel propter aliquod aliud commo- B dum quod habet ex ipſo. Tertio attendenda eſt hæc ſimilitudo, quantum ad dilectionis effectum: quia ſicut aliquis diligit ſe ipſum, quia ſubuenit ſuę neceſſitati: ita debet diligere proximum, quia charitatis effectum debet exercere circa ipſum, & debet ſuæ neceſſitati (cũ ſe offert opportunitas) ſubuenire.

Vlterius forte dubitaret aliquis de pertinentibus ad præſentem lectionem. & dubitatur primo de illo verbo Apoſtoli, Abiiciamus opera tenebrarum. quod gloſſa exponit, id eſt, mala opera vel peccata. Quęritur ergo, quomodo peccata dicantur opera tenebrarum? Dicendum quòd ſecundum gloſſam peccata propter tria dicuntur opera tenebrarum. Primo, quia de tenebris ignorantiæ veniunt. nam omnis malus eſt aliquo modo ignorans. De hac autem ignorantia, & de hac ſtultitia dicitur Eccleſiaſtę. 2. Vidi quòd C tantum præcedet ſapiẽtia ſtultitiam, id eſt, bonitas malitiam, quantum differt lux à tenebris. Secundo peccata dicuntur opera tenebrarum, quia in tenebris fiunt, & peccatores obſeruant tenebras, vt peccata committant: iuxta illud Iob. 24. Oculus adulteri obſeruat caliginem, dicens, Non videbit me oculus. Tertio peccata dicuntur opera tenebrarum, quia finaliter ad tenebras perducunt: iuxta illud Matth. 22. Ligatis manibus & padibus eius, mittite eũ in tenebras exteriores; ibi erit fletus, & ſtridor dentium.

Vlterius forte dubitaret aliquis de eo quod in litera dicitur, Et induamini arma lucis, id eſt, virtutes, vt gloſſa exponit. Quæritur ergo, quomodo virtutes dicantur arma lucis. Dicendum quòd virtutes dicuntur arma lucis propter quinque. Primo, quia nos muniũt

Lib. 1. proſa. 2. de Phil. cõſ.

& tuentur: ſecundum hoc dixit Philoſophia Boethio, quòd talia ei contulerat arma, quòd deuinci nõ poterat, niſi prius abieciſſet illa. De hac autem armatura di- D citur Eph. vlt. Induite vos armaturam Dei, vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli. Secundo virtutes dicũtur arma lucis: quia lumine rationis decorantur; eſt

Cap. 6.

enim virtus (vt dicitur. 2. Ethicorum) habitus electiuus in medietate conſiſtens, in medietate ſcilicet, vt recta ratio iudicabit. De hac autem luce poteſt intelligi qđ dicitur Prouer. 10. Iuſtorum autem ſemita quaſi lux ſplendens. Tertio virtutes dicũtur arma lucis, quia in luce exercentur: iuſta illud Ioan. 3. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifeſtentur opera eius. Quarto virtutes dicuntur arma lucis, quia per eas alij illuminantur: iuxta illud Mat. 6. Luceat lux veſtra corã hominibus, vt videantur opera veſtra bona. Quinto virtutes dicuntur arma lucis, quia homines habentes virtutes, finaliter ad lucem & ad gloriam perducuntur iuſta illud Prouer. 4. Iuſtorum autem ſemita procedit & creſcit vſq; ad perfectam Diem, id eſt; vſq; ad perfectam lucem, & gloriam.

Vlterius forte dubitaret aliquis, quomodo non fa- A ciendo curam in deſideriis carnis, dicuntur ſicut in die honeſte ambulare? Dicendum, quòd voluptates carnis & opera carnalia, quantum ad præſens ſpectat, tria mala faciunt. Primo, quia non fiunt ſicut in die, ſed fiunt ſicut in nocte, cęcant rationem, & tollunt intelligentiæ claritatem. Secundo, quia non fiunt honeſtè, deturpant famam & tollunt pudicitiæ venuſtatem. Tertio, quia per illa non ambulamus immo deprauatur affectus, ſimus inepti ad bene agendum, vnde tollunt bene operandi habilitatem. E contrario, abſtinentia à talibus tribuit enim nobis intelligentiæ claritatem, & voluntatis ordinabilitatem, & bene operandi habilitatẽ. Igitur non dando curam deſideriis carnis, erimus ſicut in die, propter intelligentiæ claritatem: honeſtè, propter famæ honeſtatem: & ambulabimus, id eſt, erimus expediti ad bene agendum, quia habebimus voluntatem ordinatam, & habebimus bene operandi habilitatem.

B

LECTIO XLVI.

CAP. XIIII.

INfirmum autem in fide, aſſumite: non in diſceptationibus cogitationum.

Poſtquàm Apoſtolus vniuerſaliter inſtruxit omnes, quomodo debeant ſe habere; & in 13. cap. inſtruxit ſpecialiter inferiores, quomodo debeant ſuperioribus obedire. In hoc autem. 14. cap. vſq; ad. 16. vt ſuperius dicebatur, inſtruit principaliter maiores & C perfectiores, quomodo circa minores & inferiores ſe debeant regere. Circa quod tria facit: quia primo oſtẽdit, quòd perfectiores, eos, qui ſunt imperfecti, non debeant temerariè iudicare. Secundo declarat, quòd nõ debeant eos offendere & ſcandalizare. Tertio probat, ꝙ debeant eos ſuſcipere, & ſuſtentare, & in bonũ promouere. Secunda ibi, circa mediũ huius cap. Sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum.) Tertia, ibi, in principio. 15. cap. Debemus autem nos.) Circa primum duo facit: quia primo præmittit ſuam admonitionem. Secundo ſubiungit admonitionis expoſitionẽ ibi, Alius enim credit.) In prima parte poteſt ſic formari ratio. In quocunq; populo ſunt aliqui infirmiores D & aliqui infimi, qui firmiores ſunt debent infimos aſſumere, & non debent de eorum occultis & cogitationibus diſceptare, id eſt, non debent eos de talibus temere iudicare; ſed inter vos Romanos ſunt aliqui firmiores & aliqui infimi: ergo qui firmiores ſunt debent infirmos aſſumere, & non debent cum eis de eorum occultis & cogitationibus diſceptare, nec debent de talibus temerarie iudicare. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur autem ſic, Vſq; nunc inſtruximus generaliter omnes, & docuimus ſpecialiter minores: modo volumus vos perfectiores & firmiores docere & erudire, Vos ergo firmiores infirmum in fide aſſumite, id eſt, ad ſanandum ſumite, & compatimini ei: nõ in diſceptationibus cogitationum, id eſt, non in diſceptando, nec litigando cum eis de cogitationibus occultis, eos de talibus temerarie iudicando. Deinde cum dicit.

Alius enim credit ſe manducare omnia. Qui autem infirmus eſt, olus manducat.

Præmiſſa

Præmiſſa admonitione, qualiter firmiores ad infirmos debeant ſe habere: in parte iſta ſubiungit illius admonitionis expoſitionem. Ad cuius euidentiam ſciendum, quòd inter Romanos erant aliqui conuerſi ex Iudæis, aliqui ex gentibus. Conſtat autem, ꝙ Iudæi ſecundum ritum legis Moſaicę, inter cibos & inter tempora diſtinguebant; quia aliqui cibi apud eos erãt liciti, alii qui vero prohibiti. Rurſus, aliquibus tẽporibus erãt aliqua licita, quæ aliis temporibus erant illicita. Vnde certis temporibus præcipiebatur Iudæis, ꝙ deberent animas ſuas affligere: iuxta illud Leuiti. 23. Decimo die menſis huius ſeptimi, dies expiationum erit celeberrimus, & vocabitur ſanctus: affligetisq; animas veſtras in eo. Secundum hoc itaq; qui ſecundum ritum Moſaicæ legis volebãt obſeruare diſtinctionem ciborum & diuerſitatem temporum, videbantur infirmi in fide, quia ex hoc videbatur ſibi quòd lex Euangelica non ſufficeret ad ſalutem, niſi ſimul cum euangelica lege obſeruaremus legales ceremonias. Eſt tamen diligenter conſiderandum, quòd licet obſeruatio legis euangelicæ peramplius & perfectius ſit ſufficiens ad ſalutem, tamen qui obſeruaret diſtinctiones ciborum, & faceret diſtinctionem in temporibus, & neſciret qua conſcientia faceret, de huiuſmodi cogitationibus occultis non eſſet temerarie iudicandus: & maxime iudicãdus non eſſet, quandiu illum ritum ſuſtineret eccleſia. Sed de hoc in diſputatiõibus plenius dicetur. Nũc autem ſcire ſufficit, quòd intentio Apoſtoli eſt, ꝙ Romani non debent ſe inuicem temerariè iudicare, nec debent de occultis cogitationibus diſceptare & litigare: nec quantum ad diſtinctionem ciborum, nec quantum ad obſeruationem temporum. Hanc monitionẽ ergo factam, videlicet, quòd de occultis cogitationibus non debeant diſceptare, ideſt, quòd non debeant ſe temerarie iudicare, dupliciter exponit, oſtẽdens, quòd non debeant ſe temerariè iudicare quantum ad obſeruationem ciborum, & diuerſitatem temporum. ſecunda, ibi, Nam alius iudicat inter diem & diem.) Circa primum duo facit: quia primo aſſignat materiam, vnde poterant Romani inter ſe inuicem temerarie iudicare: ſecundo oſtendit, quod propter talia non debeãt ſe temerarie iudicare, nec debeãt ſe temerarie ſpernere, ibi, Is qui manducat.) In prima parte, poteſt ſic formari ratio, In quocunq; populo alius ſe credit omnia manducare, ideſt, inter cibaria non diſtinguit, ſed credit licitè omnia poſſe ſumi, alius videtur infirmus diſtinguẽs inter cibaria, et conſulendum eſt olus manducare in populo illo: ergo vbi eſt talis diſtinctio & talis diuerſitas, videtur poſſe oriri materia vnde poſſent ſe temerarie iudicare. Sed vos Romani eſtis huiuſmodi. Ergo inter vos Romanos poteſt oriri materia, vnde poſſitis vos inuicem temerarie iudicare. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur autem ſic, Dixi vobis, ꝙ nõ debetis de occultis cogitationibus diſceptare, ideſt, quod nõ debetis vos inuicem temerarie iudicare: quod ideo dixi, quia inter vos Romanos (alius enim credit ſe omnia manducare) ideſt, non diſcernit inter cibos, ſed omnia humanis vſibus dedita credit ſe poſſe licite manducare. alius, ſupple, eſt infirmus, vel videtur infirmus, faciens diſtinctionem ſecundum legales obſeruantias inter cibos. Ideo ſubdit (qui autem infirmus eſt) ideſt, qui talis eſt, quod vult ſecundum legales obſeruantias diſtinctionem facere inter cibos (olus manducet) ideſt, permittatur ei manducare olus, inter quod legalis obſeruantia non diſtinguit. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, quòd ſi alius inter vos non facit diſtinctionem inter cibos, alius autem infirmus eſt, aut ſaltem videtur infirmus eſſe, diſtinctionem faciens inter cibos, propter hoc inter vos poſſet litigii materia exoriri: ergo propter hoc poſſetis vos inuicem temeratie iudicare. ideo moneo vos, ne propter hoc de occultis cogitationibus vos inuicem diſceptetis, nec A etiam propter hoc vos inuicem temerarie iudicetis.

Notandum autem quòd ſecundũ legem Moſaicam, vt gloſſa tangit, quantum ad cibos erat diſtinctio, tum quantum ad volatilia, quia aliquas aues comedebant, aliquas reſpuebant: tum quantum ad aquatica, quia aliquos piſces reputabant mundos, aliquos immundos: tum etiam quantum ad animalia terreſtria, inter quæ Iudęi aliqua reputabant munda, aliqua immunda. Sed quantum ad olera, & quantum ad fructus arborum, non erat diſtinctio quantum ad legales obſeruantias. Vult ergo Apoſtolus dicere, quòd ſi quis eſſet infirmus in fide, vel videretur eſſe infirmus, volens circa diſtinctionem ciborum obſeruare legales obſeruantias, ille talis mãducet olera, inter quę legalis obſeruantia nõ diſtinguit. Notandum etiam, quòd quicunq; vellet obſeruare legales obſeruantias, ſi faceret hoc, quia crederet, quòd obſeruatio legis euãgelicæ abſq; ceremoniis legalibus non eſſet ſufficiens ad ſalutem, verè eſſet infirmus in fide & non recte crederet: tamẽ ſi faceret B propter aliam cauſam, licet non eſſet infirmus in fide, prætenderet tamen in ſuperficie & in apparentia ꝙ infirmus eſſet. Et quia de occultis cogitationibus non eſt diſceptandum, nec eſt in talibus temerarie iudicandũ, niſi ſciatur cauſa, & qua intentione quis huiuſmodi diſtinctionem faciat, ideo ille non eſt ex hoc temere ſpernendus, nec eſt temere iudicandus. Notandum etiam quòd Magiſter in gloſa hunc textum Apoſtoli, Qui infirmus eſt olus manducet) aliter exponit, dicens, ꝙ qui infirmus eſt, ideſt, qui pronus eſt ad caſum, & qui facile impetu libidinis ſternitur, manducet olus, ideſt, comedat tenuos & aridos cibos, qui non ſunt fomentum vitiorum: & abſtineat à cibis libidinoſis, cuiuſmodi ſunt craſſitudo carnium, epulę delicioſę, quibus corpus ad libidinem prouocatur. Prima tamen expoſitio de diſtinctione ciborũ ſecundum legales obſeruantias, magis videtur tẽdere ad mẽtẽ Apoſtoli. Deinde cũ dicit.

C **Is qui manducat, non manducantem non ſpernat, & qui non manducat, manducantem non iudicet.**

Aſſignata materia, vnde Romani poterant ſe inuicem temerarie iudicare: in parte iſta oſtendit, quòd propter hoc de ſeipſis non debeant temerariũ iudiciũ facere. Circa quod duo facit, quia primo præmittit ſuam intentionem: ſecundo ad ſuam intentionem probandam adducit multiplicem rationem, ibi (Deus aũt illum.) In prima parte formatur ſic ratio, In quocunq; populo vnus manducat, ideſt, inter cibos non diſtinguit, alter vero non manducat, ideſt, inter cibos diſtinctionem facit, ne temerarium iudicium incurrant, non debent ſe inuicem iudicare, nec debent ſe inuicem condemnare. Vos Romani eſtis huiuſmodi: ergo, &c. Hoc eſt ergo quod ait. Continuetur autem ſic litera, dictum D eſt, quòd inter vos Romanos alius quidem omnia mãducat, ideſt, inter cibos non diſtinguit: alius verò infirmus eſt, vel ſaltẽ videtur in fide infirmus eſſe, quia iuxta cęremonias legis inter cibos diſtinctionem facit, cui conſulebatur manducare olera, inter quæ legis obſeruantia non diſtinguebat: quia ergo ſic eſt, & talis diuerſitas eſt inter vos Romanos, ideo (is qui manducat) i. non diſtinguit inter cibos, (non ſpernat non manducantem) ideſt, non ſpernat diſtinctionem facientem: (& qui non manducat) ideſt, qui non manducat omnes cibos indifferenter, ſed inter cibos diſtinctionem facit, (non iudicet manducantem) ideſt, non iudicet qui credit omnia poſſe licite manducare, diſtinctionem non faciens inter cibos. Notandum autem quòd periculo eſt ſuccurrendum. Vnde Apoſtolus primo monuit, ꝙ Romani non deberent de occultis cogitationibus litigare. Secũdo expoſuit vnde poſſet materia litigii oriri, oſtendens quòd vnus credebat omnia poſſe licite manducare, alius vero ſecundum legales obſeruantias

volebat diſtinctionem facere inter cibos. Propter hanc
ergo diuerſitatem poterat inter eos litigii, vel temera-
rii iudicii, ſiue temerariæ condemnationis materia
exoriri. Ideo hic tertio monet Apoſtolus ne propter
hoc temerarie ſe iudicent, nec temerarie ſe condem-
nent. Notandum etiam, quòd (vt gloſſa tangit, & ſum-
pta eſt ab Aug. in de ſermone Domini in monte) De
manifeſtis enim, & non de occultis iudicandum eſt: ſed
ea quæ dubium eſt quo animo fiant, in meliorem par-
tem interpretemur. Romani ergo de diſtinctiõe cibo-
rum non debebant ſe iudicare, cum illa bono animo
fieri poſſent. Deinde cum dicit.

Deus autem illum aſſumpſit.

Præmiſſa monitione, quòd non debeant ſe inuicem
iudicare: in parte iſta ad probãdum quod dixerat, ad-
ducit multiplicem rationem. Circa quod quatuor fa-
cit, ſecundum quod quadrupliciter probat intentum.
Nam primo probat hoc ex fidei dignitate. Secundo ex
B hominis imbecillitate. Tertio ex diuina authoritate.
Quarto ex reparandi poſſibilitate. Secũda ibi: (Tu qui
es.) Tertia ibi (ſuo domino.) Quarta ibi (Stabit autem)
In prima parte intendit talem rationem, Quicunq; aſ-
ſumptus eſt à Deo ad fidei dignitatem, propter diſtin-
ctionem ciborũ nõ debet ab altero iudicari: ſed qui-
libet veſtrum aſſumptus eſt ad huiuſmodi fidei dignita
tem, ergo propter diſtinctionem ciborum nullus debet
ab altero iudicari. De hac autem ratione ponit virtu-
tem medii. Continuetur autem ſic, Benè dico ꝙ qui
manducat, non manducantem non ſpernat: & qui mã-
ducat, manducantem non iudicet: quia (Deus autem il-
lum) ideſt, tam manducantem, quàm non manducan-
tem (aſſumpſit) ideſt, ad fidem vocauit, vt gloſſa expo-
nit. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, quòd ſi tam mãdu-
cans, quàm non manducans vocatur ad tantam digni
tatem, quanta eſt dignitas fidei, nemo debet ab altero
iudicari temerarie. Deinde cum dicit.

C Tu quis es, qui iudicas alienum ſeruum?

Ponit ſecundam rationem ſumptam ex hominis im
becillitate. Formetur autem ſic: Quicunq; non habet
authoritatem ſuper alium, non ſpectat ad eum, illum
iudicare: ſed tu homo qui imbecillis es, non habes au-
thoritatem ſuper alienum ſeruum, nam ſiue ſit mandu
cans, ſiue non manducans, non eſt tuus, ſed Dei ſeruus,
nec habes authoritatem ſuper ipſum: ergo non ſpectat
ad te, illum iudicare. De hac autem ratione ponit vir-
tutem medii. Continuetur ſic, Bene dico quod tu non
debes alium iudicare, quia tu homo quis es, ideſt, cuius
es valentiæ, qui iudicas, ideſt, qui dãnas alienũ ſeruum?
Tũc ergo eſt ſupplenda ratio, ꝙ cũ tã mãducans, q̃ nõ
manducans ſit alienus ſeruus, tu homo qui imbecillis
es, & nullius es valentiæ, & qui non habes authoritatẽ
ſuper eum, ipſum iudicare nõ debes. Deinde cũ dicit.

D Suo domino ſtat, aut cadit.

Ponit tertiam rationem, ſumptam ex Diuina autho-
ritate. Formetur autem ſic: Quicunq; eſt Dei ſeruus, ſtat
aut cadit ſuo Domino, ideſt, ſtat, aut cadit non iudicio
alterius, ſed iudicio ſui Domini, ideſt, Dei iudicio iudi-
candus: ſed tam manducans, quàm non manducans, eſt
Dei ſeruus; ergo tam iſte quàm ille, qui ſtat, aut cadit,
non alterius, ſed Dei iudicio iudicandus. quaſi diceret,
Deus eſt ille qui habet iudicare, vtrum manducans vel
non manducans ſtet, vel cadat: vtrum iſte, vel ille, bene
vel male agat. Tu autem homo, qui nullius es valen-
tiæ, hoc iudicare non debes. De hac autem ratione po
nit virtutem medii. Continuetur autem ſic, Bene dico,
quòd tu non debes iudicare nec manducantem nec nõ
manducantem: quia (ſuo domino ſtat, aut cadit,) ideſt,
tam manducans, quàm non manducans, ſtat, aut cadit
ſuo domino, ideſt, authoritate ſui domini iudicandus.
Ergo tum ex hominis inbecillitate, qui non habet au-
thoritatem ſuper alienum ſeruum: tum ex Dei autho-
A ritate, qui habet illam iudiciariam poteſtatem, patet,
quòd non debemus alium iudicare. Deinde cũ dicit.

Stabit autem: potens eſt enim Deus ſta-tuere illum.

Adducit quartam rationem, ſumptam ex reparãdi
poſſibilitate. Formetur autem ſic, Quicunq; poteſt ite-
rum ſtare, & quemcunq; potens eſt deus iterum ſtatue-
re, ille non eſt finaliter deſpiciendus, nec eſt temerarie
iudicandus, etiam ſi cadat: ſed tam manducans quàm
non manducans poteſt iterum ſtare, & Deus potens eſt
ſtatuere illum: ergo ſi talis cadat, non eſt finaliter de-
ſpiciẽdus, nec eſt temerarie iudicãdus. ¶ De hac aũt rõne
ponit virtutẽ medii. Continuetur aũt ſic, Bene dico ꝙ
tã manducans q̃ nõ mãducans, nõ eſt finaliter deſpiciẽ
dus, nec eſt temerarie iudicandus: quia (ſtabit autem)
ideſt, tam manducans, quàm non manducans poterit
ſtare, ideſt, poterit reſurgere etiam ſi cadat: nam (potẽs
eſt enim deus ſtatuere illum. Notandum autem, quòd ſi
B videmus aliquem etiam manifeſte cadentem, non debe
mus ipſum deſpicere, temerarie iudicando de ipſo, ꝙ
nunquàm reſurget: ſed magis debemus pręſumere de
ipſo, ꝙ iterum ſtabit: debemus enim aduertere non fra
gilitatem humanam, ſed magis bonitatem diuinã, quæ
potens eſt iterum illum ſtatuere: Poteſt enim in illum
ingredi ſpiritus Dei, vt dicat quod dicitur Ezech. 2.
Egreſſus eſt in me ſpiritus, & ſtatuit me ſupra pedes
meos. Notandum etiam, quòd hoc videtur eſſe dictum
in perſona prædeſtinatorum, qui cum cadunt iterum
ſurgunt, & iterum deus ſtatuit illos: in quorum perſo-
na poteſt intelligi eſſe dictum quod dicitur Michæę, Cap. 7.
O inimica mea ne lęteris ſuper me, quia cecidi: conſur
gam, ideſt, iterum reſurgam.

Dubitaret forte aliquis, quia videtur Apoſtolus in-
conuenienter agere, ꝙ infirmus in lege permittat abſti
nere a cibis vetitis in lege, & conſulit eis ꝙ manducent
olera inter quæ non diſtinguit legalis ſententia: nam
C modò ſiquis vellet hoc facere, Eccleſia non ſuſtineret.
Dicendum ꝙ, vt cõmuniter ponitur, triplex diſtingui-
tur tempus, vt ſupra tetigimus. Primum ante paſſionẽ:
ſecũdum poſt paſſionem, ante euangelii plenam diuul-
gationem: tertium vero poſt paſſionem, & poſt euan-
gelii plenam diuulgationem. Ante paſſionem quidem
legalia erant viua. Poſt paſſionem vero, ante euangelii
plenam diuulgationem, fuerunt mortua, ſed nondum
fuerunt mortifera: mortua enim erant, quia non pro-
derant obſeruanti: ſed nondum fuerunt mortifera,
quia non inferebant mortem ea facienti, immo permit
tebatur Iudæis tunc cõuerſis legalia obſeruare: & pro
tali tempore loquitur Apoſtolus. Tertium autem tẽ-
pus fuit poſt plenam euangelii diuulgationem: & tunc
legalia non ſolum fuerunt mortua, ſed etiam mortife-
ra: nam nunc poſt plenam euangelii diuulgationem
nullo mòdo permitteret eccleſia, ꝙ aliquis fidelis Chri
D ſtianus, legis moſaicæ cæremonias obſeruaret, nã hoc
obſeruanti eſſet mortiferum, nec poſſet eas quis obſer
uare, niſi incurreret mortẽ, & niſi peccaret mortaliter.

Vlterius forte dubitaret aliquis de illo tempore in-
termedio, quod dicitur fuiſſe poſt paſſionem ante euã-
gelii plenam diuulgationem: qua conſcientia pote-
rant ſeruari legalia, & non eſſet in peccatum morta-
le. Dicendum, quòd ſi ſtatim poſt paſſionem fuiſſet le-
galia prohibita, & cæremoniales obſeruantiæ inhibi-
tæ tanquam mortiferę, potuiſſet aggenerari ſuſpitio,
quòd illæ cęremoniæ fuiſſent per ſe malæ, & quòd nõ
fuiſſent datæ à bono Deo: & ideo ad hoc remouendũ
permiſſum fuit, quod etiam poſt paſſionẽ per aliqua-
le tempus, vt ante euangelii plenam diuulgationem,
poſſent à Iudæis conuerſis legalia obſeruari. Tunc er-
go temporis obſeruantes huiuſmodi cæremonias, ſe-
cundum aliam & aliam intentionem, aliter erat de ip-
ſis iudicandum: nam ſic ſe habentes poterant eſſe ſim-
plicter

pliciter infideles, & poterant eſſe infirmi in fide, & poterant eſſe ſimpliciter fideles & in fide firmi. Nã ſi ideo tunc temporis aliquis obſeruaſſet cæremonias illas, quia firmiter crediſſet, quod nullo modo ſufficeret ad ſalutem obſeruantia legis euangelicæ ſine obſeruantiis illis, & ſic huic opinioni firmiter adhærere voluiſſet, quod etiam ſi eccleſia vellet contrarium determinare, quod ipſe non aſſentiret, infidelis fuiſſet. Si verò illas obſeruaret, quia ad eas haberet aliqualiter oculum, dato quòd non eſſent illa neceſſaria ad ſalutem, quandiu eccleſia illas obſeruantias tolerabat, ille talis non eſſet ſimpliciter infidelis: eſſet tamẽ aliqualiter infirmus in fide, quia ſi in fide eſſet omnino firmus, ſtatim omnia dimitteret, & adhæreret chriſto. Talem ergo infirmum in fide debemus aſſumere, id eſt, ad ſanandum ſumere; cui ante plenam diuulgationem euangelii permittitur legalia obſeruare. Sed ſi hoc faceret, nõ quod ad illas obſeruantias haberet oculum confidentiæ, nec hoc faceret ꝙ eſſet paratus ſtatim illas dimittere; ſed ideo hoc ageret, vt oſtẽderet illa non fuiſſe per ſe mala, ſed fuiſſe a bono deo data, nec eſſet infidelis, nec eſſet infirmus in fide. Sed nunc poſt plenam diuulgationem euangelii, non poſſet quis bona intentione legalia omnia obſeruare. Quantum autem ad aliquam partem, vt non comedere carnes porcinas, non quia vellet obſeruare cæremonias legis, ſed quia forte non ſaperent, vel quia non eſſent ſanæ ſibi, vel etiam quia cũ nimis habeant de pinguedine ad venerea incitant, poſſet quis à talibus abſtinere: ad omnia tamen legalia obſeruanda, bona intentio dari non poſſet. Immo, ſi recte loqui volumus, obſeruantiæ legis per ſe & ſecundum quòd huiuſmodi, vt quòd credãtur eſſe neceſſariæ ad ſalutem, nec in parte nec in toto obſeruari debent. Oſtenſum eſt ergo, qualiter tunc poterant legalia obſeruari: & declaratum, quia nunc obſeruari non debent, & potiſſime cum hęc ſint iam ab eccleſia determinata.

Vlterius forte dubitaret aliquis de eo quod in litera dicitur, Tu quis es, qui iudicas alienum ſeruum? Ergo videtur, quod ex hoc, nullus debeat alterum iudicare. Dicendum ꝙ intantum iudicium hominis eſt licitum, inquantum agit authoritate diuinitus conceſſa, nam tunc magis eſt iudicium dei quàm hominis, iuxta illud Deut. 1. Audite illos, & quod iuſtum eſt iudicate (& ſequitur) Dei iudicium eſt. Sed ſi quis velit vltra illud, quod à Deo cõceditur, iudicare, temerarium eſſet iudicium: non eſt autem homini cõceſſum intueri cor, ſed faciem: ideo poteſt iudicare manifeſta, non occulta vt gloſſa ait. Et quia homo eſt ſeruus ei cuius iuriſdictioni ſubiicitur, nullo modo ſubeſt homini quãtum ad occultas cogitationes cordium. Quicunq; ergo de talibus vult iudicare, quantęcunq; ſit authoritatis, ſiue ſit Rex, ſiue Papa, iudicat alienum ſeruũ, quia iudicat hominem in illo, in quo non eſt ſibi ſeruus: ideo ſtatim poſſet ſibi dici, Tu qui es? id eſt, cuius es valẽtię, & cuius es ſcientiæ, qui vis iudicare occulta cordium? In hoc enim homo ſtat, aut cadit, id eſt, benè vel malè agit Domino, id eſt, non ſecundum tuum, ſed ſecundum domini iudicium iudicandus.

L E C T I O XLVI.

NAm alius iudicat inter diem & diẽ, alius aũt iudicat omnẽ diẽ.

Poſtquàm Apoſtolus oſtendit, ꝙ nõ debemus nos inuicẽ temerarie iudicare pp diſtinctionem ciborum. In parte iſta declarat, ꝙ nõ debemus nos inuicẽ temerarie iudicare propter diuerſitatem temporum. Circa quod duo facit: quia primò oſtẽdit, ꝙ inter Romanos ratione diuerſitatis temporũ, videbatur eſſe materia, ꝙ poſſent inter ſe inuicem litigare. Secundo per plures rationes oſtendit, ꝙ pp hoc non debent ſe inuicem temerarie iudicare, ibi, (Vnuſquiſq; in ſuo ſenſu.) In prima parte formetur ſic ratio, In quocũq; populo alius iudicat diem inter diem. i. diſtinguit inter tempora, alius vero iudicat oẽm diem. i. inter tempora non diſtinguit (ſupple) inter eos videtur eẽ materia vnde poſſent ad inuicem litigare: vos Romani eſtis hmõi: ergo &c. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur aũt ſic, Dictum eſt ꝙ inter vos videbatur eſſe materia vnde poſſetis pp diuerſitatem ciborum ad inuicem litigare, quia alius credit omnia licite ſe poſſe mãducare, alius vero inter cibaria diſtinguit: ſic etiam inter vos videtur eſſe materia vnde litigare poſſitis nõ ſolum pp diuerſitatem ciborum, ſed etiã pp diſtinctionem temporũ. (nam alius) ſupple, diſtinguens inter tẽpora & inter dies, (iudicat diem) eſſe eligendum in abſtinẽtia interpoſitum ſupple (inter diem & diem. Alius aũt) ſupple, non diſtinguens inter tempora & dies, (iudicat omnem diem) ſupple, abſtinendum, vel omnem diem eſſe edendum. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, ꝙ quia videbatur inter Romanos eſſe hmõi diuerſitas, ꝙ propter hanc diuerſitatẽ, quia ſic diuerſimode ſentiebant, qualiter eſſet in temporibus abſtinentia faciẽda, videbantur habere materiam vnde poſſent ad inuicem litigare. Notãdum aũt ꝙ, vt ſupra dicebatur, periculo eſt ſuccurrẽdum. Videns ergo Apoſtolus, ꝙ ſic Romani diuerſimode de abſtinentia ſentirent, & videns ꝙ ex hoc poſſet oriri materia vnde poſſent ad inuicem litigare, ideo primo præmittit hanc diuerſitatem inter eos exiſtente, vt poſtea oſtendat ꝙ pp hoc non debeãt ad inuicem contendere, nec debeant ſe inuicem temerarie iudicare. Deinde cum ſubdit.

Vnuſquiſq; in ſuo ſenſu abundet.

Oſtendit ꝙ pp hmõi diuerſitatem nõ debeant ſe inuicẽ iudicare. Circa qd ſeptem facit, ſecundũ ꝙ ſeptem rationibus probat intentũ. Nam primo probat hoc ex proprię cõſcientiæ teſtificatione. Secundo ex gratiarũ actione. Tertio, ex Diuina regulatione. Quarto, ex recta intentione. Quinto ex noſtra conditione. Sexto ex finali iudicatione, quæ erit in finali iudicio. Septimo & vltimo probat hoc idẽ ex propria rõne, quã vnuſquiſq; pro ſe reddet deo. Secunda ibi (Qui ſapit diẽ.) Tertia, ibi (Nemo. n. veſtrũ.) Quarta ibi (ſiue. n. viuimus.) ſexta ibi (Tu aũt q iudicas.) Septima ibi (Itaq; vnuſquiſq;.) In prima parte poteſt ſic formari ratio, Quodcunq; põt debite fieri nõ eſt pro illo quis temerarie iudicãdus, ſed eſt teſtimonio ſuę cõſcientiæ dimittendus: ſed quantũ ad abſtinẽtiã diſtinguere inter diẽ & diẽ, vel iudicare oẽm diẽ, põt debite fieri: ergo &c. De hac aũt ratione ponit virtutẽ medii. Continuetur aũt ſic, Dictũ eſt ꝙ alius iudicat diẽ inter diem, vel iudicat oẽm diẽ, & quia põt vtrũq; debite fieri vt glo. dicit, ſupple, ideo (in ſuo ſenſu vnuſquiſq; abundet). i. vnuſquiſq; ſcdm ſuã cõſcientiã, vel ſecundũ ſuũ cõſiliũ relinquatur, & in hoc abundare pmittatur. q. d. talia abũdantię propriæ ſenſus. i. teſtimonio proprie cõſcientiæ dimittantur. Notandum autem ſecundum Ambroſium, & habetur i glo. ꝙ in talibus eſt aliquis ſuo ſenſui & ſuo conſilio dimittendus, ne ſcandalum paſſus à charitate quæ eſt mater omnium virtutum recedat. Deinde cum dicit.

Qui ſapit diem, domino ſapit. Et qui manducat, domino manducat. gratias enĩ agit Deo. Et qui non manducat, dño non manducat: & gratias agit Deo.

Adducit ſecundam rationem ſumptam ex gratiarum actione. Formetur aũt ſic: quicunq; ſua opera facit ad dei laudẽ, & reddit deo gratiarũ actiones, nõ eſt pro talibus temerarie iudicandus: ſed tã ille qui diſtinguit inter diẽ, q̃ ille qui dicit edendum oẽm diem, q̃ etiam ille qui aſſerit eſſe abſtinendũ ab aliquibus cibariis oẽm diem, facit hoc ad Dei laudem, & reddit inde Deo gratiarum actiones: ergo nullus talis eſt pro talibus temerariẽ iudicandus. Cõtinuetur aũt ſic, Bene dico ꝙ pp hmõi diuerſitatẽ quã diximus, non eſt aliquis temerarie iudicandus, quia (qui ſapit diem) .i. qui ſentit, & qui iudicat abſtinendũ eſſe interpolatĩ, diſtinguendo inter diem & diem, (ſapit Dño) .i. ſapit hoc, & iudicat hoc ad honorem & laudem Dei, credens ex hoc Deo placere, (et qui manducat, manducat Dño,) idẽſt, ad honorẽ & laudem Dñi: & quod Dño mãducat, patet, (gratias enĩ agit deo,) ſupple pro omnibus creaturis quibus ſubſtẽtatur & paſcitur: & ſubdit ꝙ (& qui nõ mãducat) .i. qui abſtinet, (Domino) idem ad laudem & honorẽ dñi (nõ manducat; & gratias agit Deo) ſupple pro collata ſibi abſtinentia; & quia potens eſt abſtinere, gratias inde agit Deo. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, ꝙ cũ hęc ſic fiant in Dei laudem, nõ eſt inde aliquis temere iudicandus. Notãdũ aũt ꝙ pro eodẽ habet hic Apoſtolus quãtum ad propoſitũ ſpectat, fieri vel poſſe fieri: nã ꝙ aliquis nõ temerarie iudicetur, ſufficit ꝙ faciat opus in dei laudem, vel ꝙ faciat opus ꝙ poſſit fieri in dei laudẽ, quia dubia in meliorem partem ſunt interpretanda: quia cũ facio opus quod poſſibile eſt fieri I dei laudẽ, & cum põt quis conſurgere in debitam gratiarum actionẽ, interpretandũ eſt ꝙ ſic fiat, & nullus eſt pp hoc temerarie iudicandus. Deinde cum dicit.

Nemo enim noſtrum ſibi viuit, & nemo ſibi moritur.

Adducit tertiam rationẽ ſumptã ex diuina regulatione. Formetur aũt ſic: Quicunq; nec viuit virtutibus nec moritur vitiis ſibi .i. ſecũdũ ſuã eegulã nec ſecũdũ regulã humanã, ſed ſcđm regulã diuinam, ille ſiue non edat, ſiue diſtinguat inter diem & interpolatl abſtineat ſiue non diſtinguat, ſed cõtinuã abſtinentiã faciat, ille nõ eſt ab homine temerariẽ iudicandus, ſed eſt diuino iudicio dimittendus: quilibet aũt noſtrũ eſt hmõi, ergo &c. De hac aũt rõne ponit virtutẽ medii. Continuetur aũt ſic, Benẽ dico ꝙ pp edere vel nõ edere nullus eſt ab hoĩe temerariẽ iudicandus, ſed eſt dñi iudicio dimittendus: quia (nemo enim noſtrũ viuit) virtutibus (ſibi) .i. ſecũdũ ſuã regulã & ſecũdũ ſuã legẽ, (& nemo moritur) vitiis (ſibi) .i. ſecundũ ſuã regulã & legẽ. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, ꝙ cũ hoc nõ fiat ſecũdũ regulã & legẽ humanã, ſed magis ſecundũ regulã & legẽ Diuinã, in talibus nõ eſt quis ab homine temerarie iudicandus, ſed eſt Dei iudicio dimittendus. Notandũ aũt ꝙ leges & regulę ſcriptę in pergameno poſſunt ſcribi ab hoĩe; ſed lex ſcripta in corde, ſcribitur à ſolo deo. Deus .n. ſignãdo ſuper nos .i. ſignando in ſuperiori parte rationis noſtrę lumẽ rationis, ſiue lumen intellectus agentis, oſtẽdit nobis quid bonũ & quid malũ, & impreſſit nobis leges & regulas, per quas dirigeremur tã in agibilibus quàm in ſpeculabilibus. Notãdũ inſuper ꝙ cũ regulas cordis & legẽ cõſciẽtię habeamus à Deo impreſſam, in rebus occultis quæ non menſurantur regula humana ſed diuina, qlibet q moritur vitiis, vel viuit virtutibus, Diuino iudicio iudicatur, nõ humana ſententia temere condẽnatur: Deus .n. eſt ille qui intuetur cor, & qui videt ſingula qua intẽtione quis faciat. Deĩde cũ dicit.

Siue enim viuimus, Domino viuimus: ſiue morimur, domino morimur.

Adducit quartam rationẽ ſumptam ex recta intentione. Formetur aũt ſic, Quicunq; ſiue viuat virtutibus ſiue moriatur vitiis viuit vel moritur dño .i. viuit vel moritur finaliter intendẽdo dñm, & finaliter agendo

A propter dñm, ille habet rectam intentionẽ, & ſiue edat, ſiue nõ edat, non eſt temerarie iudicandus: nos ſumus hmõi, ergo &c. De hac aũt ratione ponit virtutẽ medii. Cõtinuetur aũt ſic, Benẽ dico, ꝙ pp eſum nõ ſumus temerarie iudicãdi: quia (ſiue .n. viuimus) virtutibus (viuimus dño .i. viuimus finaliter intẽdẽdo dñm; (ſiue morimur) vitiis (morimur dño) .i. morimur finaliter intẽdẽdo dñm: & qa in noſtris operibus intẽdimus finaliter dñm, nõ ſumus temerarie iudicandi. Notãdũ aũt, vt ſupra dicebatur, in omnibus his quærendum eſt non quid fiat, ſed quid fieri poſſit: & quia ſiue edamus, ſiue nõ edamus, poſſumus viuere virtutibus, & mori vitiis, & poſſumus i omnibur his finaliter quærere dñm, ideo non ſumus in talibus temerariẽ iudicandi. Notãdũ ẽt ꝙ gloſſa tam hic quod hic dicitur, q̃ quod in ratione præcedenti dicebatur, exponit dupliciter, videlicet, de vita, vel de morte ſpirituali, prout viuimus virtutibus, & morimur vitiis, vt expoſitum eſt: & de morte & vita

B corporali, dicens, ꝙ nemo moritur corporaliter, nec viuit ſibi .i. ad laudẽ ſui, ſed ſiue viuimus, ſiue morimur viuimus & morimur Dño i. ad laudẽ dñi: & quia ſic totaliter ſumus cõditi ad laudẽ ipſius dñi, nõ ſumus totaliter ab aliquo iudicandi. Deinde cum dicit.

Siue ergo viuimus, ſiue morimur, domini ſumus. In hoc enim chriſtus mortuus eſt & reſurrexit: vt & viuorum, & mortuorum dominetur.

Adducit quintã rõnẽ ſumptam ex noſtra ſeruitute & ex noſtra intentione: nã nõ ſolum ſumus inſtituti & cõditi ad agendũ gratias dño, vt oſtendebat ratio ſecũda: & nõ ſolũ in noſtris operibus debemus regulari diuina lege & Diuina regula, vt oſtendebat rõ tertia: & nõ ſolũ in omnibus noſtris actibus debemus habere re-

C ctam intentionem & finaliter quærere dñm, vt oſtendebat ratio quarta: ſed etiam ſumus ſerui emptitii, & ipſius dñi, vt oſtendit hæc ratio quinta. Formetur aũt ſic, Quicũq; ſiue viuant, ſiue moriantur, ſunt ſerui emptitii ipſius chriſti, illi ſiue edant, ſiue non edant, non ſunt ab aliquo temere iudicãdi, ſed iudicandi ſunt à chriſto, quorũ ſunt ſerui emptitii: ſed nos ſiue viuimus, ſiue morimur, ſumus dñi ſerui emptitii, quia dñs Ieſus chriſtus moriendo, & reſurgẽdo, nos emit: ergo ſumus à chriſto, & nõ ab alio iudicãdi. De hac aũt ratione ponit virtutẽ medii. Continuetur aũt ſic, Benẽ dico ꝙ ſiue edamus, ſiue non edamus, nõ ſumus ab alio iudicandi: quia (ſiue ergo viuimus, ſiue morimur, ſumus dñi) .i. ſumus res poſſeſſa ipſius dñi, & ſumus ſerui emptitii ipſius Dñi chriſti Ieſu. Quòd aũt ſic ſit, & ꝙ ipſe chriſtus ſit ita dñs noſter, patet, quia (in hoc .n. mortuus eſt, & reſurrexit: vt viuorũ, & mortuorũ dominetur.) Tunc er-

D go eſt ſupplenda ratio, ꝙ ſi & viui, & mortui, ſumus domini Ieſu chriſti ſerui, debemus ab eo & nõ ab alio iudicari. Notãdũ aũt, ꝙ quia chriſtus mortẽ noſtram moriendo deſtruxit, & vitam reſurgendo reparauit, quia mortuus eſt pp peccata noſtra per quæ morimur; & reſurrexit pp iuſtificationẽ noſtrã per quã viuimus, ideo omnium dominari debet. Ideo dicitur ſecunda ad Corint. cap. quinto, Qui viuunt iam nõ ſibi viuant, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt, & reſurrexit. Notandum ẽt ꝙ vt gloſa tangit, quod hic dicitur põt intelligi ad literam, & moraliter. Ad literã, quia pro nobis eſt mortuus, & pro nobis reſurrexit: ideo ad literam nos totaliter emit, pro nobis tanta faciendo, totaliter ſumus ſui ſerui, & ſiue mortui ſumus, ſiue viui, ſub eius Dominio ſumus. Alio modo poteſt intelligi myſtice, non de morte & vita naturali, ſed de morte & de vita ſpirituali, vt ſit ſenſus. Quòd ſiue moriamur peccatis, ſiue viuamus virtutibus, ſumus ſerui chriſti; quia chriſtus mortuus eſt pp peccata noſtra, vt faceret nos peccatis mori: & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram,

vt faceret

vt faceret nos virtutibus viuere:& quia ſic eſt, per omnem modum ſui ſumus.non ergo debemus ab alio temere iudicari.Deinde cum dicit.

Tu autem quid iudicas fratrem tuum? aut tu quare ſpernis fratrem tuum?Omnes enim ſtabimus ante tribunal Chriſti. ſcri-
Eſa.45.d ptum eſt enim, Viuo ego dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu:& omnis lingua confitebitur deo.

Ponit ſextam rationem ſumptam ex finali iudicio. Formetur autem ſic,Quæcunq; ſpectant ſpecialiter ad finale iudicium,illa nō ſunt temere iudicanda:ſed edere,&non edere,qua intentione fiant,& cętera talia quę ſunt nobis occulta,ſpectant ſpecialiter ad finale iudicium:ergo illa non ſunt hic temere iudicanda.De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur autem ſic.Bene dico,quòd edere,& non edere,qua intentione fiat,& cætera talia quę ſunt nobis occulta,& quę poſſunt bene fieri,tu non debes temere iudicare, ideo ait.(Tu autem quid iudicas fratrem tuum)ſupple,non manducantem?(aut tu quare ſpernis fratrem tuum) ſupple,manducantem?quaſi diceret, Tu non debes ita facere:quia(omnes enim ſtabimus)ante tribunal chriſti,ideſt,ante eius iudiciariam poteſtatem. tunc ergo manifeſtabuntur talia,qua intentione fiant.tunc etiam manifeſtabuntur omnia occulta.quia ſcriptum eſt(viuo ego dicit Dominus,)ideſt,per memetipſum viuentē iuro dicit Dominus(quoniam mihi flectetur omne genu,)ideſt,flectetur omnis poteſtas(& confitebitur oīs lingua,)ideſt,pandetur omnis conſcientia,& omne occultum.Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, quòd cum ſic ſit,& cum ad finale iudicium reſeruanda ſint omnia occulta,ea quę poſſunt bene fieri cuiuſmodi eſt edere vel non edere,qua intētione fiant,& cætera talia quę ſunt occulta,non ſunt hic temere iudicanda:ſed ſunt ad finale iudicium reſeruāda,iuxta illud primę ad Cor.4. Itaq; nolite ante tempus iudicare quouſq; veniat dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium. Notandum autem quòd authoritas hic adducta ſcribitur Iſa.45.ſed non ſub his verbis, ſed ibi dicitur,In memetipſo iuraui, quia mihi curuabitur omne genu,& iurabit omnis lingua.Notandum etiam quod in hoc quòd dico,(Viuo ego dicit dominus)ſpecies iuramenti eſt;nam vt dicitur Hebr.6.Homines per maiorem ſe iurant.Deus autem,qui neminem habuit per quem iuraret,maiorem, iurauit per ſemetipſum.cum ergo ipſe ſit fons vitæ,vt
Pſal.35. dicitur in pſalmo,nihil eſt aliud(viuo ego dicit dominus)niſi per me viuentem iuro. Deinde cum dicit.

Itaq; vnuſquiſq; noſtrum pro ſe rationem reddet deo.Non ergo amplius inuicē iudicemus.

Adducit ſeptimam & vltimam rationem ſumptam ex eo quòd vnuſquiſq; pro ſe & non pro alio redditurus eſt in Iudicio rationem.Formetur autem ſic, Quicunq; pro ſe & nō pro alio redditurus eſt in iudicio rationē propriam,ille debet ſe potius quàm alium iudicare:ſed vnuſquiſq; noſtrū eſt hmōi,ergo &c.De hac autem ratione ponit virtutē medii.Continuetur aūt ſic, bene dico q; in non edere,vel in edere,vel in quocūq; alio non debemus alios temere iudicare, quia vnuſquiſq; noſtrum pro ſe & non pro alio reddet Deo rationem: & quia ſic eſt, debet ſe potius iudicare quàm alius.Ideo concludit concluſionem intentam,Non ergo amplius inuicem iudicemus.i.vnus nō iudicet temerariè alium,ſed quilibet iudicet ſe ipſum,quia(ſupple) quilibet pro ſe ipſo,non pro alio redditurus eſt rōnē.

Dubitaret forte aliquis de eo qd Apoſtolus ait,Qui ſapit diem,dn̄o ſapit.vbi gloſſa exponit,q; diſtinguere
A inter diem & diem,ſit domino.i.ad honorem Domini. cuius contrarium dicitur Galat. 4.dies obſeruatis, & menſes, & tēpora & annos.Timeo vobis,ne ſine cauſa laborauerim in vobis.Dicendum q; obſeruare Dies & & tempora,vno modo pōt eſſe ſuperſtitionis, ſicut faciebāt Galatæ, qui volebant forte poſt plenam diuulgationem euangelii Iudaizare.Vel ſicut faciunt multi qui ſecundum modū Mathematicorū cōſiderantes curſus ſyderum,& credentes curſum illum imponi neceſſitatem libero arbitrio, obſeruant puncta & horas in ſuis actibus,vt omnia ſecundum gradum aſcendentes operari velint.Tertio modo poteſt eſſe obſeruatio tēporū,pp deuotionē:ſicut Chriſtiani faciunt, qui obſeruāt ſpeciales ſanctorū Vigilias, & ſpecialia tempora ab Eccleſia ſtatuta.Modus ergo Mathematicus ſemp fuit reprehenſibilis. Modus autem Iudaicus de obſeruatione temporū,ſecundū cęremonias legis ante paſſionem chriſti,fuit laudabilis:poſt paſſionem ante ple-
B nam diuulgationem euangelii,vt patet per habita, Iudæis qui tunc conuertebantur erat tolerabilis: nunc verò poſt diuulgationem euāgelii,eſt damnabilis. Sed modus chriſtianorū eſt ſalubris & cōmendabilis. Apoſtolus ergo,qui dicit, q; qui diem ſapit.i.qui inter dies diſtinguit, Domino ſapit, intelligit vel de obſeruatione temporū ante plenam euangelii diuulgationē ſecundum modū Iudaicum qui tunc ab eccleſia tolerabatur,vel intelligit de obſeruatione temporū ſecūdū deuotionem,quod nunc in eccleſia iubetur.

Vlterius forte dubitaret aliquis de illo verbo Apoſtoli,Vt & viuorū,& mortuorum dominetur. Sed cōtra:dicitur Matth.22.Non eſt autem deus mortuorū, ſed viuentium.Dicendum q; aliter loquitur dn̄s,quàm hic loquatur Apoſtolus:ibi enim loquitur contra Sadducęos negantes Reſurrectionem,ſecūdum quem modum ſequeretur q; homo moreretur tam ſecundum animam quàm ſecundum corpus.ibi enim vult oſtendere Dominus q; homo non moritur ſecundum ani-
C mam:& ex hoc probat reſurrectionem eſſe.Nam ſi anima naturaliter eſt coniuncta corpori, & violenter ſeparatur à corpore, cum nullum violentum ſit perpetuum, non remanebit anima per infinitum tempus ſeparata à corpore, ſed iterum corpori coniungetur, & erit reſurrectio mortuorum. Negat igitur ibi Dominus mortem animarum, vt probet reſurrectionem corporū.Hic aūt Apoſtolus non loquitur de morte animarum, ſed de morte corporum. Deus ergo eſt Dn̄s tam viuētium ſecūdū corpus, quàm etiam mortuorum:ſed non eſt Deus mortuorum ſecūdum animam,quia nullius anima moritur,loquendo de morte vt hic loquimur prout eſt idem quod corruptio:eſt enim quęlibet anima humana immortalis.i.incorruptibilis,cum ſit quędam ſpiritualis ſubſtantia.

Vlterius forte dubitaret aliquis de eo q; in litera dicitur,Itaq; vnuſquiſq; noſtrum pro ſe rationē reddet
D deo.Vbi videtur velle, q; in Iudicio non reddet vnus pro alio rationem. Sed contra: dicitur Heb.vltimo, Obedite Prępoſitis veſtris,& ſubiacete eis.ipſi enim p-vigilant quaſi rationē pro animabus veſtris reddituri. Dicendū q; propriè loquendo in Iudicio quilibet pro ſe ipſo rationem reddet. Vnde Prælati ſi rationem reddēt pro aliis.i.pro animabus ſibi cōmiſſis,hoc erit,pro ut circa aīas illas nō debite ſe habuere,nec eas bene rexerūt:& ideo ſi proprie loqui volumus magis Prælati rōnē reddēt de malis ſuis actibus,& de malo ſuo regimine quod exercuerunt circa animas & circa ſuos ſubditos,quàm reddāt rationē de ſuis ſubditis,vel de animabus eorū.Quod ex eo patet,q; ſi pręlati faciāt qd in ſe eſt,dato q; ſubditi eorū pereant,nihil pp hoc dānationis aduenict,iuxta illud Ezech.3.Si aūt annunciaueris impio,& ille non fuerit conuerſus ab impietate ſua & a via ſua impia,ipſe quidem in iniquitate ſua morietur,tu autem animam tuam liberaſti.

LECTIO. XLVII.

SEd hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri vel ſcandalum.

Poſtquàm Apoſtolus inſtruxit maiores & infirmiores in fide, vt non debeant infirmos & minores iudicare. In parte iſta, vt dicebatur, oſtendit quòd non debeant eos offendere & ſcandalizare. Ad cuius euidentiam ſciendum, ꝙ principalis cauſa, quare Apoſtolus viſus eſt hoc capitulum
B inducere, fuit diuerſitas, quã videbat inter Romanos ad fidem conuerſos, quorum aliqui erant Iudæi, aliqui erant Gentiles. Nam Iudęi quantuncunq; ad fidem eſſent conuerſi, aliquam tamen inclinationem habebant adhuc ad cęremonias legis, & ſcandalizabantur ſi alii fideles omnino illas ceremonias tranſgredirentur & cõdemnarent. Ex hoc ergo duplex litigium oriebatur: primò, quia gentiles iudicabãt Iudęos & codẽnabãt, ex eo qd illas cęremonias obſeruare volebant: ſecũdo Iudei offendebãtur & ſcãdalizabantur, videntes ꝙ Gentiles illas cęremonias non obſeruabant, ſed cibos ſecundum legem immundos & vetitos comedebant. Secundum hoc ergo Iudæi habentes aliqualem inclinationem ad cęremonias legis, merebantur dici infirmi in fide: quia ſi bene fuiſſent firmi, ſolam obſeruantiam euangelicam fuiſſent amplexi, & legis cęremonias omiſiſſent. Apoſtolus itaq; vtriq; periculo volens occurrere, primo
C monet firmiores in fide, quòd propter huiuſmodi obſeruãtias legis non debeant alios iudicare & condemnare: non enim debebant Iudæos condemnare gentiles, ſi aliquas cęremonias obſeruabant, tum quia neſciebant quo animo id agerent, nã forte hoc non faciebant vt ſpem ponerent in cęremoniis legis, ſed ideo eas obſeruabant vt oſtenderent eas non fuiſſe per ſe malas, ſed fuiſſe a bono Deo datas: tum etiam dato quòd obſeruantes cęremonias haberent ibi aliqualem oculum & ponerent ibi aliqualem ſpem, non tamen propter hoc erant iudicandi & condemnandi, quamdiu ab Eccleſia tolerabatur. Secundo monet Apoſtolus firmiores in fide, vt nõ ſolum non iudicent Iudęos huiuſmodi cęremonias obſeruantes, ſed etiam ꝙ non ſcandalizent eos, ſi à multis cibis in lege vetitis eos videant abſtiuere, ne Iudæi conuerſi, qui iam erant fratres in fide, poſſent ſcandalizari, quia non eſt bonum
D propter eſcam perdere fratrem ſuum. Duo ergo facit: quia primo proponit quod intendit: ſecundo manifeſtat quod dixerat ibi. Si enim propter cibum.)

Circa primum duo facit: quia primo agit quòd firmiores in fide non debeant alios offendere & ſcandalizare: ſecondo declarat, quale erat illud propter quod huiuſmodi ſcandalum oriebatur, quod erat quid mundum & quid licitum per ſe, poterat tamen eſſe immundum & illicitum per accidens. Secunda, ibi, Scio & confido.)

In prima parte intendit talem rationem, Quicunq; non iudicat alios, ſed magis iudicat ſe ipſum, ille non ponit ſcandalum nec offendiculum fratri ſuo; ſed vos Romani debetis eſſe huius modi, ergo &c. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur autẽ ſic, Dictum eſt, quòd non debetis alios iudicare, ſed magis (ſupple) vos ipſos hoc, id eſt, ſecundum hoc, vt ſcilicet, ne ponatis offendiculum vel ſcandalum fratri veſtro. Eſt ergo vis rationis huius, quòd ſi Romani nõ iudicarent alios, ſed magis iudicarent ſe ipſos, non pone-
A rent ſcandalum aut offendiculum fratri ſuo. Notandũ autem quòd offendiculum, & ſcandalum ſic poſſunt diſtingui: quia offendiculum dici poteſt, quicquid retardat viam alterius: ſed ſcandalum eſt illud, quod viam impedit. Nos ergo nõ debemus ponere offendiculum fratri noſtro, quia non debemus ipſum retardare à bonis, & via iuſtitiæ; nec debemus ei facere ſcandalum, quia non debemus ipſum inclinare ad mala, nec impedire ipſum à via rectitudinis. Sic exponendo, ſcandalũ eſt peius quàm offendiculum: quia peius eſt aliquem impedire ad mala inclinando, quàm retardare nñ pro mouendo ad bona. Notandum etiam quod ſcandalũ ſumptum eſt ad ſimilitudinem lapidis exiſtentis in via: quia ſicut ille lapis dat occaſionem ruinæ pergẽtibus per viam materialem, ſic ſcandalum ſpiritualiter dat occaſionem ruinę pergentibus in viam iuſtitiæ. Vnde conſueuit ſic ſcandalum diffiniri, Scandalum eſt, factum vel dictum minus rectum, præbens alii occaſio- — *Scandalũ ꝗd ſit.*
B nem ruinę. Notandum etiã quod ponit offendiculũ ꝑ occaſionem ruinæ, & ſcandalum per contriſtaculum, dicens, quòd fratri noſtro non debemus ponere offendiculũ, id eſt, facere aliquid vnde ruat, vel vnde pereat: nec debemus ei facere ſcandalum, quia non debemus ipſum contriſtari: ſecundum hoc ergo „ſcandalum eſt minus malum quàm offendiculum. Deinde cum dicit.

Scio, & confido in Domino Ieſu, quia nihil commune per ipſum: niſi ei qui exiſtimat quid commune eſſe, illi commune eſt.

Oſtendit quale eſt illud propter quod huiuſmodi ſcandalum oriebatur, dicens ꝙ ſecundum ſe erat licitũ per accidens & in caſu poterat eſſe illicitum. Oriebatur enim hoc ſcandalum propter eſum ciborum pro-
C hibitorum in lege, à quibus abſtinebant Iudęi, & comedebant Gentiles: illi autem cibi ſecundum ſe erant liciti & mundi, in caſu autem poterant eſſe illiciti & immundi. Formetur autem ſic ratio, Quicquid eſt mundũ ſecundum ſe, ſed eſt immundum habenti conſcientiam de illo, illud eſt immundum per accẽns, & in caſu: ſed cibi propter quos oriebantur ſcandala Iudæorũ ſunt huiuſmodi, ergo &c. Continuetur autem ſic litera, Propter cibum in lege vetitum ſcandalizabantur Iudæi, qui cibus erat ſecundum ſe mundus, licet eſſet immundus habentibus conſcientiam de illo. Ideo ait, Scio & cõfido in Domino Ieſu, quia nihil eſt commune,) id eſt, nihil eſt immundum (per ipſum,) id eſt, proptee ipſum omnes cibi ſunt mundi; (niſi ei qui exiſtimat quid commune eſſe) id eſt, qui exiſtimat aliquem cibum eſſe immundum, (illi commune eſt) propter conſcientiam — *Si quis exiſtimat cibũ aliquem immundum eſſe & veſcitur, fit illi ob conſciẽtiã immundus.*
D quam habet eſt ille cibus ei immundus. Notandum autem, ꝙ conſcientia erronea ligat: qui ergo habet conſcientiam quod debeat abſtinere ab aliquibus cibis, & ꝙ illi ſint immundi, peccat, ſi ab illis non abſtineat. Cibi ergo in ſe ſunt mundi, poſſunt tamen eſſe immundi in caſu ratione conſcientiæ, quæ hoc dictat, vel ratione ſcandali quod inde oritur. Notandum etiam hic cõmune idem ſonat ꝙ immundum; ſic etiam accipitur Act. 10. vbi Petrus ait, Nunquam manducaui omne cõmune, id eſt, immundum. Cauſa autem, quare cõmune ſit idem quod immundum, ſumpta eſt, vt gloſſa tangit vel à modo loquendi Iudęorum: nam vaſa deo dedita ſunt ſanta & munda, alia autem vaſa reſpectu illorum ſunt immunda: ſecundum hoc ergo inoleuit, quod cõmunia dicerent immunda. Vel poſſumus dicere & credo magis ad propoſitum, quòd hoc ſumptum eſt à modo loquendi Iudæorum, qui cibos quibus ipſi vtebanbantur, vocabant mundos: alios verò, quibus vtebantur communiter Gẽtiles, vocabant immundos. & inde ſumptum eſt, quod cibus communis dictus eſt cibus immundus. Notandum etiam, quod de immunditia ciborum, eſt — *Iudæi quicꝗd aut edere aut attrectare illis nõ licebat, Commune nominabant.*

A rum, eſt duplex modus loquendi vnus fuit Manichęorum, qui dicebant res malas & immundas ex ipſa creatione, ponentes corporalia creata à malo Deo. Alius fuit modus loquendi Iudæorum dicentium cibos aliquos eſſe immundos proptee cæremonias legis. Per ipſum ergo chriſtum, per quē creata ſunt omnia, ſunt cibi mundi, contra modum loquendi Manichęorum: quia ex quo per chriſtum facta ſunt omnia, facta ſunt à bono Deo, non à malo. Rurſus per chriſtum, pee quē abſoluti ſumus à cęremoniis, ſunt cibi mundi, contra modum loquendi Iudæorum. Ideo ait Apoſtolus, ꝙ ſcit, & confidit in domino Ieſu, ꝙ nihil eſt commune, ideſt, nullus cibus eſt immūdus: & hoc per ipſum, ideſt, proptee omnia creantem, contra Manichęos: & propter ipſum nos à ceremoniis abſoluentem, contra Iudæos. Deinde cum dicit.

Si enim propter cibum frater tuus contriſtatur, iam non ſecundum charitatem ambulas. B

Probat quod dixerat: duo enim dixerat, nam primo dixerat, quòd non debemus offendeee & ſcandalizare fratrem: ſecundo dixerat, quòd cibus ille propter quē ſcandalum oriebatur, ſecundum ſe erat mundus & licitus, in caſu autem poterat eſſe illicitus & immundus. Ideo duo facit, ſecundum quòd hæc duo probat; nam primò probat primum, ſecundo ſecundum. Secunda, ibi, Omnia quidem munda.)

Circa primum ſex facit, ſecundum quod ſex rationibus probat intentum, oſtendens quòd proptee cibum non debemus fratrem ſcandalizare & offendere. Primo probat hoc ex charitatis læſione, quia hoc faciendo charitas læditur. Secundo, ex chriſti deſpectione, quia hoc faciendo chriſtus deſpicitur. Tertio, ex fidei aut famę maculatione, quia ex hoc fides noſtra & fama maculatur vel blaſphematur. Quarto, ex regni cæleſtis acquiſitione, quia ſine tali eſca regnum cæleſte acquiritur. Quinto probat hoc, ex pacis ſectatione, quia non ſcandalizando fratrem, pacis veſtigia ſectamur. Sexto & vltimo probat hoc, ex Diuini operis deſtructione, quia hoc faciendo Diuinum opus deſtruitur. Secunda ibi (Noli cibo.) Tertia ibi (Non ergo blaſſemetur.) Quarta ibi (non eſt enim regnum.) Quinta ibi (Itaq; quæ pacis.) Sexta ibi (noli propter eſcam.)

In prima parte intendit talem rationem, Quicunq; magis diligit quod eſt minus diligendum quàm quod eſt magis, vt qui magis diligit cibum qui eſt minus diligendus quàm fratrem qui eſt magis diligendus, ille non ambulat ſecundum viam charitatis; ſed tu qui propter cibum contriſtas aut ſcandalizas fratrem es huiuſmodi, ergo non ambulas ſecundum viam charitatis. De hac autem ratione ponit minorem cum ſua concluſione. Continuetur autem ſic, bene dico ꝙ tu nō debes D ſcandalizare & offendere fratrem, & maximè tam propter modicam rem vt propter cibum, quia ſi propter cibum tuum frater tuus contriſtatur aut ſcandalizatur, iam non ſecundum charitatem ambulas: ergo vt ne a charitate deuies, debes potius a cibo abſtinere, quàm fratrem tuum ſcandalizare. Notandum autem, ꝙ (vt patet) ante plenam diuulgationem euangelii nō ſufficiebat Apoſtolo, quòd Gentiles non iudicarent, nec condemnarent Iudæos, ſi abſtinebant à cibis in lege vetitis, ſed etiam volebat ꝙ ipſimet gentiles condeſcenderent Iudæis, & ad tempus abſtinerent ab huiuſmodi cibis, ne ſcandalizarent eos, quos ſcandalizando, deuiabant a via charitatis, vt probauit ratio iam facta: & etiam ex huiuſmodi ſcandalizatione deſpiciebatur chriſtus, blaſphemabatur fides, & fiebant alia quę probabunt rationes ſequentes. Deinde cum dicit.

Noli cibo tuo illum perdere, pro quo chriſtus mortuus eſt.

A Adducit ad hoc idem ſecundam rationem, ſumptā ex chriſti deſpectione. Formetur autem ſic, ille qui pro magno pretio eſt redemptus, non eſt pro cibo ſcandalizandus: ſed frater tuus magno pretio eſt redemptus, quia chriſti ſanguine eſt redemptus: ergo ne deſpiciatur chriſtus, qui pro eo mortuus eſt, & qui eum ſuo ſanguine redemit, non eſt pro cibo ſcandalizandus. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Cōtinuetur autem ſic, bene dico quòd ſi Iudęus iam conuerſus, qui eſt frater tuus, ſcandalizatur de cibo tuo, quia non abſtines à cibo in lege vetito, tu debes potius à cibo abſtinere, quàm eum ſcandalizare: quia noli cibo, ideſt propter talem cibum perdere, ideſt, contriſtare vel ſcādalizare illum, ideſt, fratrem tuum, pro quo chriſtus mortuus eſt, ideſt, qui frater tuus tanto pretio, qui morte chriſti, & eius ſanguine eſt redemptus. Deinde cum dicit.

B Non ergo blaſphemetur bonū noſtrum.

Adducit tertiam rationem, ſumptā ex fidei blaſphematione, vel ex famę maculatione. Propter quod ſciēdum, quod quando Iudæi conuerſi videbant gentiles & alios fideles comedere ſic indifferentee omne genus carnium, & nō abſtinere à cibis in lege vetitis, ſcādalizabantur, & dicebant fidem illam, quam ſuſceperant, eſſe voracitatem ciborum: propter quod pee eos blaſphemabatur fides, & per hoc videbatur maculari fama aliorum fidelium. Formetur ſic ratio, illud propter quod bonum noſtrum, ideſt, fides & fama noſtra blaphematur & maculatur, non eſt faciendū: ſed ſcandalizando fratres noſtros, ideſt, Iudęos iam conuerſos, fides noſtra & fama noſtra blaſphematur & maculatur, ergo non eſt faciendum, immo non ſunt ſcandalizādi, ſed potius a tali cibo abſtinendum: de hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur autem ſic, bene dico ꝙ propter cibum non debes fratrem tuum C ſcandalizare, quia non eſt, peopter tam modicū, blaſſemandum bonum noſtrum, ideſt, fides & fama noſtra. Deinde cum dicit.

Non eſt enim regnum Dei eſca, & potus: ſed iuſtitia, & pax, & gaudium in ſpiritu ſancto.

Adducit quartam rationem, ſumptam ex regni cæleſtis acquiſitione. Circa quod duo facit: quia primo facit quod dictum eſt: ſecundo quod ſuppoſuerat, probat, ibi, (Qui enim in hoc.) In prima parte poteſt ſic formari ratio, ſine quocunq; poteſt haberi regnum Dei, propree illud non eſt frater ſcandalizandus: ſed ſine eſcis in lege vetitis poteſt haberi regnum Dei, ergo propter hoc non eſt frater ſcandalizādus. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur autem ſic, bene dico, ꝙ non propter eſum, nec propter D potum, nec propter aliquid tale, non eſt frater ſcandalizādus: quia nō eſt regnū Dei eſca, & potus. i. nō acquiritue regnū dei pp eſcā & potū, ſed regnū Dei ē iuſtitia, & pax, & gaudiū in ſpūſancto. i. regnū acquiritur p iſta, non per potum & eſcam. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, quòd cum per vſum cibi, & potus, non acquiratur regnum dei, ſed magis acquiratur per iuſtitiam, pacē, & gaudium in ſpiritu ſancto, magis eſt ab eſcis abſtinendum, quàm ſic propter hoc fratrem ſcandalizare. Notandum autem quòd regnum & beatitudo noſtra non poteſt eſſe in exterioribus bonis, vt ſatis probat Philoſophus in Ethicis: non enim eſſe poteſt, quòd tu ſis beatus per aliud bonum, quod non ſit in te. Rurſus cum regnū & beatitudo noſtra ſit maius bonum, quod nobis poſſit aduenire, oportet quòd ponatur in potiori bono noſtro; & quia anima eſt potior corpore, regnū dei & beatitudo non ſunt ponenda in bonis corporis, ſed in bonis animæ. bona ergo corporalia, vt cibus, & potus, & talia in tantum pertinent ad regnum dei, vel

Li. 1. ca. 7. & 8

ad eius oppoſitum, in quantum per ea ordinatur vel deordinatur noſter interior appetitus. Pax ergo, iuſtitia, & gaudium, quæ ſunt bona mentis, & bona animæ, poſſunt pertinere ad regnum Dei, & ad beatitudinem noſtram, de talibus enim eſt principaliter curandum: ſed de eſca, & potu, & aliis exterioribus rebus, & de aliis bonis corporis, intantum curandum eſt, inquantum ordinantur ad iſta. itaque propter eſcam, & potum, quæ non ſunt regnum dei, frater ſcandalizari non debet. Notandum autem, quòd hæc tria, iuſtitia, pax, & gaudium, ſic diſtingui poſſunt: vt dicamus, quòd per hæc acquiritur regnum Dei, per quæ quis ordinatur ad ſe ipſum, ad proximum, & ad deum, quia qui ad omnia hæc debite ſe habet, impoſſibile eſt quòd non pergat ad regnũ dei. Ad proximum autem ordinatur quis per iuſtitiam, & maxime vt eſt virtus cõmunis: iuſtitię enim eſt, reddere vnicuiq; quod ſuum eſt, quæ poſtea generaliter ſumpta totum ordinem ad proximum continet. nam ſi reddamus proximo quicquid debemus, & quicquid decet nos reddere, optime nos habemus ad illum. Per pacem ordinatur quis debite ad ſeipſum: quia tunc eſt optima pax in homine, quando omnia eius ſubdita ſunt rationi. Per gaudium vero poſſumus intelligere ordinem ad deum: nam gaudium in ſpiritusancto eſt ſpiritualis deuotio, & lętitia de Diuinis donis, per quæ quis debite ordinatur ad deum. Poſſent autem & aliter diſtingui hæc tria: ſed nobis nõ ſit curę. Deinde cum dicit.

Qui enim in hoc ſeruit chriſto, placet deo, & probatus eſt hominibus.

Probat quod dixerat, oſtendens quod iuſtitia, pax, & gaudium ſunt regnum dei. Formetur autem ſic ratio, Quicunq; ſeruit chriſto, placet deo, & probatur hominibus, ille meretur regnum Dei: ſed per iuſtitiam, pacem, & gaudium in ſpiritusancto, eſt quis huiuſmodi: ergo &c. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur autem ſic, benè dico ꝙ regnum Dei non eſt cibus, & potus; ſed iuſtitia, pax, & gaudium: quia qui ſeruit chriſto in hoc, ideſt, in pace, iuſtitia, & gaudio in ſpiritusancto, ille placet Deo, & probatus eſt hominibus, ideſt, eſt approbatus apud homines. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, quòd cum ſic ſit, per hoc acquiritur regnum dei. Notandum autem quòd (vt gloſſa tangit) diſtinguenda ſunt hæc duo, Placet Deo, & Probatus eſt hominibus: vt dicamus, quòd per gaudium in ſpiritusancto, ideſt, per deuotionem ſpiritualem, & per diuina dona, quis placet Deo, quia per hæc potiſſime ordinatur ad deum. Sed per iuſtitiam, & pacem eſt probatus apud homines: quia per hoc, eſt approbatus apud ſe, & apud alios. Apud ſe approbatur per pacem: nam tunc homo maxime approbat ſeipſum, quando habet pacem in ſeipſo, aut quando omnia ſua rationi ſubduntur: quam pacem, propter conſcientiæ remorſum, mali non habent. vnde & Philoſophus in Ethicis ait, quòd mali ad ſocietatem aliorum cõfugiunt, & in ſeipſis non gaudent. Per iuſtitiam vero quis approbatur apud alios, vt apud proximos. Et quia ſic Deo placet, & a ſe & ab aliis hominibus approbatur, meretur regnum dei. Bene ergo dictum eſt, quòd iuſtitia, pax, & gaudium, ſunt regnum Dei. Deinde cum ſubdit.

Itaq; quæ pacis ſunt, ſectemur: & quæ ædificationis ſunt, inuicem cuſtodiamus.

Adducit quintam rationem, ſumptam ex pacis ſectatione. Formetur aũt ſic. Quicunq; quæ pacis ſunt vult ſectari, & quæ ædificationis ſunt vult cuſtodire, non debet pro cibo ſuo fratrem ſuum ſcandalizare: nos debemus hoc ſectari, & hoc cuſtodire: ergo &c. De hac autẽ ratione ponit virtutem medii, dicens. Itaq; ea quæ pacis ſunt, ſectemur, non faciendo proximo mala: & quæ ædificationis ſunt inuicem cuſtodiamus, faciendo pro-

A ximo bona. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, quòd ſi ſic nos habebimus, pro cibo non ſcandalizabimus proximum, & pro eſca non perdemus ipſum. Deinde cum dicit.

Noli propter eſcam deſtruere opus Dei.

Adducit ſextam & vltimam rationem, ſumptam ex diuini operis deſtructione. Propter quod ſciendum, quòd licet omnia ſint opera dei, tamen ſpeciali quodam modo fides, & virtutes, propter ſui excellentiam, dicuntur diuinum opus: operatur enim Deus in ſuis fidelibus virtutes, & fidem. qui ergo proximum ſcandalizat, dat occaſionem ꝙ proximus recedat a fide, & a virtutibus, & ab aliis ſpiritualibus bonis, quę Deus operatur in ipſo. Igitur ſcãdalizans alium, quodam modo deſtruit diuinum opus. Formetur autem ſic ratio; Nullus id quod eſt diuinum opus debet deſtruere propter eſcam; ſed ſcandalizans alium videtur deſtruere Diuinum opus: ergo nullus debet alium ſcandalizare propter eſcam. De hac autem ratione ponit virtutem
B medii, dicens, Noli propter eſcam deſtruere in proximo opus dei, ideſt, fidem, & alias virtutes, quæ in ipſo operatur deus. quaſi diceret noli propter eſcam ſcandalizare proximum, propter quod ſcãdalum recipiat materiam, vt recedat à fide, propter quem receſſum deſtruantur in proximum bona ſpiritualia, quæ ſunt opus Dei.

Dubitaret forte aliquis de illo verbo Apoſtoli, Qui exiſtimat quid commune, ideſt, qui exiſtimat cibum aliquem eſſe immundum, illi cibus eſt communis, ideſt, eſt immundus. Quæritur, vtrum conſcientia nos ligat, dato quòd ſit erronea? Et videtur quòd ſic ꝑ verba Apoſtoli hic inducta, qui vult quòd cibus, qui de ſe non eſt immundus, habenti inde conſcientiam ſit immundus. In contrarium eſt: quia contrariorum contrarii ſunt effectus: ſed rectum & erroneũ opponuntur in oppoſi-
C to: Igitur ſi recta conſciencia ligat, erronea non ligabit. Dicendum quòd Anima naſcitur ſicut tabula raſa, in qua nihil eſt pictum; mediante tamen lumine intellectus agentis, ſuſcipit anima apud ſe ſpecies & ſimilitudines rerum: ita tamen quod illæ ſpecies & illæ ſimilitudines non ſunt in voluntate, ſed ſunt in intellectu poſſibili. inclinatur autem voluntas ſecundum illas ſpecies apprehenſas, ſicut inclinatur graue ſecundum ſuam formam. Quare ſicut motus elementorum ſuſcipit ſpeciem à forma elementi, ita quòd habentium oppoſitas formas ſunt oppoſiti motus: ſic & motus voluntatis ſuſcipit ſpeciem ab apprehenſione intellectus ita ꝙ ſi intellectus aliquid apprehendat tanquam cauendum & tanquam malum, ſi in illud tendat volũtas, oportet motum illum volũtatis peccatum eſſe. quare cõſcientia ſiue ſit recta, ſiue ſit erronea, nos ligabit: quia ſecundum conſcientiam & exiſtimationem noſtrã ſumunt ſpeciem motus voluntatis noſtræ, eo quòd nõ
D moueatur voluntas ſecundum apprehenſam formam. Quòd ſi adhuc dubitatur, quomodo conſcientia erronea ligat. plana eſt ratio; quia ſi conſcientia tibi dictat, hoc non eſſe faciendum, vt dictat tibi hunc cibum eſſe immundum, & non eſſe comedẽdum: quia de ſe eſt mũdus & licitus, ſi tu illum cibum comedis, cum velis facere contra dictamen conſcientię, non appretians peccatum, immo nis peccare; cum ergo ſufficiat ad peccatũ, quòd quis peccare velit, faciens contra conſcientiam, dato quòd bonum ſit quod facit, tamen quia intendit & vult malum facere, peccat. Quod vero arguebatur, quia recta conſcientia ligat, ergo erronea non ligat. Dicendum, ꝙ non valet: non enim ſi album colorat, ergo nigrum non colorat; quia colorare non conuenit albo in eo quòd albũ, nec conuenit ei vt diſtinguitur à nigro; ſed conuenit ei in eo quod color, & vt cõuenit cum nigro, & ideo ſicut conuenit albo, de neceſſitate conuenit & nigro: vterq; enim color tam albus quàm niger habet ſubiectum proprium colorare. Sic & in

propoſito;

propoſito:ligare non competit conſcientiæ rectę, in eo ꝙ eſt recta, & in eo ꝙ diſtinguitur ab erronea: ſed competit ei, in eo ꝙ conſcientia, & in eo ꝙ conuenit cum illa. Igitur ſi conſcientia in eo quod huiuſmodi ligat, ſicut color in eo quod colorat: ſicut omni colori tam albo quam nigro competit colorare, ſic omni cõſcientiæ tam rectę quàm erroneæ competit ligare.

Vlterius dubitaret aliquis, Vtrum conſcientia non qualitercunq; erronea, ſed de peccato mortali, quod ſit expediens ad ſalutem, liget: vt vtrum aliquis habẽs conſcientiam ꝙ expediat ſaluti ſuæ furari: ſi furetur, peccet mortaliter. Videtur quòd non: quia plus ligat lex diuina quàm conſcientia propria: ſed lex diuina dicit, Non furandum. ergo conſcientia propria non ligabit, vt furetur. Præterea, ſi conſcientia talis ligaret, tunc eſſet quis perplexus: nam ſi furaretur, peccaret: & ſi non furaretur, peccaret. Dicendũ ꝙ conſcientia talis ligat: nam credis ꝙ expediat ſaluti tuæ furari; & furari non vis, non vis facere expedientia ſaluti: ergo vis peccare, & volendo peccare, peccas. Quod verò obiiciebatur, ꝙ plus ligat lex Dei, quàm conſcientia propria. Dici debet, ꝙ conſcientia propria non ligat niſi ratione diuinæ legis: nam in tantum tu habes conſcientiam de aliquo, in quantum credis eſſe contra diuinam legem. Quod vero tunc arguebatur, ꝙ tũc eſſet aliquis perplexus. Dici debet, ꝙ ille non eſt perplexus ſimpliciter, cum poſſit hic perplexionem vitare; debet enim, qui ſic ſe habet, erroneam conſcientiam deponere, & tunc perplexionem vitabit.

Vlterius forte dubitaret aliquis de illo verbo Apoſtoli, Si enim propter cibum frater tuus contriſtatur aut ſcandalizatur, iam non ſecundum charitatem ambulas. Videtur enim ſecundum ſententiam Apoſtoli, ꝙ licita, ſunt propter ſcandalum fratris dimittenda; ſi debeo dimittere eſcam, quam licet mihi ſumere, propter fratris ſcandalum. Igitur ſecundum hoc, eſſet a matrimonio & à carnibus abſtinendum, cum quidam hæretici hoc condemnent. Dicendum, ꝙ non ſolum à malo, ſed etiam à ſpecie mali abſtinẽdum eſt: iuxta illud apoſtoli. 1. ad Theſſ. vltimo, ab omni ſpecie mali abſtinete vos. Quandiu ergo aliqui ab eccleſia tolerantur in aliquo quod nõ eſt malum ſed habet ſpeciem mali, & tu eos in illo ſcandalizas, & ſi illud quod agis non eſt malum, tamen propter fratris ſcandalum, habet ſpeciẽ mali. Iudæi ergo quandiu tolerabãtur ab eccleſia in obſeruatione legalium: qui in hoc ſcandalizabant eos licet agerent ea quæ non erant mala, faciebant tamen illa quæ propter ſcandalum proximi, habebant ſpeciem mali. Et quia eſt à talibus abſtinendũ, ideo quãdiu eccleſia hunc ritum ſuſtinebat, Iudæi propter eſcam non erant ſcandalizandi, ſed toleranda erat eorum infirmitas ante plenam diuulgationẽ Euangelii. Quod vero dicitur de hæreticis, non eſt ſimile: quia ea quæ hæretici negant, iam ſunt per Eccleſiam determinata, ideo non oportet ꝙ talia ſint propter ſcandala dimittenda.

LECTIO. XLVIII.

OMnia quidem munda ſunt: ſed malum eſt homini, qui per offendiculum manducat.

Vt dicebatur Apoſtolus duo propoſuerat declaranda: nam primo declarandum erat, ꝙ pro-A pter cibum non erat frater offendendus nec ſcandalizandus: ſecundo dicebatur eſſe declarãdum, ꝙ cibus ille in lege prohibitus licet eſſet mundus & licitus in ſe, poterat tamen eſſe illicitus & immundus in caſu & per accidens. Declarato ẽ primo, quia multis rationibus eſt oſtenſum propter cibum fratrem non eſſe ſcandalizandum: in parte iſta declaratur ſecundum, videlicet, ꝙ cibus ille qui erat in lege licitus in ſe, poterat tñ eſſe illicitus per accidens & in caſu. Quod dupliciter eſſe contingit: primo propter ſcandalum proximi: ſecundo propter conſcientiam comedentis. Nam ſi tu proximum ſcandalizas, propter proximum debes à cibo illo abſtinere. Secundo, ſi habes conſcientiam, ꝙ expediat ſaluti tuæ, ꝙ ſit à cibo abſtinendum, debes a cibo huiuſmodi abſtinere. Duo ergo facit: quia primo oſtendit cibum aliquem poſſe eſſe illicitum propter ſcandalum proximi. Secundo oſtendit hoc idem, propter conſcientiam comedentis, ibi, Beatus qui non iudicat.)

B Circa primum tria facit: quia primo pręmittit ſuam rationem: ſecundo ſubiungit rationis declarationem: tertio remouet quandam cauillationem. Secunda, ibi, Bonum eſt non manducare.) Tertia, ibi, Tu fidem habes.) In prima parte intendit talem rationem, Quęcunq; ſunt munda in ſe, ſunt tñ immunda pp ſcandalum & offendiculum fratris, illa ſunt mala p accidens & in caſu: ſed omnes cibi, & omnia quæ veniũt in vſum humanum, ſunt huiuſmodi: ergo &c. De hac autem ratione ponit virtutem medii, dicens, Omnia quidẽ (ſupple) creata, & omnia, quæ veniunt in vſum humanum, ſunt munda, ideſt, ſunt bona, iuxta illud Gen. 1. Vidit deus cũcta quæ fecerat, & erant valde bona. Sed malũ eſt homini, qui manducat per offendiculum, ideſt, propter offendiculum proximi. Tunc ergo eſt ſupplenda C ratio, quòd cum ſic ſit, cibi ſecundum ſe ſunt mundi & boni, ſunt autem immundi & mali in caſu & p accidẽs ratione offenſionis proximi. Malum eſt ergo homini, qui comedit per offendiculum, ideſt, qui comedit eo modo, quo offenditur alius. Deinde cum dicit.

Bonum eſt non manducare carnem & non bibere vinum, neq; in quo frater tuus offenditur, aut ſcandalizatur, aut infirmatur.

Pręmiſſa ratione, ſubiungit rationis declarationem dixerat enim, ꝙ malum eſt manducare per offendiculum: hic autem hoc declarat. Formetur autẽ ſic ratio, Quocunq; fratrem tuum ſcandalizas, à quo potes licite abſtinere, debes illud non agere: ſed ſi comedere carnes, & bibere vinum, & quodcũq; aliud, à quo potes licite abſtinere, fratrem tuum ſcandalizas: ergo debes nõ D comedere carnes, nec bibere vinum, nec facere aliquid aliud tale, quod fratrem tuum ſcandalizare poſſit. Cõtinuetur autem ſic, bene dico, ꝙ malum eſt homini, qui comedit per offendiculum, ideſt, qui comedit eo modo, vt offendatur proximus: quia bonum eſt non manducare carnem, & non bibere vinum (ſupple) ſi frater tuus inde ſcandalizatur. Et ſubdit, Neq; eſt (ſupple) bonum facere aliquid aliud in quo frater tuus offenditur, aut ſcandalizatur, aut infirmatur. Notandum autem quòd cum dicitur ab omnibus talibus abſtinendum eſſe propter ſcandalum proximi, intelligendum eſt ſi illa talia ſic ſe habeant, quòd poſſimus ab eis licite abſtinere: huiuſmodi aũt erant omnes cibi in lege vetiti. Rurſus autem, & comeſtio carnium, & potatio vini, ab initio non fuerunt inuenta ad vitam humanam ſuſtentandam, iuxta illud Eccleſiaſtici. 29. Initium vitæ hominis, Aqua & Panis. Vlterius abſtinere ab iſtis retrahit à malo, quia retrahit à luxuria, iuxta illud Eph. 5. Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria. Etiam huiuſmodi abſtinentia inducit ad bonum,

iuxta illud Eccl.2. Cogitaui in corde meo abſtrahere à vino carnem meam, vt animum meum transferrem ad ſapientiam. Ergo quia licite poſſumus à talibus abſtinere, immo quia mereri poſſumus à talibus abſtinendo, in caſu propter fratris ſcandalum bonum eſt à talibus abſtinere. Deinde cum dicit.

Tu autem fidem, quam habes penes temetipſum, habe coram deo.

Poſita ratione, & ſubiuncta rationis declaratione: hic remouet quandam cauillationem, quæ ex habitis poſſet habere ortum. Poſſet enim quis dicere, ꝙ cum fides mea hoc teneat, ꝙ ego propter fidem chriſti quam ſuſcepi ſum abſolutus à ceremoniis legis, ad fidem meam manifeſtandã debeo illas ceremonias vitare, & à cibis in lege vetitis nõ abſtinere. Ad qđ reſpõdet Apoſtolus, ꝙ ſufficit hanc fidem in corde habere, & coram deo. Vnde non oportebat tunc temporis huiuſmodi fidem per opera explicare. Formetur autem ſic ratio, illud quod ſufficit tenere penes ſeipſum in corde, & coram Deo, nõ oportet per opera explicare: fides de eſu ciborum eſt huiuſmodi, vel ſaltem erat huiuſmodi, qñ Apoſtolus loquebatur: ergo non oportebat huiuſmodi fidem per opera explicare. De hac autem ratione ponit virtutem medii, dicens. Tu autem fidem (ſupple, qua credis te abſolutum à ceremoniis legis, & credis omnia eſſe munda, & omnia eſſe licita) (habes penes temetipſum). i. habeas eam in corde penes temetipſum & (habe) huiuſmodi fidem coram Deo, ideſt, ſufficit ꝙ huiuſmodi fidem in corde teneas, & ꝙ eam coram deo habeas: non oportet autem ꝙ ipſam opere manifeſtes. Deinde cum dicit.

Beatus qui non iudicat ſemetipſum in eo quod probat.

Aſſignat alium caſum, in quo põt eſſe malus ciborum vſus, videlicet, propter remorſum conſcientię comedentis. Circa quod tria facit: quia primo quandam veritatem narrat: ſecundo ex ipſa veritate narrata ſuã intentionem probat: tertio quoddam quod ſuppoſuerat declarat. Secunda, ibi, Qui autem diſcernit.) Tertia, ibi, Quia non eſt ex fide.) Veritas, quam primo narrat, eſt, ꝙ bonum eſt facere quòd conſcientia probat, ideſt, approbat. Formetur autem ſic, bonum eſt facere illud, in quo quis faciẽdo eſt beatus: ſed qui non iudicat ſeipſum, ideſt, ille qui non habet remorſum cõſciẽtię, in eo quod probat, ideſt, in quod approbat, eſt beatus: ergo talia facere eſt bonum. De hac ratione ponit virtutem medii, dicens beatus qui ſeipſum non iudicat ideſt non condemnat, in eo quod probat, ideſt, in eo quod ſecundum conſcientiam approbat. quaſi diceret quòd beatus eſt, qui contra conſcientiam non agit. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, ꝙ cum ſic ſit, contra cõſcientiam non eſt agendum. Notandum autem, ꝙ ad conſtruendum multa requiruntur: ad deſtruendum autem vnum ſolum ſufficit. Ad hoc ergo, vt bona agamus, requiritur, & quòd opus ſit bonum, & ꝙ ſit bona intentione factum. ſed ad hoc ꝙ ſit malum quod agitur, ſufficit, quòd ſit malum opus, vel quòd ſit mala intentione factum. Notãdum etiam ꝙ in male agere, for malius eſt in eo quod agitur contra conſcientiã, quàm ex eo ꝙ eſt opus malum. Qui ergo non agit contra cõſcientiam, eſt beatus quantũ ad hoc, quia non eſt contra conſcientiam faciendum, quia non poteſt quis agere contra conſcientiam, niſi peccet: non tamen eſt beatus ſimpliciter, niſi conſcientia illa ſit recta, quia non ſufficit habere intentionem bonam, & non agere contra conſcientiam, niſi opus, quod agit, ſit de genere bonorum. Deinde cum dicit,

Qui autem diſcernit, ſi manducauerit, is damnatus eſt.

Ex veritate propoſita probat intentum; oſtendens A vſum ciborum eſſe malum, ſi ſit contra conſcientiam manducantis. Formetur autem ſic ratio, Qui agit contra conſcientiam peccat, & eſt damnatus: ſed qui diſcernit cibos, ſi ex eis manducauerit, agit contra conſcientiam: ergo peccat, & eſt damnatus. De hac ratione ponit virtutem medii. Continuetur autem ſic, bene dico, quòd beatus eſt qui non agit contra conſcientiam, & qui agit contra eam eſt damnatus: & quia ſic eſt, qui autem diſcernit (ſupple) in cibos aliquos mundos, & aliquos immũdos, ſi manducauerit (ſupple) de immũdis, & fecerit contra conſcientiam, is damnatus eſt. Notandum autem, ꝙ in omnibus conſiderandum eſt id, quod eſt per ſe. Veritas ergo, quam præmiſit Apoſtolus, vera eſt per ſe, videlicet, ꝙ qui non facit contra conſcientiam, eſt beatus. ſed ſi aliquis male agens, non faciat contra conſcientiam, non ratione, qua non facit contra conſcientiam, peccat, ſed ex eo peccat, ꝙ opus, quod agit, ẽ de genere malorũ. Rurſus, veritas illa pro B poſita cum hoc ꝙ eſt vera per ſe, quia non facere contra conſcientiam, per ſe eſt bonum, licet per accidens poſſit eſſe malum, eſt etiam ſufficiens ad propoſitum: nam propter hoc inducta eſt ab Apoſtolo, vt oſtẽdat, peccare, & damnatũ eſſe contra conſcientiam agentem. quod nulli dubium eſt, verum eſſe: nam & ſi per accidens poteſt eſſe falſum, ꝙ faciens ſecundum conſcientiam ſit beatus, nullo tamen modo poteſt falſificari, quin faciens contra conſcientiam ſit damnatus. Notandum etiam duplicem eſſe caſum aſſignatum, in quo vſus ciborum poteſt illicitus eſſe. Vnus ſi fiat cum ſcandalo proximi. Alius ſi ſit contra conſcientiam comedentis. Primus caſus tunc temporis pertinebat ad gentiles, qui cum ſcandalo iudæorum vtebantur cibis in lege vetitis. Secundus pertinet ad Iudæos, quibus dictabat conſcientia, quòd deberent à cibis vetitis abſtinere. Deinde cum dicit.

C **Quia non eſt ex fide. omne autem, quod non eſt ex fide, peccatum eſt.**

Declarat quod dixerat: dixerat enim, ꝙ qui facit cõtra conſcientiam eſt damnatus. huius autem rationem aſſignat, & hanc veritatem declarat ex eo ꝙ ſic agens facit contra fidem. Formetur autem ſic ratio, omne quod non eſt ex fide eſt peccatum, & quicunq; agit cõtra fidem peccat & eſt damnatus: ſed agens contra conſcientiam eſt huiuſmodi: ergo &c. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur autem ſic, bene dico ꝙ qui agit contra conſcientiam damnatus eſt, quia non eſt ex fide, ideſt, ideo eſt damnatus, quia ſic agens non agit ex fide, immo agit contra fidem. Ideo ſubdit, Omne autem quod non eſt ex fide, ideſt, omne quod eſt contra fidem, peccatum eſt. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, ꝙ cum agere contra cõſcientiã ſit agere contra fidem, oportet omne tale peccatum eſſe. Notã D dum autem ꝙ gloſa fidem dupliciter hic accipit. primo pro ipſa cõſciẽtia. Secũdo pro ipſa fide ad litterã. Sed ſecundum primum modum probatur idem per idem: probatur enim ꝙ eſt damnatus, qui agit contra conſcientiam. Secundo modo accipitur hic fides pro ipſa fide ad litteram. & tunc procedit ratio, vt in expoſitione literæ diximus. Secundum hoc ergo dicemus ꝙ qui cibos comedit contra conſcientiam eſt damnatus, eo ꝙ facit contra fidem: agere enim contra conſcientiam, eſt agere contra id quod credit: agere autem contra id quod credit, eſt agere contra fidem: ergo agere contra conſcientiam, eſt agere contra fidem.

Dubitaret forte aliquis de illo verbo Apoſtoli, Malum eſt homini, qui per offendiculũ manducat. Ergo videtur, quòd propter ſcandalum proximorum ſit à licitis abſtinendum: nam ſi licet nobis cibum in lege vetitum ſumere, & debemus ab hoc abſtinere propter ſcandalum proximi, ſunt ergo licita propter proximi ſcandalum dimittenda. Sed ſi ſic eſſet, tunc pa

ri ratione non poſſemus noſtra repetere in iudicio, ſi A
inde ſcandalizaretur proximus. Dicendum, quòd di-
ſtinguendum eſt de ſcandalo proximi, vtrū proueniat
ex ignorantia, vel ex certa malitiæ. Quia ſi prouenit
ex ignorantia, abſtinendum eſt à licitis propter ſcanda
lum proximorum, dum tamen illa licita non ſint ne-
ceſſaria ad ſalutem, huiuſmodi enim ſcandalum do-
Matth.18. cuit nos vitare chriſtus, cum dixit, Videte ne contemna
tis vnum de puſillis his. Sed ſi huiuſmodi ſcandalum
non prouenit ex ignorantia, nec etiam ex infirmitate,
ſed magis ex certa malitia, tunc non oportet cauere
a licitis propter huiuſmodi ſcandala. Vnde dominus
docuit propter huiuſmodi ſcandalum veritatē dimit-
tendam non eſſe; nam ſcandalizatis Phariſæis dixit, ſini
Matth.15. te illos, cęci ſunt, & duces cæcorum. Aduertendum eſt
tamen circa ſcandalum puſillorum, quia propter hu-
iuſmodi ſcandalum debet homo vſum licitorum diſ-
ferre, quouſq; ſit ei reddita ratio, per quam huiuſmo-
di ſcandalum amoueri poſſit. ꝙ ſi adhuc ratione reddi
ta ſcandalum durat, iam non videtur ſcandalum pro-
cedere ex ignorātia vel ex infirmitate, ſed ex certa ma
litia. Cenſendum eſt ergo de tali ſcandalo, ſicut de ſcā
dalo Phariſęorum: propter ſcandalū enim illud iam
non tenemur prætermittere licita. Vnde diligenter cō
ſiderandum eſt hūc modum tenuiſſe Eccleſiam in ob-
ſeruatione cæremoniarum legalium. Nam vſq; ad ple-
nam diuulgationem euangelii, tolerabat Iudæos con-
uerſos, ſuas cæremonias obſeruare: nā vſq; ad tempus
illud ſufficienter poterant inſtrui Iudæi, & ſufficienter
poterant eis ratio aſſignari, ꝙ illę cęremonię nō erāt
niſi figuræ noui, Teſtamenti: & quia adueniente verita
te, decebat ceſſare figuras, ceſſauerunt illæ cęremonię,
et abſoluti ſumus ab illis, nec ē in talibus ſpes ponēda.
Poſt plenam diuulgationem euangelii, & poſt veritatis
redditam rationem, ſi voluiſſent Iudęi in obſeruatione
legalium perſiſtere, & voluiſſent ſcandalizari de non C
obſeruantibus cæremonias legis, iam hoc ſcandalum
procederet non ex ignorantia vel ex infirmitate, ſed
ex certa malitia. Ideo non erant in hoc vlterius to-
lerandi.

Vlterius forte dubitaret aliquis de illo verbo Apo
ſtoli, Tu fidem habes? penes temetipſum habe coram
Deo. Videtur enim in iis quæ ſunt fidei, non ſufficit ha
bere fidem in corde penes ſemetipſum, nec ſufficit ha-
bere eam coram deo tantum, niſi & habeat eam corā
hominibus, vt eam ore confiteatur, iuxta illud quod
Cap.10. ſupra dicebatur, Corde enim creditur ad iuſtitiam, o-
re autem confeſſio fit ad ſalutem. Dicendum, ꝙ refert
loqui de iis quæ ſunt fidei, vtrum ſint determinata ab
eccleſia, vel non: quia ſi determinata ſunt, non ſufficit
corde tenere, niſi loco & tempore exprimatur ore, quā
tumcunq; ſcandalum oriatur: non eſt enim in talibus
doctrinę veritas propter ſcandalum dimittenda. Sed ſi D
illæ non ſunt per fidem determinata, non oportet hu-
iuſmodi fidem manifeſtare cum ſcandalo proximorū.
Sic autem eſt in propoſito: quia Iudæis cōuerſis ante
plenam diuulgationem euangelii, tolerabantur ab ęc-
cleſia ceremonialia obſeruare: & tunc temporis non-
dum determinatum erat per eccleſiam, vtrum liceret
eis hoc facere. tunc ergo cum Iudæorum ſcandalo fi-
dem huiuſmodi propalare non oportebat. Aduerten
dum tamen, quòd inter ſapientiores, & maiores, & in-
ter eos qui habuiſſent de fide determinare, cōgruiſſet
hoc dicere: ſed inter infirmos in fide, & inter ignoran-
tes, non requirebatur cum eorum ſcandalo prorum
pere in huiuſmodi veritatem. Aduertendum eſt tamē,
ꝙ in talibus non oportet fidem manifeſtare executio-
ne operum, ſed ſufficit eam pandere confeſſione ver-
borum, vt apparet in Matrimonio, ꝙ non licet ipſum
damnare: nec tamen oportet omnes in eccleſia Matri-
monium contrahere, ſed ſufficit hoc ore confiteri. Sic
& in propoſito, ſufficit confiteri nullum vſum ciborū
A ſecundum ſe eſſe illicitum, non tamen oportet omni-
bus cibis vti, immo bonū eſt à multis cibis abſtinere.

Vlterius forte dubitaret aliquis de illo verbo Apo
ſtoli, Is damnatus eſt, quia non eſt ex fide. Quæritur
ergo, quomodo faciens contra conſcientiam, faciat
contra fidem. Dicendum, ꝙ ſicut in ſpeculabilibus ex
intellectu, qui eſt habitus principiorum, ſequitur ſcien
tia, quæ eſt habitus concluſionum: ſic ex fide, per quam
credimus Articulos, qui ſunt quaſi principia, habet or
tum conſcientia, quę continet quaſi concluſiones. vt ſi
fide tenemus, ꝙ eſt vnus Deus, ex hoc conſcientiam ha-
bemus ponere plures. Fide tenemus, ꝙ non debemus
Deum offendere: ex iſta regula quam fides proponit,
quaſi ex quadam vniuerſali maxima, ſequitur hæc con
cluſio, ꝙ comedere cibum, vel quicquid aliud agere,
quod credamus Deo offenſiuum, faciendum non eſſe.
Ex huiuſmodi ergo regulis ſequitur ꝙ tu habeas con
ſcientiam facere contra illas. Quare ſicut quod eſt cō-
B tra conſcientiam, eſt contra intellectum, id eſt, quod eſt
contra habitum concluſionum, eſt contra habitū prin
cipiorum: ſic quod eſt contra conſcientiam, eſt contra
id quod credimus, & eſt contra fidem. Vel poſſumus di
cere, ꝙ duplex eſt fides: informis, & formata. Quod er-
go eſt contra conſcientiam, & ſi non eſt contra fidem
informem, quia poteſt quis contra conſcientiam age-
re, & tamen fidem informem habere; eſt tamen contra
fidem formatam, quia impoſſibile eſt, ꝙ agens contra
conſcientiam, habeat formatam fidem.

Vlterius forte dubitaret aliquis de illo verbo Apo-
ſtoli, Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt. quod
gloſſa exponens, ait, Omnis infidelium vita, eſt pecca-
tum. Videtur ergo ex hoc, ꝙ quicquid agant infide-
les, peccent: ergo colendo vineas, conſtruendo domos,
faciendo eleemoſynas, ſubueniēdo oppreſſis, peccant;
quod eſt durum dicere. Dicendum quod omnis vita in-
C fidelium vt infideles ſunt, peccatum eſt; ex hoc enim
ſunt infideles, inquantum credunt falſos Deos. quic-
quid ergo agunt ad honorem falſorum deorum, pec-
cant. Vnde ſi eleemoſynas dent, ſubueniant op-
preſſis, vt ſeruiant falſis Deis, licet opera ſint bo-
na, tamen quia intentio eſt mala, peccant. Atta-
men ſi infidelis hoc faceret, non vt ſeruiret falſis deis
ſed ex quadam pietate naturali, licet non mereretur,
quia caret gratia: attamen non peccaret, quia nō eſſet
ibi malum opus, nec mala intentio. Eſt ergo diligenter
conſiderandum, ꝙ in bonis Chriſtianis nihil eſt dam-
nationis, iuxta illud ſupra, Nihil ergo nunc damnatio Cap.8.
nis eſt iis qui ſunt in Chriſto Ieſu. Et quia ſic eſt, tota vi
ta bonorum fidelium, eſt meritoria, in quantum ad dei
gloriam ordinatur. Nam non ſolum in aliis, ſed etiam
ad ea ad quæ inclinamur ex natura, mereri poſſumus:
iuxta illud. 1. Cor. 10. ſiue ergo manducatis, ſiue bibi-
D tis, vel aliud quid facitis, omnia in gloriam dei facite.
Sed de infidelibus non eſt ſic: nam licet in nobis non
ſit aliquid damnationis, non tamen in eis nihil eſt bo-
nitatis; immo ſimul cum malo infidelitatis, eſt bonum
naturæ. quare, vt dicebatur, ſi infidelis ex natu-
rali pietate, vel ex naturali induſtria in-
clinetur vt bonum agat, non peccat.
Omnis ergo vita infidelium
infideliter facta, & ad
honorem fal-
ſorum deo-
rum
relata, eſt peccatum; non tamen quocunq; modo ac-
cipiendo tota vita infidelium eſt peccatum,
vt eſt per habita manifeſtum.

LECTIO. XLIX.

Debemus autem nos firmiores imbecillitates infirmorum ſuſtinere, & non nobis placere.

Poſtquàm Apoſtolus inſtruxit firmiores in fide & maiores, quòd nō debeant condemnare nec ſcandalizare minores & infirmiores in fide: in parte iſta, vt dicebatur, inſtruit eos, quòd debeāt ipſos ſuſtinere, & ſuſcipere. Ad cuius euidentiam ſciendū, ꝙ circa proximum nos debemus habere dupliciter. primo, declinãdo mala. Secundo, faciendo bonū. B In prima ergo parte inſtruxit Apoſtolus maiores & firmiores, mala minorum declinare. In parte iſta inſtruit eos, bona eorum facere dupliciter. Poterāt autem maiores circa minores mala committere, primò eos condemnando & iudicando, ſicut faciebant gentiles qui iudæos cõuerſos de ſuis cæremoniis iudicabant & cõdemnabant. Secundo poterant erga eos malefacere, ipſos ſcandalizando & offendendo. Et ſicut maiores & firmiores in fide erga infirmos poterant dupliciter facere mala, ſic poterant dupliciter facere bona, videlicet eos, ſubſtẽtãdo ne caderẽt, & eos ſuſcipiẽdo, vt promouerentur ad bona, & proficerent. Aduertendum tamen, ꝙ omnia hæc non ſemper differunt opere, ſed ſufficit ꝙ differant intentione: nam aliud eſt lapidem vel quocūq; aliquid graue impellere deorſum vt ruat, & aliud eſt ipſum ſuſtinere ne cadat. Sic aliud eſt infirmos in fide ſcandalizare, & ipſos impellere ad ruinam: & aliud eſt ipſos ſuſtinere ne ruant. C nam ſi non impellas vt ruant, declinas malum: ſi ſuſtines vt non cadant, facis bonū. Gẽtiles tunc temporis ante plenam diuulgationem euangelii ſi abſtinebant a cibis in lege veteris vt non impellerent Iudæos ad malum, hoc pertinebat ad vitandum ſcandalum, & ad declinandum malum: ſed ſi hoc faciebant non ſolum vt impellerent ad ruinam, ſed etiam vt ſuſtinerent eos ne caderent, hoc pertinebat ad operationem boni: plus eſt enim ſuſtinere aliquem ne cadat, quàm ipſum non impellere ad ruinam. Igitur, vt patet per habita, non ſcandalizare differt à non condemnare vel non iudicare: quia plus importat non ſcandalizare, quàm non condemnare. Nam ad hoc quòd gentiles non ſcãdalizarent Iudęos tunc conuerſos, oportebat ꝙ ipſi abſtinerent à cibis in lege veteris. Sed ad hoc quod non iudicarent vel nõ condemnarent eos, ſufficiebat quòd gentiles non profiterentur nec aſſererent Iudæos ſic abſtinentes agere D contra ſalutem. Rurſus nunc eſt oſtenſum, ꝙ ſubſtẽtare & ſuſtinere ſe habet in plus, quàm non ſcandalizare: ſic etiam non promouere in bonum ſe habet in plus, quàm ſuſtinere vel ſubſtentare: nam iſte qui graue mouet ſuperius, non ſolum ſuſtinet ipſum ne cadat, ſed etiam ipſum ad altiora impellit. Itaq; directe poſſumus, ꝙ non ſcandalizare, non iudicare, ſuſtinere, & in bonum promouere, ſic ſe habent, quòd ſemper poſterius habetur per additionem ad prius. quia non ſcandalizare ſe habet in plus, quàm non iudicare: ſuſtinere in plus quàm non ſcandaliaare: & in bonum promouere, in plus quàm ſuſtinere. Rurſus, hęc ſic ſe habent, quòd prima duo, videlicet, non iudicare, & non ſcandalizare, vt patet per habita, pertinent ad declinationem mali: ſecunda verò duo, ſcilicet, ſuſtinere, & in bonum promouere, pertinent ad operationem boni.

Poſtquàm ergo Apoſtolus inſtruxit firmiores in fide, quantum ad prima duo, quæ dicunt declinationẽ A mali: in parte iſta inſtruit eos, quantum ad alia duo, quæ pertinent ad operationem boni. Diuiditur ergo hoc capitulum in tres partes; quia primo Apoſtolus inſtruit firmiores in fide, ꝙ debeant infirmos ſubſtentare & ſuſtinere: ſecundo inſtruit eos, ꝙ debeant eos ſuſcipere, & in bonum promouere: tertio, ne Apoſtolus increpetur à Romanis, innititur circa Romanos ſuam innocentiam oſtendere, & ſuam excuſationem facere. Secunda, ibi, Propter quod ſuſcipite.) Tertia, ibi, Certus ſum, fratres.)

Ad euidentiam autem primæ partis, ſciẽdum, quòd ſicut in ędificio materiali requiruntur aliqui lapides firmiores & duriores ſuſtinentes totum ædificium ne ruat: ſic & in ædificio ſpirituali & in eccleſia, illi, qui ſunt firmiores & magis probati in fide, debent alios ſuſtinere ne cadant. ſed hoc non poteſt fieri ſine diuino auxilio, & ſine diuina ſubuentione: quia niſi Deus auxiliaretur nobis, & niſi per ſuam gratiam ſubueniret, B non ſolum alios ſuſtinere non poſſemus, ſed etiam nos ipſi rueremus. Tria ergo facit: quia primo circa ſubſtentationem infirmorum præmittit ſuam intentionem: ſecundo ad hoc probandum ſubiungit multiplicem rationem: tertio, vt hoc fieri poſſit, implorat diuinum auxilium, & diuinam ſubuentionem. Secunda, ibi (Vnuſquiſq; veſtrum.) Tertia, ibi, (Deus autem patientiæ.

In prima parte intendit talem rationem, in omni ędificio firmiora & ſtabiliora debent infirma & imbecillia ſuſtinere: ſed in ſpirituali ędificio nos ſumus firmiores: ergo non debemus ſolum de nobis placere, ſed debemus imbecillitates infirmorum ſuſtinere. Hoc eſt ergo, quod ait. Continuetur autem ſic, Non ſolum nos firmiores debemus non contemnere infirmos, eos condemnando & iudicando: & non ſolum non debemus eos ad malum prouocare, ipſos ſcandalizando: (ſed debemus nos firmiores imbecillitates infirmorū C ſuſtinere) eis compatiendo (& non nobis placere) id eſt, non ſolum debemus nobis placere, noſtra volita faciendo, & noſtræ voluntati ſolum obediendo. Notandum autem, quod ſecundum Ambroſium, & habetur in gloſſa, ille dicitur ſibi placere, qui ita facit qd ſibi videtur bonum, vt non curet ſiue placeat ſiue non placeat proximo. Deinde cum dicit.

Vnuſquiſq; veſtrum proximo ſuo placeat in bonum, ad ædificationem.

Probat quod dixerat, oſtendens multiplici ratione, quòd nõ ſolum debemus nobis placere, ſed etiam debemus alios ſupportare. Circa quod tria facit, ſecundum quòd tripliciter hoc probat. Primo probat hoc ex charitatis ſectatione. Secundo ex chriſti imitatione. Tertio ex ſcripturę ſacrę teſtificatione. Secunda, ibi (Etenim chriſtus.) Tertia, ibi, (Quęcunq; enim ſcri- D pta.) In prima parte intendit talem rationem, quicūq; vult ſecundum charitatem incedere, debet proximo ſuo placere in bonum ad ędificationẽ: ſed vnuſquiſq; debet ſtudere charitati, & ſecundum charitatem incedere, ergo vnuſquiſq; debet proximo ſuo placere ad ędificationem. Hoc eſt ergo quod ait. Continuetur autem ſic, bene dicõ quòd nõ ſolum debemus nobis placere, ſed vnuſquiſq; noſtrū (ſupple) charitati ſtudens, vt ſupplet gloſſa, & ſecūdū viam charitatis incedẽs, proximo ſuo placeat in bonum ad ædificationem. Notandum autem, in loquendo placentia hominibus, contingit dupliciter peccare. Primo ſi loquantur mala, ſecundum quod dicitur Iſa. 30. Nolite aſpicere nobis ea quæ recta ſunt: loquimini nobis placentia. Ideo ait, ꝙ vnuſquiſq; placeat proximo ſuo in bonum, id eſt, ad id quod eſt bonum & rectum, ita quòd ſit opus bonum. Secundo contingit circa hoc peccare propter malam intentionem, vt ſi homo hoc faciat propter hominũ fauorem, & propter hominũ laudem. & propter hoc

ait, ad

ait, ad ædificationem, vt ſit intentio bona. Ad bene ergo agendum requiritur opus bonum, & intentio bona. Deinde cum dicit.

Pſal.68. **Etenim chriſtus non ſibi placuit: ſed ſicut ſcriptum eſt, Improperia improperantium tibi, ceciderunt ſuper me.**

Adducit ad hoc idem ſecundam rationem ſumptã ea chriſti imitatione. Formetur autem ſic, Omnis chriſti actio noſtra eſt inſtructio, vt illud faciamus: ſed chriſtus non ſolum placuit ſibi, ſed improperia, & aliorũ peccata in ſe portauit: ergo nec nos debemus ſolum placere nobis, ſed debemus proximos ſupportare. Hoc eſt ergo quod ait. Cõtinuetur autem ſic, bene dico, quòd nos non debemus ſolum placere nobis: quia (etenim chriſtus non ſibi placuit tantum; ſed ſicut ſcriptum eſt, Improperia improperantium tibi, ideſt, peccata aliorum ceciderunt ſuper me, ideſt, ego portaui: tunc enim quæ non rapuit eaſoluebat. Tunc ergo eſt B ſupplenda ratio, quod ſi chriſtus mortuus eſt propter peccata noſtra, quæ ſunt improperia diuina, & nõ ſolum placuit ſibi, ſed voluit mori pro nobis: & nos nõ ſolum debemus placere nobis, ſed debemus afflictionem ſuſtenere pro proximis. Notandum aũt ꝙ in his verbis loquitur dei filius Deo patri, vt dicatur, Improperia improperantium tibi, ceciderunt ſup me. Quod dupliciter poteſt exponi. primo de omnibus peccatis: quia omnia peccata noſtra chriſtus in corpore ſuo portauit, juxta illud Iſa. 53. Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. Et ſic procedebat ratio facta. vt ſicut Chriſtus nobis cõpatiens, non ſolum ſibi placuit, ſed omnia peccata noſtra, quæ ſunt diuina improperia, moriendo in ſe portauit: ſic nos non ſolum debemus nobis placere, ſed debemus aliorum infirmitates ſupportare. Secundo modo poteſt exponi de peccatis Iudæorum. vt dicamus ꝙ im- C properia & detractiones Iudæorum improperantium tibi, ideſt, blaſphemantiũ te propter ſua mala opera, ceciderunt ſuper me: & quia ea hoc procurauerunt mortem meam, quia voluntatem tuam eis proponebam, & eorum mala opera redarguebam. Hoc autem Ioan.15.d ſatis ſignificauit dominus, cum ait, Oderunt me, & patrem meum. Deinde cum dicit.

Quæcunque enim ſcripta ſunt, ad noſtrã doctrinam ſcripta ſunt: vt per patientiam & conſolationem ſcripturarum, ſpem habeamus.

Adducit tertiam rationem, ſumptam ex ſcripturarum conſtructione. Ad cuius euidentiam ſciendum, ꝙ chriſtus pro nobis omnibus voluit pati, & nos omnes quantum in ſe erat conſolatus fuit. Ea ergo, quæ ſcri- D pta ſunt de patientia chriſti, quam habuit in patiendo pro nobis, & de conſolatione eius, qua conſolatus eſt nos, ſcripta ſunt ad noſtram doctrinam: vt nos exemplo eius diſcamus pati pro proximis, & ſecundũ quod poſſibile eſt conſolemur eos, & hoc faciendo habeamus ſpem ꝙ conſolabimur à chriſto: nam qui conſolantur chriſti membra, ſpem habeant ꝙ conſolabuntur à Chriſto capite. Formetur ergo ſic ratio, quęcũque per ſcripturã ſacram de chriſto ſcripta ſunt ad noſtrã doctrinam, illa debemus facere & operari, vt ſpem habeamus remunerari, & conſolari a chriſto: ſed per ſcripturam ſcriptum eſt de patientia chriſti, quam habuit in patiendo pro nobis, & de conſolatione eius, qua conſolatus eſt nos: ergo hoc debemus facere & operari, quia debemus aliis compati, & alios conſolari, vt ſpem habeamus remunerari, & cõſolari a chriſto. Hoc eſt ergo quod ait. Continuetur aũt ſic, bene dico quòd nõ debemus nobis placere, ſed debemus placere proximis, compatiendo eis, & conſolando ipſos: quia ſic

A nos docet ſcriptura ſacra, vt in hoc imitemur chriſtũ. nam quæcunque ſcripta ſunt (ſupple) de chriſto in diuinis literis, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt: vt per patientiam & conſolationem ſcripturarum, ideſt, per patientiam & conſolationem, quam ſcripturæ continent de chriſto & de aliis ſanctis (ſupple) inſtructi & docti, ſpem habeamus, ſcilicet, quòd ipſi conſolabimur, ſi fuerimus in aduerſis. quaſi diceret, quòd ſi nos fuerimus inſtructi & docti de patientia & conſolatione, quam ſcripturæ continent de chriſto & de aliis ſanctis, vt ſcilicet diſcamus compati aliis & conſolari eos, vt chriſtus & alii ſancti fecerunt, ſpem habebimus, quòd & ipſi cõſolabimur. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, ꝙ cum ſic ſit, debemus agere hoc & operari, & non debemus ſolum nobis placere, ſed debemus infirmitates proximorum ſuſtinere & ſupportare, compatiendo eis, & conſolando ipſos. Notandum autem, quòd quæcunque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, B ſunt enim libri quaſi ſecunda memoria, vt poſteriores homines ex eis accipiant documentum & diſciplinam: fruſtra enim hæc redigerentur in ſcripturis, niſi propter vtilitatem poſteriorum, juxta illud. 2. Timoth. 3. Omnis enim ſcriptura diuinitus inſpirata, vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, & ad erudiendum. Deinde cum dicit.

Deus autem patientiæ & ſolatii, det vobis idipſum ſapere in alterutrum ſecundum Ieſum chriſtum: vt vnanimes, vno ore honorificetis deum & patrem domini noſtri Ieſu Chriſti.

Quia, vt dicebatur, ſic ſuſtinere infirmitates aliorum, & ſic compati eis, & conſolari ipſos, non poſſumus ſine diuino auxilio, & eius ſubuentione: ideo hic C Apoſtolus, vt hęc fiant, implorat diuinum auxilium, & diuinam ſubuentionem Ideo ait, Deus autem, qui eſt dator patientię & ſolatii, det vobis idipſum ſapere in alterutrum, vt ſcilicet vnus alteri patienter compatiatur, & vnus alium conſoletur, & hoc ſecundum Ieſum chriſtum: vt vnanimes, vno ore honorificetis deum & patrem domini noſtri Ieſu chriſti. Notandum autem, quòd ad hoc quòd vni membro compatiatur aliud membrum, & ad hoc quòd bonum & cõſolatio vnius membri radundet in bonum & conſolationem alterius, oportet ꝙ illa membra habeant ad ſe inuicem vnitatem: & quia fidelium debet eſſe eadem mens, & idem ſapere, ideo vno patiente alius compatitur, & vnus alium conſolatur. Apoſtolus ergo orat, vt idem ſapiamus, vt vnum ſapiendo & eandem mentem habendo, vnus alterum ſuſtineat, et compatiendo, & ipſum conſolando. Notandum etiam, quòd quia ſuſtinẽ- D do imbecillitates infirmorum, duo debemus facere, videlicet, et compati, & eos conſolari, ideo Apoſtolus duo orat: videlicet, ꝙ deus ſit dator nobis patientię, vt aliis compatiendo, eorum infirmitates patienter ſupportemus: & orat ꝙ deus ſit nobis dator ſolatii, vt aliis conſolationem & ſolatium tribuamus. Notãdũ etiam quòd, vt dicebatur, ad bene agere requiruntur duo, videlicet, bonum opus, & bona intẽtio. Ideo ait, Det vobis idem ſapere in alterutrum ſecundum Ieſum chriſtum, vt ſcilicet opus ſit bonum. & ſubdit, Vt vnanimes, vno ore honorificetis Deum, vt etiam intentio ſit bona: nam quæ fiunt ſecundum Ieſum, ſunt bona opera: & quæ fiunt in honorem dei, ſiunt bona intentione. Notandum et, quòd ait, vt vnanimes, vno ore: quia tã interius in mente & in corde, quàm exterius in ore, debemus quæ agimus facere in honorem dei. Notandum etiam, ꝙ licet Deus ſit Pater omniũ per creationem, & ſit pater ſanctorum per adoptionem, ſpecialiter tamen eſt pater Ieſu chriſti per ſpecialem generationem: eſt enim chriſtus filius Dei patris natura, nõ

adoptione. Et quia ſic eſt, vt ſpeciali modo propona tuc nobis imitandus, ait, quòd debemus honorare deũ & Patrem domini noſtri Ieſu chriſti, id eſt, qui ſingulari modo eſt pater Domini noſtri Ieſu chriſti, quem (ſupple) Dominum noſtrum Ieſum chriſtum imitari debemus. Deinde cum dicit.

Propter quod ſuſcipite inuicem: ſicut & Chriſtus ſuſcepit vos in honorem Dei.

Poſtquam oſtendit, quomodo debemus proximos ſuſtinere, ne cadant: hic declarat, quomodo debemus eos ſuſcipere, & in bonum promouere, vt proficiant. propter quod ſciendum, quòd ſicut non poſſumus infirmitates proximorum ſuſtinere ſine diuino auxilio, ſic multo magis non poſſumus ipſos in bonum promouere ſine diuina ſubuẽtione. Ideo circa ſuſceptionem proximorum, tria facit; quia primo pręmittit ſuam intentionem: ſecundo ad eam probandam adducit multiplicem rationem: tertio, vt hoc fieri poſſit, B implorat diuinum auxilium, & diuinam ſubuentionẽ. Secunda ibi (Dico enim Ieſum chriſtum.) Tertia, ibi (Deus autem ſpei.) In prima parte intendit talem rationem, Quicunq; volunt imitari chriſtum, debent alios ſuſcipere, & eos in bonum promouere in honorem dei, ſicut chriſtus ſuſcepit nos, & promouit nos in Dei honorem: ſed omnes nos debemus eſſe imitatores chriſti: ergo &c. Hoc eſt ergo quod ait. Continuetur ſic, Dictum eſt ꝙ nos debemus chriſtum imitari. propter quod ergo quia ſic eſt, ſuſcipite inuicem, id eſt, firmiores ſuſcipiant infirmos, eos in bonum promouendo, & hoc (ſupple) in honorem dei: ſicut chriſtus ſuſcepit nos, & promouit nos in bonum, in honorem dei. Notandum quòd chriſtus ſuſcepit nos in honorem Dei, quia omnia referebat in honorem patris, iuxta illud Ioan. 8. Honorifico patrem meum, & vos inhonoraſtis me. Sic & nos debemus alios ſuſcipere, & in bonum promouere, in honorem dei. Deinde cum dicit.

Dico enim Ieſum Chriſtum, miniſtrum fuiſſe Circuncisionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promiſſiones patrum.

Manifeſtat quod dixerat, oſtendens chriſtum nos omnes ſuſcepiſſe, & in bonũ promouiſſe. Circa quod duo facit: quia primo probat de Iudæis. Secundo de Gentibus, ibi (gentes autem.) In prima parte intendit talem rationem, Quicunq; eſt miniſter circũciſionis propter veritatem dei ad confirmandas promiſſiones patrum, ille eſt ſpecialis ſuſceptor & promotor Iudæorũ: chriſtus eſt huiuſmodi: ergo &c. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur autem ſic, bene dico quòd chriſtus ſuſcepit nos: nam ipſe fuit ſuſceptor Iudæorum. Ideo ait, Dico enim Ieſum chriſtum fuiſſe miniſtrum, id eſt, fuiſſe pręđicatorem circunciſionis, id eſt, Iudæorum, ſpecialiter enim ipſe pręđicauit & euangelizauit Iudæis, propter veritatem dei, ad confirmandas promiſſiones patrum, id eſt, vt Deus verus eſſet in ſe, & vt appareret verus in promiſſis, implendo promiſſa patribus Iudæorum. Notandum etiam quod licet Chriſtus venerit pro ſalute omnium, tamen quia perſonaliter exhibuit ſe Iudæis, & corporaliter inter eos fuit conuerſatus, ſpecialiter dicitur miniſter circunciſionis, id eſt, euangelizator Iudęorum, & ſpecialiter
Matth. 15. dicitur miſſus ad oues, quæ perierunt domus Iſrael. Notandum etiam, quòd quia promiſſiones factę fuerunt patribus Iudæorum de chriſto, quia facta fuit promiſſio Abrahæ, iuxta illud Gen. 22. In ſemine tuo benedicentur omnes Reges terrę. & ad Dauid etiam, Pſal. 131. dictum eſt, De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem meam. Quia ſic eſt, ideo chriſtus miſſus ad Iudæos ſicut promiſſum fuerat patribus eorum, oſtẽdit deum eſſe veracem, & confirmauit, id eſt, impleuit

A promiſſiones factas patribus. Deinde cum dicit.

Gentes autem ſuper miſericordia, honorare Deum.

Oſtendit gentes etiam eſſe ſuſceptas à chriſto. Circa quod quinque facit, ſecundum quod hoc quinque modis probat. Primo probat, ex gentium conuerſione. Secundo, ex gentium confeſſione. Tertio, ex gentium adunatione. Quarto, ex gentium deuotione. Quinto ex gentium gubernatione. Secunda ibi (ſicut ſcriptum eſt.) Tertia ibi, (Et iterum dicit.) Quarta ibi (Et iterum laudate.) Quinta ibi (& rurſus Iſaias ait.) In prima parte intendit talem rationem, Quicunq; debent honorificare deum ſuper miſericordia facta, illi ſunt ſuſcepti à chriſto: gentes ſunt huiuſmodi, ergo &c. Hoc eſt ergo quod ait. Continuetur autem ſic, Non ſolum Iudæi ſunt ſuſcepti à chriſto, ſed etiam gentes: quod autem ſic ſit, patet quòd gentes ſuper miſericordia ſibi facta, quia conuerſi ſunt, debent honorare deum. Tũc B ergo eſt ſupplenda ratio, ꝙ cum talis miſericordia nõ potuiſſet ei fieri, niſi per chriſtum, quia nemo venit ad Ioan. 14. patrem niſi per filium, oportet gentes a chriſto eſſe ſuſceptas. Notandum autem quòd dicit gentes ſuper miſericordia honorare Deum: quia non fuit facta promiſſio gentibus, ſicut Iudæis. & ideo in cõuerſione gentium potiſſime apparuit miſericordia dei: ſuper hac autem miſericordia facta gentibus, debent gentes honorare deum. Deinde cum dicit.

Sicut ſcriptum eſt, Propterea confitebor tibi in gentibus domine, & nomini tuo cantabo. Pſal. 17.

Probat hoc idem ex gentium confeſſione. Formetur autem ſic ratio, Quicunq; per chriſtum confitẽtur C deo, & nomini eius cantant Cãticum laudis, illi ſunt à chriſto ſuſcepti: gentiles ſunt huiuſmodi, ergo &c. Continuetur autem ſic, bene dico quòd chriſtus ſuſcepit nos, & quòd gentes ſunt ſuſceptæ à chriſto, ſicut ſcriptum eſt in Pſal. 17. Propterea confitebor tibi in gentibus, id eſt, faciam quòd gentes confiteantur tibi: & nomini tuo cantabo, id eſt, ego chriſtus faciam ꝙ gentes nomini tuo cantent, id eſt, euidenter te magnificent. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, ꝙ ſi chriſtus fecit ꝙ gentes confiterentur deo, & ſi chriſtus fecit quòd gentes cantarent nomini diuino, id eſt, fecit quòd gentes euidenter magnificarent diuinum nomẽ: quia hoc non potuiſſent gentes facere, niſi fuiſſent à chriſto ſuſceptæ, & niſi fuiſſent in chriſti protectione receptæ, ergo fuerunt ſuſceptæ & receptę à chriſto. Notandum autem quòd ait confitebor, & cantabo; vt vnum pertineat ad confeſſionem interiorem in corde, aliud ad euidentem confeſſionem exterius in opere vel ore. D nam corde, ore, & opere, a peccatis recedendo, deum confiteri debemus, eius legem approbando, & ipſius mandata ſequendo. Deinde cum dicit.

Et iterum dicit, Lætamini gentes cum plebe eius.

Adducit tertiam rationem, ſumptam ex gentium adunatione. Formetur autem ſic, Quicunq; adunãtur cum plebe diuina, & fiunt populus dei, illi ſunt ſuſcepti a chriſto, quia nemo poteſt ire ad patrem, niſi per filium: gentiles ſunt huiuſmodi, ergo &c. Hoc eſt ergo quod ait. Continuetur autem ſic, bene dico ꝙ gentes ſunt ſuſceptæ à chriſto: quia & iterum dicit alia ſcriptura, Lætamini gentes cum plebe eius, id eſt, Iudæis, qui ſunt plebs dei, lętamini, ſcilicet, cum eis, qui eſtis vnum cum illis, & eſtis inſerti in bonam oliuam, & eſtis adunati, & facti ſocii, & radices pinguedinis. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, ꝙ ſi gentes ſic factæ ſunt populus dei, cum hoc fieri non potuerit, niſi per chriſtum, ergo gentes ſunt ſuſceptę à chriſto. Notandum autẽ

quòd

quòd authoritas hic inducta ſecundum gloſſam ſuſcepta eſt ab Iſaia, & poteſt ſumi ab Iſa. 65. vbi nos habemus, Eeultabo in Ieruſalem, & gaudebo in populo meo. Chriſtus enim exultat in Ieruſalem quantum ad Iudæos conuerſos, & gaudet in populo ſuo quantum ad Gentiles, qui ſunt Iudæis adiuncti, & factus eſt vnus Dei populus cum illis. Vel ſecundum Bedam ſumpta eſt hęc authoritas Deut. 32. vbi nos habemus, Laudate gentes populum eius. Nam in hoc gens laudat populum Dei, inquantum adunatæ ſunt Diuino populo. Deinde cum dicit.

Pſal. 116. **Et iterum, Laudate omnes gentes Dominum: & magnificate eum omnes populi.**

Adducit quartam rationem, ſumptam ex gentium deuotione. Formetur autem ſic, Quicunque laudant Dominum, & magnificant ipſum, ſunt à chriſto ſuſcepti; gentes ſunt huiuſmodi, ergo &c. B Hoc eſt ergo quod ait. Continuetur autem ſic, bene dico quòd gentes ſunt à chriſto ſuſceptæ: quia & iterum ſcriptuea dicit, quia ſcriptum eſt in Pſalmo, Laudate omnes gentes dominum: & magnificate eum omnes populi, non ſolum Iudæi, ſed etiam gentiles. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, quòd ſi gentes laudant Dominum laude deuotionis, & ſi omnes populi non ſolum Iudæi, ſed et gentiles, magnificant Dominum magnificentia exaltationis, cum hoc fieri non poſſit, niſi gentes eſſent à chriſto ſuſceptę, ergo &c. Non ergo poſſent gentiles vere deum laudare, & ipſum debere exaltare, & magnificum prædicare, niſi eſſent a chriſto ſuſceptæ. Deinde cum dicit

Iſa. 11. **Et rurſus Iſaias ait. Erit radix Ieſſe: & qui exurget regere gentes, in eum gentes ſperabunt.**

Adducit quintam rationem ſumptam ex gentium C gubernatione. Formetur autem ſic, Quicunq; a chriſto reguntur & in chriſto ſperant, illi ſunt ſuſcepti à chriſto: gentiles ſunt huiuſmodi ergo &c. Hoc eſt ergo quod ait. Continuetur autem ſic, bene dico quòd gẽtes ſunt à chriſto ſuſceptę, quia & rurſus Iſaias ait, vt habetur Iſa. 11. erit radix Ieſſe, &, ſupple, ex hac radice procedet ille qui exurget regere gentes per fidem & per opera bona, & in eum gentes ſperabũt. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, ꝙ cũ hoc fieri non poſſet niſi gentes eſſent à chriſto ſuſceptę, & eſſent ſub eius regimine & protectione receptæ, ergo &c. Notandum ꝙ Ieſſe fuit Pater Dauid, qui fuit binonimus: vocatus enim fuit Ieſſe & Iſai. Virgo autem Maria, de qua natus eſt chriſtus, fuit de ſtirpe Dauid. Secundum hoc ergo dicemus ꝙ Ieſſe fuit radix, Dauid fuit arbor, B. Maria fuit ramus, Chriſtus fuit fructus qui proceſſit ex radice Ieſſe, ex arbore Dauid, & ex ramo Maria. D Iſte autem ſic exurgens, & ſecundum carnem huiuſmodi originem ducẽs, ſurrexit regere gentes: iuxta illud Pſalmi, Dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Regendo autem gentes, & conuertendo eas ad fidem, gentes ſperauerunt in ipſum. Et quia hoc fieri nõ potuiſſet niſi fuiſſent a chriſto ſuſceptæ, ergo habetur principalis concluſio, ꝙ chriſtus ſuſcepit gentes, & recepit eas ſub ſuo regimine, & ſub ſua protectione: propter quòd gentes ſic ſuſceptæ ſperauerunt in chriſtum. Deinde cum dicit.

Deus autem ſpei repleat vos omni gaudio, & pace in credendo: vt abundetis ſpe, & virtute ſpiritus ſancti.

Quia dixerat ꝙ deberemus inuicem nos ſuſcipere, ſicut chriſtus ſuſcepit nos: cum hoc fieri non poſſit ſine auxilio diuino & eius ſubuentione, ideo vt hoc fiat ſubiungit diuinum auxilium & diuinam adiuuationẽ. Propter quod ſciendum, ꝙ ad hoc quòd debite vnus A alium ſuſcipiat, & vnus alium in bonum promoueat, quantum ad pręſens ſpectat, quatuor requiruntur, videlicet charitatis abundantia, fidei concordia, ęternæ hæreditatis confidentia, & exterioris operationis efficacia. Nam ſi homo non abundaret in charitate, quia charitas Dei eſt illa quæ nos vrget & ſtimulat ad agendum bonum proximi, non ſuſciperet alium debite, & non eſſet debite intentus, vt ipſum ad bonum promoueret: ergo requiritur ibi charitatis abundantia. 2. Cor. 5. Secũdo requiritur fidei vnitas vel fidei concordia. nam illi qui habent eandem fidem, & ſunt ſub vna lege, magis ſe inuicem fouent, & magis ſe inuicem promouent ad bonum. Tertio requiritur ibi ęternæ hæreditatis confidentia. quia niſi ſperaremus de ęterna hæreditate, & niſi haberemus confidentiam de hæreditate illa, non eſſemus ita ſolliciti ad promouendum nos ad bonum & ad ſuſcipiendum nos ad inuicem. Quarto ad hoc requiritur operis efficacia, quia ſi in operando eſſemus B tepidi, & non eſſemus efficaces & robuſti, nõ poſſemus implere quod hic iubetur. Apoſtolus ergo in hac ſua oratione hæc quatuor tangit, dicens, Deus autẽ ſpei) ideſt, à quo omnia bona ſunt ſperanda, (repleat vos omni gaudio,) ideſt, omni lætitia ſpirituali quantum ad charitatis abundantiam, & repleat vos (pace) ideſt, concordia (in credendo) quantum ad fidei vnitatem & concordiam; (vt abundetis ſpe) ideſt, vt ſitis certi de ęterna beatitudine, quantum ad æternæ hæreditatis ſpem & confidentiam, (&) vt abundetis (virtute ſpiritus ſancti) quantum ad operis efficaciam, quia ſine virtute illius nullum eſt opus efficax. Notandum autem, quòd cum Apoſtolus oraret pro hoc quadruplici bono, videlicet, pro charitatis abundantia, fidei concordia, & pro aliis bonis iam dictis, præmiſit hoc verbum, deus autem ſpei. nam non oramus pro aliquibus bonis niſi apud eum a quo ſunt bona ſperanda. & quia a deo ſunt omnia ſperanda, ideo ait deus autem ſpei, ideſt, deus a quo cætera bona ſperanda ſunt, det vobis hoc C bonum, vt repleat vos gaudio & pace in credendo: & det vobis alia bona que ſequuntur.

Dubitaret forte aliquis de illo verbo Apoſtoli, ꝙ debemus imbecillitates infirmorum ſuſtinere, & non nobis placere, quod gloſſa exponens, ait, Debemus inuicem curam habere. Sed contra: habere curam eſt Pręlatorum, non ergo vnus proximus debet habere curã alterius, niſi ſit Pręlatus. Dicendum, ꝙ vnum habere curam alterius, poteſt intelligi dupliciter, vel ex officio & authoritate commiſſa, vel ex charitate fraterna: primo modo habent Pręlati, ſecundo modo habent omnes. Hunc ergo duplicem modũ videmus in corpore naturali. nã & caput dirigit mẽbra, & mẽbra ſe inuicẽ fouent & adiuuant. ſic & Prælatus tanquam caput debet ſubditorum habere curam; & ipſius ſubditi tãquã eiuſdem capitis membra, debent ſe inuicem adiuuare.

D Vlterius forte dubitaret aliquis de eo quod in litera dicitur, Vnuſquiſq; veſtrum proximo ſuo placeat. Sed contra: ad Gal. 1. Si adhuc hominibus placerem, chriſti ſeruus non eſſem. Dicendum, quod omnis creatura eſt quid bonum, ſed non eſt finale bonum in creatura: ideo eſt diligenda, ſed non eſt ibi ponendus finis. ſicut ergo volumus bonum proximo, ſic ei placere debemus. nam ipſa complacentia ex beneuolentia ſumit ortum: conſtat autem, quod ſecundum rectum amorem charitatis nos diligimus proximum, non propter fauorem humanum, nec propter aliquod aliud bonũ tranſitorium, ſed propter deum. ſic etiam & placere debemus proximo propter deum.

Vlterius forte dubitaret aliquis de eo quòd Apoſtolus ait, Gentes autem ſuper miſericordia honorare deum. Videtur ergo velle, quod in ſuſceptione Iudęorum fuerit veritas: quia dixit chriſtum fuiſſe miniſtrũ circunciſionis propter veritatem: ſed in ſuſceptione Gentium fuerit miſericordia, quia ait, Gentes hono-

rare deum ſuper miſericordia, ideſt, propter miſericordiam eis factam Sed contra: vniuerſæ viæ domini miſericordia & veritas. ergo tam in miniſterio circunciſionis, ideſt, tam in ſuſceptione Iudæorum, q̃ etiam in conuerſione Gentium, apparuit vtrunq;, videlicet, miſericordia, & veritas. Dicendum. quòd propter hoc quòd ſuſceptio Iudęorum aſcribatur veritati, non excluditur miſericordia: nam & ipſe Apoſtolus de genere Iudæorum fuerat, & dicit ſe miſericordiam conſecutum. Et per hoc etiam quòd conuerſio gentium aſcribatur miſericordię, non excluditur inde veritas. nam idem Apoſtolus loquens ad Ephe. 3. de conuerſione gentium, ait, Mihi autem omnium ſanctorum minimo data eſt hęc gratia, In gentibus euangelizare inueſtigabiles diuitias chriſti, & illuminare omnes, quæ ſit diſpẽſatio ſacramenti abſconditi a ſeculis in Deo. Si ergo conuerſio Gentium fuit ſacramentum abſconditum à ſeculis in deo, hoc ipſum ad Diuinam veritatem pertinebat, quòd hoc ſuum ſacramentum abſconditum, & hoc ſuum propoſitum de ſaluatione gentium adimpleret. Verum quia promiſſiones factę fuerunt Iudęis & non Gentibus; propter promiſſiones illa ſuſceptio Iudæorum aſcribitur veritati: quia ex hoc Deus verax apparuit in promiſſis. Conuerſio autem Gentium miſericordię attribuitur: quia ei promiſſio non eſt facta. Aduertendum tamen, quòd in ſacra pagina ſunt multæ promiſſiones factæ de Gentibus, iuxta illud Iſa. 54. Lauda ſterilis quæ non paris. Et ibidem dicitur, Quoniam multi filii Deſertæ, magis quàm eius quæ habet virum. Tametſi hæ prophetiæ & promiſſiones ſint de Gentibus, non tamen factæ ſunt Gentibus: quia Prophetę hæc dicentes & ſi prophetabãt de Gentibus; non tamen prophetabant Gentibus, ſed Iudæis. ita ꝙ, vt patet, Gentibus non fuit facta promiſſio, ideo eorum conuerſio aſcribitur miſericordię: Iudæorum verò ſuſceptio, quibus eſt facta promiſſio, aſcribitur veritati.

LECTIO L.

CErtus ſum autem fratres mei & ego ipſe de vobis, quoniam & ipſi pleni eſtis dilectione, repleti omni ſcientia, ita vt poſſitis alterutrum monere.

Poſtquàm Apoſtolus præmiſit ſuas inſtructiones: in parte iſta ſubiungit debitas excuſationes. Propter quod ſciendum, quòd de duobus forte viſum fuiſſet Romanis quod poſſent Apoſtolum inculpare. primo, quia eos increpauerat: potuiſſent enim forte Romani ſic dicere, Nos ſumus ſic perfecti in ſciẽtia & in aliis bonis, quòd ſufficiẽter poſſumus nos ipſos corrigere; non oportet quòd alius nos increpet. Secundo Romani potuiſſent inculpare Apoſtolum quòd ad eos tantum ire tardauerat: Ideo duo facit, quia primo excuſat ſe de increpatione, quia Romanos redarguerat: ſecundo excuſat ſe de tardatione, quia ad eos ire tantum diſtulerat, ibi (Propter quod & impediebar.) Circa primum duo facit, quia erga increpationem primo remouet cauſam fictam: ſecundo ſubiungit cauſas veras, ibi (Audacius autem ſcripſi vobis.)

Ad euidentiam primæ partis ſciendum, quòd forte Apoſtolus increpando Romanos viſus fuiſſet culpabilis, ſi hoc feciſſet quod non credidiſſet inter Romanos

A fuiſſe aliquos ſufficientes ad hoc faciendum, quia durum eſt dicere in aliqua magna congregatione nullos eſſe ſufficientes viros ad monendũ & ad redarguendũ delinquentes. Hanc ergo cauſam fictitiam quæ videbatur redũdare in culpam Apoſtoli, in hac parte prima Apoſtolus remouet, intendens talem rationem, Quicunq; certus eſt quòd inter vos Romanos ſunt aliqui pleni dilectione, & repleti omni ſcientia, vt poſſint monere & redarguere, ille non reprehendit vos, quia credat in omnibus vobis eſſe iſufficientiam: ego Apoſtolus ſum huiuſmodi, ergo &c. De hac autẽ ratione ponit virtutem medii, Continuetur autem ſic, ego Apoſtolus redargui vos Romanos de contemptione, monui vos de alterutra ſuſceptione, ſed hoc non feci vt crederem nullos ex vobis eſſe ſufficientes ad monendum & redarguendum, immo (& ego ipſe fratres mei certus ſum autem de vobis, qui & ipſi) ideſt, aliqui ex vobis ipſis eſtis tales, & (eſtis pleni dilectione) qua velitis bonũ, & repleti omni ſcientia) qua poſſitis bonum
B cognoſcere, (ita vt poſſitis alterutrum monere.) Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, quòd ſi ego Apoſtolus certus ſum quod vos ipſi, ideſt, quòd inter vos ipſos Romanos ſunt aliqui ſic pleni dilectione & ſcientia, vt poſſitis alterutrum, ideſt, vos ipſos monere, quia vos monui & redargui, non feci quòd crederem in omnibus vobis inſufficientiam eſſe. Notandum autẽ quod tangit Apoſtolus quæ requiruntur in monente & redarguente, videlicet, dilectio, & ſcientia. Dilectio quidem, vt non ex odio vel ira hoc faciat. Ideo dicitur ad Galat. 6. Vos qui ſpirituales eſtis, inſtruite huiuſmodi in ſpiritu lenitatis. Secũdo ad hoc requiritur ſcientia: vnde ſupra dicebatur, Teſtimonium enim perhibeo illis, quòd ęmulationem quidem dei habent, non ſecundum ſcientiam. Multi enim videntur habere zelũ, ſed non ſecundum ſcientiam, nec ſemper id agunt. Cap. 10.
C Ideo duo tangit, quod inter vos Romanos erant aliqui pleni dilectione, & ſcientia. Notãdum etiam quòd ait repleti omni ſcientia, qa (vt gloſſa tangit) aliqui erant inter eos repleti ſcientia noui & veteris teſtamenti: & quia aliæ literæ non ſunt literæ reſpectu Diuinarum, ſcientes nouum & vetus teſtamentum, quaſi omnem ſcientiam habere dicuntur. Notandum etiã, quod (vt gloſſa tangit) Apoſtolus hic laudat Romanos, vt per hanc laudem eos ad meliora prouocet: quia (vt Ambroſius ait) qui enim videt ſe laudari, laborat vt vera ſint quę dicuntur. Deinde cum dicit.

Audacius autem ſcripſi vobis fratres ex parte.

Excluſa ratione ficta, quare Apoſtolus Romanos monuerat, & redarguerat: in parte iſta ſubiungit & addit rationes & cauſas veras, quare hoc fecerat. Circa
D quod duo facit: quia primò præmittit ſuam concluſionem: ſecundo ad eam probandam ſubiungit multiplicem rationem, ibi (Tanquam in memoriam.) Continuetur autem ſic litera, Ego Apoſtolus nõ redargui & monui vos, quia nõ crederem aliquos inter vos eſſe ſufficientes ad hoc agendum, ſed (ſupple) propter alias cauſas, & propter rationes alias infra ſubſcriptas. Audacius autem fratres ſcripſi vobis ea parte, ideſt per ſcripturã meã ex parte vos monui & reprehẽdi. Poſſet aũt talis formari ratio, Quicunq; ea parte vos monet & reprehendit, ille audacter poteſt vobis ſcribere & ſuã epiſtolã deſtinare: ego ſum hmõi, iõ vobis audacius ſcripſi. Notãdũ aũt, ꝙ hoc qđ dicitur (ex pte) vt gloſſa tangit, tripliciter pot exponi. Primo, vt hoc referatur ad Romanos. Scdo, vt hoc referatur ad ſcribẽtes. Tertio, vt hoc referatur ad epiſtolã. Hęc. n. tria ſunt i omni epiſtola conſiderãda, videlicet, Perſona ſcribẽs, Epiſtola ſcripta, Perſona cui ſcribitur. Si ergo hoc qđ dicitur (ex parte) referatur ad ipſos Romanos quibus ſcribebatur, erit ſenſus ꝙ licet inter vos Romanos eſſent aliqui

ſent aliqui perfecti, quos redarguendo videretur forte Apoſtolus fuiſſe culpabilis & fuiſſe præſumptuoſus, erant tamen inter eos aliqui imperfecti, indigentes dura correctione. ideo ait, Audacius ſcripſi vobis, increpando vos ex parte, ideſt, partem, hoc eſt, propter aliquem veſtrum, qui hoc indigebat. Si vero hoc quod dicitur (ex parte) referatur ad perſonam ſcribentem, ideſt, ad Apoſtolum, tunc erit ſenſus, ego Apoſtolus audacius ſcripſi vobis ex parte, ideſt, ex parte eccleſiæ fidelium quæ mecum ſunt. quaſi diceret, & ſi ego viderer præſumptuoſus, ſi ex parte mea vos reprehenderem: tamen quia vos reprehendo ex parte eccleſiæ, & ex parte fidelium qui mecum ſunt, ideo audacius vobis ſcripſi. Tertio ſi hoc referatur ad epiſtolam, erit ſenſus, ſi ego reprehendiſſem per totam epiſtolam, forte haberetis materiam conquerendi: ſed quia in aliqua parte epiſtolę vos collaudaui, in aliqua parte vos reprehendi, patet ꝙ non proceſſit ex odio, ſed ex zelo, & ideo reprehendens vos non ex tota epiſtola ſed ex parte epiſtolæ, audacius uobis ſcripſi. Notandum autem quòd ex omnibus poſſet talis formari ratio, Quicunq; vos Romanos reprehendit non ex omnibus ſed ex parte, ideſt, aliquem inter vos: & quicunq; reprehēdit vos nō ex tota epiſtola, ſed ex parte epiſtolæ: & non ex ſe ipſo, ſed ex parte eccleſiæ, ille poteſt audacter vobis ſcribere: ego ſum huiuſmodi, ergo audacius vobis ſcripſi. Deinde cum dicit.

Tanquam in memoriam vos reducens.

Præmiſſa hac concluſione, ꝙ eis audacter ſcripſit: in parte iſta ad hanc concluſionem probandam adducit multiplicem rationem. Circa quod octo facit, ſecundum quod octo rationibus hoc probat. nam primo probat hoc ex ſuaui monitione: ſecundo ex authoritatis commiſſione: tertio ex ſui officii magnificatione: quarto ex vtilitatis cōſecutione: quinto ex chriſti adhęſione: ſexto ex ſui officii debita executione: C ſeptimo ex euidenti fructificatione: octauo & vltimo ex alieni fundamenti repulſione. Secunda ibi, (propter gratiam.) Tertia, ibi (vt ſim miniſter chriſti.) Quarta, ibi (vt fiat oblatio.) Quinta, ibi (habeo igitur gloriam) Sexta ibi (in obedientiam gentium.) Septima, ibi (ita vt ab Hieruſalem.) Octaua & vltima, ibi (ſic autem prędicaui.) In prima parte intendit talem rationem, ille qui vos reprehendit tanquam in memoriam vos reducens, ille leuiter & ſuauiter vos monet, & ille poteſt audacius vobis ſcribere: ego ſum huiuſmodi, ergo audacius vobis ſcripſi. Da hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur autem ſic, bene dico quòd audacius vobis ſcripſi, quia hoc feci, tanquam in memoriam vos reducens, & tanquā ſuauiter vos monens. Notandum autem, ꝙ vnus modus latentis & ſuauis reprehenſionis eſt, cum quis ſic alium reprehendit, dicēs, D Ego reduco tibi ad memoriam, quòd ſic & ſic debeas te habere. Vnde hic modus inoleuit, vt quando inferiores maiores increpant, hoc modo reprehenſionis vtuntur. Hunc modum ſe tenuiſſe Apoſtolus teſtatur, cum ait, Scripſi vobis, tanquam in memoriam vos reducens, ideſt, tanquā faciens vos memores. ac ſi diceret quòd mea monitio, & mea epiſtola magis fuit per modum redargationis, quàm per modum reprehenſionis, & quia hic modus monitionis eſt ſuauis, ex ipſa monitionis ſuauitate potui vobis audacius ſcribere. Deinde cum dicit.

Propter gratiam, quæ data eſt mihi à Deo.

Adducit ſecundam rationem, ſumptam ex authoritatis commiſſione. Formetur autem ſic, Quicunq; monet & reprehendit alios propter gratiam ſibi datam à Deo, ideſt, propter authoritatem & propter officium à Deo commiſſum, ille poteſt eis reprehenſiones & monitiones audacius ſcribere: ego ſum huiuſmodi, ergo A reprehenſiones & monitiones audacius ſcripſi. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur autem ſic, bene dico ꝙ ego reprehendendo & monendo audacius vobis ſcripſi, quia hoc feci propter gratiam, quæ data eſt mihi à Deo, ideſt, propter Apoſtolatum, & propter officium & propter authoritatem mihi à Deo commiſſam. Notandum autem quòd cum quis habet authoritatem & officium ſuper alios, ſi eos increpat & reprehendit, cum officium & authoritas ipſum cogat, audacter debet hoc facere: & ſubditi debet hoc minus male ferre. Deinde cum dicit.

Vt ſim miniſter Chriſti Ieſu in Gentibus ſanctificans Euangelium dei.

Adducit tertiam rationem, ſumptam ex ſui officii magnificatione. Formetur autem ſic, Quicunq; ſcribēdo aliquibus, ſcribit eis vt miniſter chriſti, & vt oſtendens euangelium ſanctum, & vt magnificans ſuum officium, B ille poteſt audacius ſcribere: ego Apoſtolus ſum huiuſmodi, ergo audacius vobis ſcripſi. De hac autem ratione ponit virtutem medii, Continuetur autē ſic, Quantumcunq; ego Apoſtolus per meam epiſtolam vos reprehenderim & redarguerim, tamen audacius vobis ſcripſi, quia hoc feci vt ſum miniſter Chriſti Ieſu ſanctificans, ideſt, ſanctum oſtendens euangelium dei in Gentibus, ideſt, inter gentes. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, ꝙ cum hoc faciendo magnificauerim officium meum, ne tantum bonum perderetur, potui vobis audacius ſcribere. Notandum autem, quod (vt gloſſa tangit) Apoſtolus ſanctificauit, ideſt, ſanctum eſſe oſtendit euangelium bona operatione, & miraculorum perpetratione: nam propter bona opera quæ faciebat, & propter miracula quæ faciebat, oſtendebat doctrinā ſuam eſſe veram, & oſtendebat euangelium quod prædicabat, eſſe ſanctum: & quia talis erat Apoſtolus, & innoteſcere poterat Romanis quòd talis eſſet, ideo poterat eis audacius ſcribere. Deinde cum dicit.

Vt fiat oblatio gentium accepta, & ſanctificata in Spirituſancto.

Adducit quartam rationem, ſumptam ex vtilitatis conſecutione: nam propter vtilitatem quæ perueniebat Gentibus, & quam conſequebantur Romani propter doctrinā Apoſtoli, poterat eis audacius ſcribere. Formetur autem ſic ratio, Quicunq; per ſuam doctrinā affert tantam vtilitatē Gentibus, vt per eam Gentes fiant oblatę, & acceptæ, & ſanctificatæ in ſpirituſancto, ille poteſt Romanis, & omnibus Gentibus audacius ſcribere: ego ſum huiuſmodi, ergo audacius vobis ſcripſi. De hac autem ratione ponit virtutē medii. Cōtinuetur autem ſic, bene dico ꝙ ego Apoſtolus vobis Romanis audacius ſcripſi, & audacter vobis euāgelizo veritatē, quia hoc facio, vt oblatio gentiū. i. D oblatio Romanorū & aliorū Gentiū fiat accepta, ſupple, deo p fidei acceptionē & perfectionē: & hmōi oblatio ſit ſanctificata. i. hoc facio vt hmōi gētes, quas ego deo offero ſint ſanctificatæ p ſuā operationē bonā: & hoc in ſpūſancto, ſine quo nō eſt gratia, nō eſt aliquod opus bonum. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, ꝙ cum tanta vtilitas vobis proueniat ea mea doctriua, poſſum audacius vobis ſcribere. Deinde cum dicit.

Habeo igitur gloriam in Chriſto Ieſu ad Deum. Non enim audeo aliquid loqui eorum quæ per me non efficit Chriſtus.

Adducit quintam rationem, ſumptam ex Chriſti adhęſione. Formetur aūt ſic, Quicunq; de doctrina ſua quęrit per Chriſtū diuinā gloriā, & nō audet aliquid loqui niſi ea quę p ipſum efficit chriſtus, ille ſecundū illam doctrinam poteſt quibuſcunq; audacius ſcribere: ego Apoſtolus ſum hmōi, ḡ audacius vobis ſcripſi. De hac aūt ratione ponit virtutē medii. Continuetue aūt ſic, bene dico ꝙ ego ſum miniſter chriſti, & ꝙ fru-

ctum quem ego facio, facio pp gratiam quę data eſt mihi à Deo: & quia ſic hmôi gloriam & huiuſmodi fructum nolo ad me referre, ſed ad Ieſum chriſtũ cuius ſum miniſter, & ad deum à quo data eſt mihi gratia, ideo ait, Habeo igitur gloriam laboris mei in chriſto Ieſu, ideſt, per chriſtum Ieſum cuius ſum miniſter, gloriam dico referendam ad Deum a quo data eſt mihi gratia: & bñ dico quòd gloria laboris mei & fructus quem ego facio, eſt per chriſtum (nam non enim audeo aliquid loqui eorum quæ per me non efficit Chriſtus.) quaſi diceret, ego non facio ſicut Pſeudo apoſtoli, qui non ſunt vere miniſtri chriſti, ſed tanquã verus miniſter chriſti nihil refero ad me ipſum, ſed ſolum loquor ea quæ per me efficit chriſtus, ideſt, quicquid ego facio, & omnem fructum quem ego exerceo, nõ refero ad me ipſum. Hoc dico, ꝙ illum fructum & illam gloriam per me, ideſt, miniſterio meo efficit chriſtus, & totum hoc refero ad chriſtum. Et tunc eſt ſupplenda ratio, quòd cum ſic ſit, potui vobis audacius ſcribere. Notandum autem, ꝙ riuulus qui non eſt coniunctus fonti, poteſt deficere ab aqua: & doctrina quæ nõ eſt coniuncta ſapientiæ, poteſt deficere à veritate. & quia fons ſapientiæ eſt verbum dei in excelſis, vt dicitur Eccl. 1. qui non eſt coniunctus Chriſto qui eſt Dei verbum & ſapientię fons, de leui ruit, vnde nec poteſt audacter ſcribere, nec audacter euãgelizare. & quia Apoſtolus omnia ad gloriã dei referebat &, nihil loquebatur niſi ea quæ p ipſum efficiebat Chriſtus, ipſe fuit quidam riuulus coniunctus fonti ſapientiæ, ideo deficere non poterat in doctrina, nec in ſcribendo, nec in pronunciando: & quia ſic erat, bene ſequitur ꝙ Romanis, & aliis Gentibus audacter ſcripſit. Deinde cum dicit.

In obedientia Gentium, verbo & factis, in virtute ſignorum & prodigiorum, in virtute ſpiritus ſancti.

Adducit ſextã rõnẽ, ſumptã ex debita & efficaci officii executione. Ad cuius euidẽtiã ſciendũ, ꝙ maxime tunc temporis in primordio inchoantis eccleſiæ, ad hoc quod officium pręḍicantis eſſet efficax, quinq; requirebantur. Primo doctrinæ fœcunditas. Secũdo vitæ claritas. Tertio ſignorũ multiplicitas. Quarto, Prodigiorum operoſitas. Et quinto, ſpiritusſancti interius operantis virtuoſitas: quia fruſtra laborat exterius lingua prædicatoris, niſi adſit interius gratia

Eccel. 5. ſaluatoris. Primo enim qui non eſt doctrina fœcũdus fruſtra prædicat: Iuxta illud, ſi intellectus eſt tibi, reſponde proximo tuo: ſin autem, ſit digitus tuus ſuper os tuum. Secundo, euangelizator debet eſſe vita præclarus; quia cuius vita deſpicitur, reſtat vt eius prædicatio cõdemnetur. Vlterius, in primitiua eccleſia euãgelizator debebat eſſe ſignorum, & prodigiorum operans: quia tunc temporis, niſi ſigna & prodigia viderẽt non credebant. Quinto requirebatur ibi, ꝙ ſpiritus ſanctus intus eſſet operans, vt eſt per habita manifeſtum. vbi omnia hæc concurrunt, poterat audacter ſcribere, & audacter euangelizare. Formetur ſic ratio, Quicunq; per doctrinam, quàm in eo efficit chriſtus, vult vt gentes ad obedientiam vertantur verbo & factis in virtute ſignorum & prodigiorum, & in virtute ſpiritus ſancti, ille poteſt audacter ſcribere & euangelizare: ego ſum huiuſmodi, ğ potui audacter hoc facere. De hac ratione ponit tãtũ virtutem medii. Continuetur autem ſic, bene dico, ꝙ ego audacius ſcripſi & euangelizaui, quia ea quæ per me, ideſt, miniſterio meo efficit chriſtus, ſupple, efficit illa & in obedientiã gentium, ideſt, vt gentes obediant euangelio. quaſi dicat ꝙ euangelium quod exercebam, erat, vt gentes euangelio obedirent. Et ſubdit, & hoc effeci verbo, ideſt, doctrinæ fœcunditate: & factis, ideſt, vitæ & boni operis claritate: & in virtute ſignorum & prodigio-

A rum, ideſt, ſignorum & prodigiorum operoſitate: & in virtute ſpiritus ſancti interius operante & adiuuante. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, ꝙ quia tanta efficacia erat in executione officii apoſtolatus mei, audacter poteram ſcribere & euangelizare. Notandum autem, ꝙ ſigna poſſunt dici miracula minora, prodigia vero miracula maiora. dicitur enim prodigium, quaſi excellens ſignum. Et quia apoſtolus induxit gentes ad obediendum euangelio, faciendo miracula maiora & minora, iccirco dicit ſe feciſſe in virtute ſignorũ & prodigiorum. Deinde cum dicit.

Ita vt ab Ieruſalem per circumitum, vſque ad Illyricum repleuerim euangelium chriſti.

Adducit ſeptimam rationem, ſumptam ex euidenti fructificatione. Formetur autem ſic, Quicunq; ita euidenter fructificat, ꝙ ab Ieruſalem per circuitum vſq; ad mare Illyricum repleuerit euangelium Chri-

B ſti, ille poteſt audacius ſcribere & euangelizare: ego ſum huiuſmodi, ergo &c. De hac ratione ponit tantum virtutem medii. Continuetur autem ſic, bene dico, ꝙ ego audacius ſcripſi & euangelizaui, quia ita euidẽter (ſupple) fructificaui, ꝙ ab Ieruſalem per circuitum, vſq; ad Illyricum mare, quod dicitur eſſe mare Adriaticum, vel mare Græcorum, quod eſt ex oppoſita parte Italiæ ſitum, repleuerim, ideſt, plene prędicauerim euangelium chriſti. Tunc ğ eſt ſupplenda ratio, cum ex his appareat tanta euidentia fructus, tãta virtus ſpiritus ſancti, poſſum audacter ſcribere & euangelizare. Notandum autem quod ait (per circũitũ) quia forte aliquis putaret, ꝙ ſolum eundo per rectam lineam euangelizauerit: quod excludens, ait (per circuitum) ideſt, cuicunq;, & vndiq; per partes illas repleuit, ideſt, plene euangelium chriſti prędicauit. Deinde cum

C dicit.

Sic autem prædicaui euangelium hoc, nõ vbi nominatus eſt chriſtus, ne ſuper alienum fundamentum ædificarem.

Adducit octauam & vltimam rationem, ſumptam ex alieni fundamenti ædificatione. Circa qđ duo facit: primo. n. facit qđ dictũ ė: ſcđo qđ ſuppoſuerat probat p ſcripturam ſacrã, ibi, (ſicut dictum ė.) In prima parte intendit talem rationem. Ille qui nõ vult ędificare ſuper arenam, nec ſuper alienum fundamẽtum, ideſt, ſuper fundamẽtum extraneum cuiuſmodi erat fundamentum Pſeudoapoſtolorum, ſed tanq̃ ſapiens architector, vult debitum fundamentum ponere, ille poteſt ſecure ſcribere & euangelizare: ſed ego ſum huiuſmodi, ergo &c. De hac autem ratione ponit tantum virtutem medii. Continuetur autem ſic, dictum eſt, ꝙ ego ſic per circũitum repleui, ideſt plene prædicaui

D euangelium chriſti: ſed hoc ſic feci, & ſic prædicaui Euangelium, vbi non nominatus eſt chriſtus: & hoc, ne ſuper alienum fundamentum prædicarem. Tunc ğ eſt ſupplenda ratio, ꝙ cum ſi ſit, poſſum audacter ſcribere, & euangelizare. Notandum ꝙ hoc quod dicit, Ne ſuper alienum fundamentum prædicarem) poteſt dupliciter exponi. Primo propter Pſeudoapoſtolos. nam ſciens apoſtolus eos ſub nomine Chriſti multa falſa docere, & chriſtum aliter q̃ oportet annunciare, ſolicitus erat eos præuenire, & veritatem integrè tradere, vbi nondum chriſtus nominatus erat. Et ſic erit ſenſus ego quidem ita nixus ſum prædicare chriſti euangelium ipſis qui Chriſtum ipſum non agnoſcebant, ne ſuper alienum fundamentum ædificarem, ideſt, ſuper hæreticorum doctrinam, quæ aliena eſt à veræ fidei fundamento: quia falſorum doctorum errores poſtea velle corrigere, difficile eſt & maximi laboris: nã apud eos ſi debeat bonum ædificium fieri, oportet fundamentum illud hæreticorum primò radicitus extirpari.

ri. Secundo modo legitur de bonis Apoſtolis, vt dicat apoſtolus ſe nolle ædificare ſuper fundamentum aliorum apoſtolorum, non quia non faceret hoc, ſi cõtigiſſet, id eſt, ſi expediuiſſet, & ſi oportunum fuiſſet: vnde ſi non fecit hoc forte apud Græcos, ſcilicet, ꝙ prædicauerit ſuper alienum fundamentum, Romanis tamen prædicauit poſt prædicationem Petri. In eum ergo poterat eſſe bonum ſic ædificare ſuper alienũ fundamentum, ſed ſimpliciter quia multa erat meſſis, & multi conuertendi erant, ob id videbatur ſibi magis expedire, primũ fundamentum iacere. Deinde cum dicit.

Eſa.66. **Sed ſicut ſcriptum eſt, Quoniam quibus non eſt annunciatum de eo, videbunt: & qui non audierunt de eo, intelligent.**

Quod dixerat confirmat teſtimonio ſcripturæ ſacræ. Continuetur autem ſic, bene dico, ꝙ prædicaui euangelium, vbi non nominatus eſt chriſtus, ſicut ſcriptum eſt, Quoniam quibus non eſt annunciatum de eo, id eſt, de chriſto, ipſi videbunt, id eſt credent: & qui non audierunt, ſupple, prius de chriſto, intelligent, ſupple, prædicationem meam eſſe veram. Tunc ergo ſupplenda eſt litera, ꝙ ſi illi, quibus non eſt annunciatum, & qui non audierunt prędicari de chriſto, intellexerũt prædicationem meam veram eſſe, ergo prædicaui vbi non nominatus eſt chriſtus. Notandum autem ꝙ auctoritas hæc inducta legitur Iſa. vlt. vbi habet, Et annũtiabunt gloriam meam Gentibus, qui non audierunt de me, & non viderunt gloriam meam. Notandum etiam ꝙ in his verbis oſtendit propheta, ꝙ Gentes excellentiori modo peruenerunt ad cognitionem dei quàm perueniſſent antea Iudęi: nã duplex eſt ſenſus diſcipuli, viſus, & auditus: & dupliciter venimus in cognitionem veritatis. Iudęi ergo, in cognitione diuina non tãtum profecerunt antea, ſicut gentes profecerunt poſtea: quia non viderunt myſteria, quę Prophetæ nunciauerunt: gentes autem hæc viderũt. Ideo inquit, Quibus non eſt nuntiatum de chriſto, videbunt, ſupple, quod non viderunt Iudæi. Secundò Gentes habuerũt excellentiorem cognitionem non ſolum quantum ad res viſas, ſed etiam quantum ad verba intellecta: quia omnia in figura contingebant illis. verba enim prophetica, quæ erant de futuro, non ita poterant bene intelligere Iudæi, ſicut intellexerunt Gentiles: nam hæc de præterito ipſi intelligebant. Et ideo quantum ad hoc ſubdit, Et qui non audierunt, intelligent, ſupple, quod non intellexerunt Iudæi.

Dubitaret forte aliquis de illo verbo apoſtoli, Certus ſum autem fratres, quoniam pleni eſtis dilectione.) nam nullus poteſt eſſe certior de aliquo, quàm de ſe ipſo: ſed de ipſo neſcit homo, vtrum odio, vel amore dignus ſit, vt dicitur Eccleſ. 9. ergo &c. Dicendum, quod in dilectione diuina eſt tria conſiderare, videlicet, charitatis habitum, charitatis actum, & acceptionem diuinam. Si ergo poſſemus ſcire nos habere charitatem, vt communiter ponitur, vel hoc eſſet ex parte diuinæ acceptionis, & ſic nullo modo hoc ſcire poſſumus, niſi per reuelationẽ: nullus enim cognouit ſenſum domini, & nullus conſiliarius eius fuit: ideo quid acceptet, & quid non acceptet, cum non ſimus eius ſecretarii, nec eius conſiliarii, ſcire non poſſumus, niſi ipſe per ſuam miſericordiam hoc nobis reuelare dignetur. Secundo ex parte ipſius habitus, & ita non poſſumus certitudinaliter ſcire nos habere charitatẽ: quia in cognitionem habitus deuenimus p actus: poteſt enim homo ſcire, vtrum ipſe diligat proximum, vel non diligat: ſed vtrum ille actus dilectionis procedat ex habitu charitatis, vel ex aliqua pietate naturali, vel ex aliquo alio habitu acquiſito, ſcire non poteſt: quia tanta poteſt eſſe ſimilitudo inter actum dilectionis procedẽtẽ ex aliis cauſis, & actũ procedẽtẽ ex habi-

A tu charitatis, ꝙ nos inter hũc & illũ certitudinal'r non ſumus ſufficiẽtes diſcernere. Poſſumus ğ ſcire, ꝙ diligimus, & ꝙ volumus bonũ, ſed vtrũ illud velle ſit meritoriũ, & vtrũ procedat ex habitu charitatis, certitudinaliter ſcire nõ poſſumus. Tertiò ex parte ipſius actus, ẽt nõ poſſumus eſſe certi: quia ſicut in cognitionẽ habituum deuenimus per actus, ſic & in cognitionem actus deuenimus p obiecta: & ſicut poterat eſſe ſimilis actus qui procedebat ex charitate & ex aliis cauſis, & ob id dicebamus, ꝙ ex ipſis actibus nõ poteramus certitudinalitar ſcire nos habere habitũ charitatis: ſic qa põt eſſe idẽ obiectũ in quod tendimus per actũ procedentẽ ex actu charitatis, & per actum procedentem ex aliis cauſis, ideo nec ex parte actus, nec ex parte habitus, neq; ex parte acceptionis diuinæ, poſſumus ſcire, an amore, aut odio digni ſimus. Nam ſi aliquis diligit deũ & in eum tendit per dilectionem, neſcit tamen quid ſit iſte actus dilectionis, & an procedat ex dictamine naturalis rationis, vel ex habitu charitatis: ergo de ipſo nõ

B poſſumus eſſe certi. Poſſumus tamen habere coniecturas multum probabiles: vt ſi libenter audimus verba dei, ſi libentur vacamus ſpiritualibus bonis, & ſimilibus. Secundum hęc igitur tripliciter reſpondemus ad quæſtionem propoſitã. Nam cum dicit apoſtolus ſe eſſe certum, Romanos eſſe plenos dilectione: forte hoc dicebat, quia per reuelationem habebat aliquos tales eſſe: ita ꝙ ex parte diuinæ acceptionis poterat hoc ſcire, quia forte ei reuelatum fuerat. Secundo poſſumus reſpondere, ꝙ poterat hoc ſcire ex parte habitus, cũ ipſe dicat, vos eſſe plenos dilectione. vnde gloſa exponens ait, ꝙ Romani erant pleni dilectione, qua volebant aliis bonum. poteſt autem quis ſcire ꝙ in eo eſt dilectio, qua vult bonum: ſed vtrum illa dilectio, ſit habitus charitatis, ſcire non poteſt. Tertio poſſumus reſpondere, ꝙ hoc poterat ſcire ex parte ipſius actus: nã agnoſcens eorum miſericordiam erga proximos quæ effectus eſt charitatis, perſuadere ſibi poterat Roma-

C nos plenos eẽ dilectione: & tũc cum dicit, Certus ſum) certitudo illa ſonabit idem quod probabilis coniectura: & tunc non habet difficultatem quod quæritur.

Vlterius forte dubitaret aliquis, vtrũ homo certior poſſit eſſe de alio, quàm de ſe ipſo. Et videtur ꝙ ſic: quia apoſtolus dicit hic ſe eſſe certum, ꝙ aliqui ex Romanis erant pleni dilectione, & tamen, vt dicebatur, homo de ſeipſo hoc ſcire non poteſt. Dicendum, ꝙ ſcire de alio an ſit in charitate, vel hoc eſt in generali ſub modo confuſo, vel in particulari ſub modo ſignato. Si in particulari et ſub modo ſignato, nunq̃ quis ita bene ſcit de alio, ſicut de ſeipſo: quia ſi hæc notitia eſt per coniecturam, plures coniecturas poteſt quis habere de ſeipſo, q̃ de alio. Si autem hoc ſcit per reuelationem, credere debemus, ꝙ ſi alicui reuelatur de ſalute alterius, ꝙ magis reuelatur ei de ſalute propria.

D Sed ſi loquamur in generali & ſub modo confuſo, forte non eſſet inconueniens aliquem maiorem certitudinem habere de aliquo, quàm de ſeipſo, vt puta in vno magno populo, in vna magna congregatione, ꝙ ſint ibi aliqui boni, licet neſciamus in ſpeciali diſcernere qui ſint illi. Et ſecundum hoc poteſt haberi ſolutio ad dictum apoſtoli: quia certus erat, ꝙ inter Romanos erant aliqui pleni dilectione, & erant exiſtentes in charitate. ſic quilibet debet eſſe certus, ꝙ in vna magna cõgregatione ſunt multi tales, licet in particulari, qui ſint illi, ſcire non poſſimus.

Vlterius forte dubitaret aliquis de eo qđ apl's ait, Repleti omni ſcientia. Contra: ſcientia non replet, immo inflat, vt dicitur. 1. Cor. 8. Dicendum ꝙ ſcientia ſine charitate inflat, vt ipſemet in eodem loco habet: ſed ſcientia informata charitate non inflat, immo replet & ædificat.

LECTIO. LI.

PRopter quod & impediebar plurimum venire ad vos: & prohibitus ſum vſq; adhuc.

Poſtquàm Apoſtolus excuſauit ſe, quòd Romanos reprehenderat: in parte iſta ſe excuſat, ꝙ eos viſitare tantum tardauerat. Circa quod tria facit: quia circa viſitationē Romanorum primo oſtendit, ꝙ eius propoſitum non eſt immutatum: ſecundo declarat, ꝙ ad præſens rationabiliter ſuum propoſitum eſt dilatum: tertio ex his quæ dixerat concludet, quando huiuſmodi erit propoſitum adimpletum. Secunda ibi. Nūc igitur proficiſcar in Ieruſalē.) Tertia ibi, Hoc igitur cum conſumauero.) Circa primum quatuor facit, ſecundum ꝙ quadrupliciter eius propoſitum circa Romanorum viſitationem probat immutatum non eſſe. Nam primo oſtendit hoc ex rationabili impedimento. Secundo ex dicti propoſiti duratione. Tertio ex implendi affectione. Quarto ex fructificandi gaudio, & lętificatione. Secunda, ibi, Nunc vero vlterius.) Tertia, ibi, Nunc in Hiſpaniam.) Quarta, ibi, Et auobis deducar.)

Ad euidentiam autem primę partis ſciendum, ꝙ rationale impedimentum licet faciat quòd bonum propoſitum differatur, non tamen facit ꝙ auferatur: proponens enim bonum facere, ſi rationali impedimento retardetur a propoſito illo, non tamen propter hoc, ab huiuſmodi propoſito remouetur. Formetur ſic ratio, quicunq; à bono propoſito rationali impedimento impeditur non propter hoc ab illo bono propoſito remouetur: ſed ego propter rationale impedimentum, vt propter prędicationem euangelii, impediebar plurimum ab hoc bono propoſito, quod habebam veniendi ad vos, & prohibitus ſum vſq; adhuc ergo nō propter hoc ab huiuſmodi propoſito ſum remotus. De hac ratione ponit virtutem medii. Continuetur autem ſic. Dictum eſt, ꝙ ego ſic per circūitum repleui, ſic prædicaui: propter quod, ideſt, propter quam prædicationem impediebar plurimum venire ad vos, & prohibitus ſum vſq; adhuc. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio ꝙ, cum iſtud fuerit rationale impedimentum, ſum excuſandus: quia meum propoſitum licet ex hoc ſit dilatum, non tamen eſt ſublatum. Deinde cum dicit.

Nunc vero vlterius locum non habens in his regionibus, cupiditatem habens veniendi ad vos ex multis iam præcedētibus annis.

Adducit ſecundam rationem ſumptam ex ſui propoſiti duratione. Formetur ſic ratio, Quicunq; expectans remotionem impedimentorum, & ex multis annis in ſuo propoſito perdurat: ille non eſt à ſuo propoſito immutatus: ſed ego ſublato impedimento & nō habens vlterius cauſam remanendi in his regionibus, ex multis annis cupiditatem habui veniendi ad vos, ideſt, multis annis in hoc propoſito perduraui: ergo nō ſum ab hoc propoſito imutatus, ſed ſum meritò excuſandus. De hac ratione ponit virtutem medii. Continuetur autem ſic, bene dico ꝙ ſæpe propoſui venire ad vos, & propter prædicationem euangelii prohibitus ſum vſq; adhuc: ſed nunc, quia ſic per circūitum euangelium prædicaui, non habens vlterius locum,

A ideſt, non habens vlterius materiam & cauſam in his regionibus (ſupple) remanendi: cupiditatem autem habens, ideſt, voluntatem habeo veniendi ad vos ex multis iam præcedentibus annis. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, ꝙ cum ego ſemper hunc diem expectauerim, ꝙ tolleretur impedimentum ad vos veniendi, & cum multis annis hāc cupiditatem habuerim, & in hoc propoſito perdurauerim, merito ſum excuſandus, & non ſum à meo propoſito immutatus. Notandum autem ꝙ tam ratio prima ſumpta ex rationabili impeditione, quàm etiam hęc ratio ſumpta ex ſui propoſiti duratione, concludit Apoſtolus ꝙ eſt excuſandus ſi diſtulit ire ad Romanos: & concludit etiam quod nō eſt a ſuo propoſito immutatus, licet fuerit ab impletione dicti propoſiti impeditus. Notandum etiam ꝙ Apoſtolus (vt gloſſa innuit) volens excludere pſeudoapoſtolos, & timens ne illi cum in prædicando partes illas pręuenirent, rationabiliter diſtulit ire ad Romanos,
B volens prius per circuitum replere partes illas prædicatione euangelii: quo facto, non habens vlterius locum, ideſt, non habens vlterius materiam & cauſam remanādi in partibus illis, proponebat ire ad Romanos: quod propoſitum habuerat multis iam præcedentibus annis. Deinde cum dicit.

Cum in Hiſpaniam proficiſci coepero, ſpero quòd præteriens videam vos,

Adducit tertiam rationem ſumptam ex adimplendi ſuum propoſitum deſiderio & affectione. Formetur autem ſic, Quicunq; vult & deſiderat ſuum propoſitum adimplere, & vult per vos tranſire, & vos videre, & viſitare, ille non eſt à ſuo propoſito immutatus: ſed ego cum in Hiſpaniam proficiſci coepero, ſpero ꝙ præteriens, ideſt, tranſiens per vos videam & viſitē vos: ergo cum velim hoc meum propoſitum adimplere, non
C ſum ab hoc meo propoſito immutatus. De hac autem ratione ponit minorem, vbi eſt tota vis rationis, & tota virtus medii. Cōtinuetur autem ſic, bene dico ꝙ ex multis annis cupiditatem habui veniendi ad vos, & in hoc propoſito perduraui, & non ſum ab hoc propoſito immutatus, immo volo hoc propoſitum adimplere: volo autem ipſum adimplere hoc modo, quia cum in Hiſpaniam cœpero proficiſci, ſpero ꝙ præteriens ideſt, tranſiens per vos Romanos, videam vos, ideſt viſitem vos. Notandum autem ꝙ Romanis erat prædicatum per Petrum, & erant docti per epiſtolam Pauli, ideo non indigebant, ꝙ Paulus, eos perſonaliter viſitans, tantam moram faceret: & ideo ait, ſpero ꝙ ego videam pręteriens, ideſt, tranſeundo: quia non indigetis, ꝙ ego apud vos longam moram faciā. Et vt gloſa ait, præteriens videbo vos, quia non indigetis longa mora: attamen interea vos præteriens videbo, ne me à cæteris negotiis retardetis. Deinde cum dicit.

D **Et a vobis deducar illuc, ſi vobis primū ex parte fruitus fuero.**

Adducit quartam rationem ſumptam ex fructificandi gaudio, & lętificatione: non enim erat apoſtolus à ſuo propoſito immutatus, quin vellet ire ad Romanos immo volebat ire ad eos, vt faceret eos fructificare, de qua frutificatione gaudebat, & lætificabatur. Formetur autem ſic ratio, Quicunque vult a vobis deduci in Hiſpaniam, vt per vos veniens, & vos viſitans, vobis fruatur, ideſt, gaudeat, & lætetur de fructu veſtro, ille à propoſito vos viſitandi nō eſt immutatus, immo vult huiuſmodi propoſitum adimplere: ego ſum huiuſmodi, ergo &c. De hac autem ratione ponit virtutem medii. Continuetur autem ſic, Bene dico ꝙ habeo cupiditatem ex multis annis vos videre, & non ſum ab hoc propoſito immutatus, immo volo hoc propoſitum adimplere, quia ego ibo in Hiſpaniam, & veniam per vos, (et à vobis deducar illuc,) ideſt, in Hiſpaniam) ſi vobis)

vobis,ideſt,ita tamen ꝙ(vobis primum ex parte fruitus fuero,)ideſt,de fructu lætatus fuero. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio,ꝙ cum ego veniens ad vos,intendam ſic vobis frui,& de veſtro fructu gaudere, non ſum à meo propoſito immutatus,ſed ipſum deſidero adimplere. Notandum autem ꝙ dicit, deducar illuc, ideſt, in Hiſpaniam,quod dupliciter pōt intelligi:vno modo,ꝙ referatur ad Romanorum dominium:alio modo,ꝙ referatur ad Romanorum affectum. Secundum primum modum erit ſenſus,A vobis,ideſt,per vos Romanos deducar illuc,ideſt,in Hiſpaniam. quaſi diceret,vos eſtis principes mundi,& Hiſpania vobis tributaria eſt:& quia ſic eſt ideo à vobis,ideſt,per auxilium veſtrum,potero illuc pergere,& illuc deduci. Si verò referatur ad Romanorum affectum, tunc ſic leget litera,Ego Paulus cum ibo in Hiſpaniam & tranſibo p vos,& ſecũdũ veſtrũ affectũ & beneplacitũ,inter vos moram contraham:& quia ſic erit,à vobis, ideſt,ſecundum veſtrum arbitrium,deducar illuc, ideſt,in Hiſpaniam. quaſi diceret,ego illuc ibo,quando placebit vobis. Vnde,Origenes ait,quòd Apoſtolus Romanorum erga ſe nutrit affectum, cum moram inter Romanos, ſecundum Romanorum arbitrium collocat, vt dicat ſe ab eis deducendus:& tunc deducendus, cùm animo Romanorum ſatisfecerit. Notandum etiam quòd id, quod ait(ſi vobis ex parte primum fruitus fuero) tripliciter poteſt exponi. Primo,vt referatur ad Romanos,inter quos aliqui erant boni, & aliqui mali:ex parte autem bonorum poterat frui, ideſt, de eorum fructu gaudere:ſed ex parte malorum non poterat frui,quia non poterat de eorum fructu gaudere,immo debebat de eorum damno dolere. Ergo ex parte poterat frui,non ex toto:quia nō omnes boni erant. Vel ſi volumus hoc quod diximus(ex parte,) referre ad malos,& ad diſcordes. tum erit ſenſus, ꝙ Apoſtolus veniens ad Romanos antequàm recedat ab eis,frui vult eis etiam ex parte illa,quæ eſt mala,& quæ eſt diſcors:quia intendebat per ſuum aduentum,illam partem conuertere,& facere bonam. quod faciendo, volebat eis frui,ideſt,volebat gaudere de eorum fructu. Alio modo poteſt exponi,vt (ex parte)non referatur ad Romanos,ſed ad tempus:dicebatur ante,ꝙ primus inter apoſtolos Petrus prædicauit Romanis: & quia tantus Apoſtolus eis prædicauerat, non indigebant magna inſtructione, nec indigebant ꝙ Paulus inter ipſos magnam moram contraheret. Ideo dicebat, ꝙ Paulus præteriens,& in tranſitu volebat eos videre. Sic ẽt dicit nunc ꝙ ex parte temporis, ideſt,per aliquantulum temporis volebat eis frui, ideſt, volebat pręſentialiter de eorũ fructu gaudere. Deindecũ dicit.

Nunc igitur proficiſcar in Hieruſalem miniſtrare Sanctis. Probauerũt. n. Macedonia,& Achaia collationẽ aliquam facere in pauperes ſanctos, qui ſunt in Hieruſalem. Placuit enim eis:& debitores ſunt eorum.

Poſtquam oſtendit Apoſtolus,ꝙ propoſitum ſuum erga Romanos viſitandos non eſt immutatum: in parte iſta declarat,quare hoc propoſitum ſuum nunc ſtatim non adimpletur, oſtendens ꝙ rationabiliter huiuſmodi propoſitum adhuc differtur. Circa quod duo facit:quia primo facit quod dictum eſt: ſecundo quoddam quod ſuppoſuerat probat,ibi,Nam ſi ſpiritualium.)Ad euidentiam primæ partis ſciendum, ꝙ Apoſtolus proponebat viſitare Romanos, tamen rationabiliter volebat hanc viſitationem differre,donec ſanctis, qui erant in Hieruſalem, deferret collectas, quas eccleſiæ Græcorum fecerant pro illis. Poteſt autem ſic formari ratio,Quicũque vult viſitare ſanctos, qui ſunt in Hieruſalem,et vult eis deferre illos ſumptus,& illas collectas, quas eccleſiæ Græcorũ fecerãt,

A & voluerunt,et debuerunt facere pro illis,ille rationabiliter poteſt differre viſitationem veſtram: ſed,o Romani,ego ſum huiuſmodi,et volo hoc miniſterium facere:ergo viſitationem veſtram ad præſens poſſum rationabiliter differre. Continuetur autem ſic,Ego Apoſtolus propono vos Romanos viſitare,ſed ad præſens oportet hoc meum propoſitum dilationem habere, Ideo ait,ꝙ(nunc igitur)ſupple,antequã veniã ad vos Romanos (proficiſcar in Hieruſalem miniſtrare ſanctis,)qui ſunt ibidem. & ſubdit cuiuſmodi viſitationẽ vult facere illis ſanctis dicens,ꝙ(Macedonia, et Achaia),ideſt,illæ eccleſiæ Græcorum(probauerunt enim,) ideſt approbauerunt(aliquam collationem,)ideſt,aliquã collectam(facere,)ideſt,aliquam pecuniam colligere(in pauperes ſanctorum,)ideſt,in pauperes de numero ſanctorum(qui ſunt ĩ Hieruſalẽ.)et ſubdit,quomodo hanc collectam fecerunt,dicens,ꝙ (eis,)ideſt,illis eccleſiis,(placuit)ſupple,illam collectam facere(et
B debitores ſunt eorũ,)ideſt,illorum ſanctorum:tenebãtur enim pro dictis ſanctis illas collectas facere. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio,ꝙ cũ Apoſtolus haberet tantum negotium facere,ꝙ debebat illas collectas deferre ſanctis,& miniſtrare eis,rationabiliter poterat Romanorum viſitationem differre. Notandum autem, ꝙ ſi datio debet eſſe accepta deo, debet fieri hilariter, iuxta illud. 2. Cor. 9. Hilarẽ enim datorẽ, diligit deus. Ideo hic ait Apoſtolus, placuit eis. i. hilariter hmōi collectã pro ſanctis facere voluerũt,et fecerũt. & ideo magis meruerũt. Notãdũ ẽt ꝙ Iudęi à principio cõuerſi,vẽditis poſſeſſionibus eorũ,de pretio qđ inde acceperãt,cõiter viuebãt:cũ ergo defeciſſent illis facultates,et maxime quadã magna fame imminente,propoſuerunt Chriſtiani ea diuerſis partibus mundi de ſuis facultatibus ſubuenire illis ſanctis habitãtibus in Iudęã. Propter hoc ergo miniſteriũ peragẽdũ, & vt miniſtraret illis eleemoſynã illã,quã aliquę Græcorũ ec-
C cleſię pro ſanctis illis collegerãt,volebat Apoſtolus ad tẽpus Romanorũ viſitationẽ differre. Deinde cũ dicit.

Nam ſi ſpiritualium eorum participes facti ſunt Gentiles, debent & in carnalibus miniſtrare illis,

Poſtquàm Apoſtolus oſtendit,ꝙ ſuum propoſitum de viſitandis Romanis rationabiliter e dilatũ. In parte iſta declarat,ꝙ in ſua ratione fuerat ſuppoſitũ. Suppoſuerat. n. ꝙ Chriſtiani illi qui collectas fecerãt pro ſanctis,qui erant in Hieruſalem,debitores erant illorũ ſanctorũ:qđ probat,intendens talẽ rationẽ, Quicunq; ſunt participes bonorũ ſpiritualiũ,tenentur,et debent aliis in carnalibus. i. in tẽporalibus miniſtrare: ſed gentiles ſunt hmōi:ergo &c. De hac aũt ratione ponit vie tẽ medii. Cõtinuetur aũt ſic,Bene dico,ꝙ Chriſtiani facientes collectã pro ſctis,q ſunt in Hieruſalẽ ſũt debitores eorũ:(Nã ſi gẽtiles). i. Chriſtiani illi,q prius erãt gẽ-
D tiles,& nũc ſũt cõuerſi(ſunt facti participes eorũ). i. Iudęorũ(ſpiritualiũ bonorũ, debent). i. tenẽtur(eis. i. Iudęis.(& in carnalibus)& in ſpiritualibus(miniſtrare.)Similis ẽt ſnia habetur. 1. Cor. 9. vbi dicitur,ſi nos vobis ſpũalia ſeminauimus,magnũ eſt ſi nos carnalia veſtra metamus. Notãdũ aũt,ꝙ ſanctos exiſtẽtes in Hieruſalẽ miniſtrare ſpũalia gentibus,& feciſſe gentes participes ſpũaliũ bonorũ,pōt intelligi dupliciter:vel rōne generis:vel rōne pſonarũ. Ratione quidẽ generis, quia gentiles à genere Iudæorũ habuere multa ſpũalia bona: qa(vt dicebatur ſupra cap. 11)cũ populus gẽtilis oleaſter eſſet,cõtra nãm inſertus eſt in bonã oliuã,& ſocius factus ẽ radicis,& pinguedinis. Vel pōt hoc intelligi ẽt quũ ad pſonas:qa ad literã illi Iudęi,q erãt in Hieruſalẽ,miſerãt Gẽtibus Prędicatores,& ita fecerãt eos ſpũaliũ bonorum participes:non ergo erat mirũ ſi Græci, qui ab aliis ſanctis Iudęis ſpiritalia bona recipiebant, eis temporalia miniſtrabant. Deinde cum dicit.

Hoc igitur cum conſumauero, & aſſignauero eis fructum hunc per vos proficiſcar in Hiſpaniam.

Ex his, quæ dixerat, concludit, quando erit hoc ſuũ propoſitum adimpletum. Circa quod duo facit. Primo oſtendit, quando poterit hoc ſuum propoſitum adimplere: ſecundo declarat, quem fructum, & quam vtilitatem, ex eius viſitatione Romani poterunt conſequi, & habere, ibi, Scio autem quoniam veniens.) Poſſet ratio ſic formari, Quandocunq; impedimẽtum eſt remotum, debet eſſe bonum propoſitum adimpletum: ſed cum conſumauero hoc opus, hoc miniſterium, & cum aſſignauero hunc fructum .i. hanc eleemoſynam factam, tũc (ſupple) erit remotũ impedimentũ, tunc ego proficiſcar per vos in Hiſpaniá, tũc viſitabo vos, & tunc erit hoc meum propoſitum adimpletum. Continuetur autem ſic, Ita oportet me miniſtrare ſanctis, antequàm ad vos proficiſcar (Igitur cum conſumauero hoc), idest, cum perfecero hoc opus adminiſtrationis (Et aſſignauero eis,) idest, illis ſanctis (hunc fructum) .i. hanc eleemoſynam, & hanc collectam, quã voluerunt eccleſiæ Græcorum facere pro eis, tunc (proficiſcar per vos in Hiſpaniam,) idest, tũc veniam ad vos, & viſitabo vos, & per vos proficiſcar in Hiſpaniam: & tunc erit huiuſmodi meum propoſitum adimpletum. Deinde cum dicit.

Scio autem quoniam veniens ad vos, in abundantia benedictionis chriſti veniam.

Oſtenſo ꝙ eius viſitationis propoſitum non eſt immutatum, & declarato quando erit huiuſmodi propoſitum adimpletum: in parte iſta declarat quantum fructum Romanorum genus erit ſecutum. Circa quod tria facit. Primo oſtendit ꝙ Romani propter ſuam viſitationem habebunt magnum fructũ: ſecundo expoſcit a Romanis orationis ſuffragium: tertio implorat pro eis Diuinum auxilium. Secunda, ibi, Obſecro vos fratres.) Tertia ibi, Deus autem pacis.) In prima parte intendit talem rationem, Quicunque veniet ad vos in abundantia benedictionis chriſti, ex illius aduentu, & ex illius viſitatione habebitis magnum fructum: ego ſum huiuſmodi, ergo &c. Ideo ait (ſcio autem quoniá veniens ad vos, veniam in abunduntia benedictionis chriſti.) Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, ꝙ cum ſic ſit, ex meo aduentu, et ex mea viſitatione habebitis magnum fructum. Notandum autem ꝙ propter ſocietate bonorum deus benedicit aliis quibus ſunt aſſociati: confert enim multas gratias deus propter bonorũ ſocietatem. Exemplum habemus de Iacob, qui cum Laban Dominus benedixit illi Laban propter ipſum, iuxta illud Gene. 30. quod dixit Iacob ipſi Laban, Modicum habuiſti antequam venirẽ ad te, nunc diues effectus es: benedixitq; tibi deus ad introitũ meum. Simili etiam modo ad introitum pauli Deus benedicturus erat Romanis. Ideo ait ſe venturum ad eos in abundantia benedictionis chriſti. Deinde cum dicit.

Obſecro ergo vos fratres per dominum noſtrum Ieſum chriſtum, & per charitatem ſancti ſpiritus, vt adiuuetis me in orationibus veſtris pro me ad deum, vt liberer ab infidelibus qui ſunt in Iudæa.

Expoſcit à Romanis orationis ſuffragium. Vbi ſciẽdum ꝙ Apoſtolus Paulus tripliciter põt conſiderari. Primo conſiderari poterat quantum ad perſonam propriam, cui populus infidelium, & maxime populus Iudaicus mirabiliter inſidiabatur, & mirabiliter inuidebat. Secundo poteſt conſiderari quantum ad negotium quod agebat præſentialiter, vt quia ſanctis,

A qui ſunt in Hieruſalem, miniſtrare cupiebat. Tertio conſiderari poterat quantum ad id quod in futuro facere ſperabat, vt quia Romanos viſitare volebat. Secundum hoc ergo triplex ſuffragium poſtulabat: & ſecundum hoc, hæc pars diuiditur in tres partes. Primo ratione perſonæ propriæ poſtulabat orationis ſuffragium, vt ſit ſua perſona ab Infidelibus liberata. Secundo ratione negotii, quod præſentialiter agebat; vt quia ſanctis miniſtrare volebat, & eis oblationem, & eleemoſynam deferebat, poſtulat orationis ſuffragium, vt ſit ab illis ſanctis illa eleemoſyna, & illa oblatio acceptata. Tertio quantum ad negotium, quod in futuro agere volebat: vt quia ad Romanos ſe iturum ſperabat, poſtulat orationis ſuffragium, ꝙ ſuus aduentus, & ſua itineratio ad Romanos ſit cum Romanorũ gaudio. Secunda, ibi, Et obſequii mei.) Tertia, ibi, Vt veniam ad vos.) In prima parte poſſet ſic formari ratio, Quicunq; miniſter chriſti, & quicunq; per charitatem membris chriſti eſt coniunctus, ſi videat ſibi inui-
B deri, & inſidiari ab infidelibus, debet obſecrare alios fideles, & alios chriſtianos per Ieſum chriſtum, cuius eſt miniſter, & per charitatem ſancti ſpiritus, per quam eſt eis coniunctus, vt per eorum orationes valeat ab infidelibus liberari: ego ſum huiuſmodi, ergo &c. Continuetur ſic, dico ꝙ ego volo proficiſci in Ieruſalem, vt miniſtrem ſanctis, & vt deferam eis collectam, quam pro eis fecerunt Græcorum eccleſiæ: cum ergo debeã hoc iter facere, & cognoſcam mihi inuideri ab infidelibus Iudæis, ideo obſecro vos fratres per dominum noſtrum Ieſum chriſtum) cui & famulamur, (et per charitatem ſpiritus ſancti per quam coniungimur, vt adiuuetis me in orationibus veſtris ad deum) idest apud deum, (vt liberer ab infidelibus qui ſunt in Iudæa,) idest, ab infidelibus Iudæis. Notandum autem ꝙ Apoſtolus videns ſe vtilem, petebat orationis ſuf-
C fragium, vt liberaretur ab infidelibus, ne illo itinere quod habebat facere eius perſonam offenderent. Rurſus quia portabat pecuniam, & eleemoſyná quam volebat dare ſanctis, petebat orationis ſuffragium, vt liberaretur ab infidelibus, ne ſibi in illo itinere pecuniá illam acciperent, per cuius pecuniæ amiſſionem defraudarentur ſancti illi à deſiderio ſuo, idest, à ſubuentione quam expectabant. Deinde cum dicit.

Et obſequii mei oblatio accepta fiat in Ieruſalem ſanctis.

Petit orationis ſuffragium, quantum ad negotium quod pręſentialiter agebat, vt eleemoſyna, quam portabat, eſſet ſanctis accepta. Poteſt autem ſic formari ratio, Quicunq; in aliquo negotio poteſt impediri, debet expoſcere orationis ſuffragium, vt ſua exequutio ſit accepta: ſed ego volens miniſtrare ſanctis poſſum in meo obſequio impediri: ğ debeo expoſcere oratio-
D nis ſuffragium, vt ſanctis illis huiuſmodi exequutio, & huiuſmodi oblatio ſit accepta. Cõtinuetur autem ſic, ego peto orationis ſuffragium, vt liberer ab infidelibus (et ꝙ oblatio obſequii mei), idest, eleemoſyna, quã obſequendo, & miniſtrando porto, (fiat accepta ſanctis in Ieruſalem,) idest, qui ſunt in Ieruſalem, vel in Ieroſolima, vt habet alia litera. Notandum ꝙ oratio obſequii Pauli, idest, eleemoſyna quam Paulus obſequendo, & miniſtrando ſanctis deferebat, poterat eſſe nõ accepta ſanctis illis dupliciter. Primo ex parte ipſius eleemoſyne, puta ſi Paulus illam perdidiſſet in via vt ſi infideles depredati fuiſſent ipſum. Secundo hoc poterat contingere ex parte ipſorum ſanctorum recipientium eleemoſiná, vt puta ſi poſt eleemoſinæ receptionem, non aſſurrexiſſent i diuinás laudes, & in eius gratiarum actiones. Vtroque modo poſcebat Paulus orationis ſuffragium vt ſcilicet illa oblatio, & illa eleemoſina ſit accepta ſanctis illis, ꝙ eam non ſurriperent infideles: & ꝙ ex receptione illius eleemoſyne illi aſ-

ſurgerent in gratiarum actiones, & in diuinas laudes. Notandum etiam ꝙ ex hoc poteſt patere ſeries textus: quia Apoſtolus volebat liberari ab Infidelibus, ne impedirent iter ſuum, & ne ei ſurriperent, vel ſubtraherēt eleemoſynam, quam portabat, per cuius itineris impeditionem, vel eleemoſynę ſubtractionem Sancti illi defraudaretur ab eleemoſyna illa, et fieret eis illa eleemoſyna per conſequens non accepta. Deinde cum dicit.

Vt veniam ad vos in gaudio per voluntatem dei: & refrigerer vobiſcum.

Petit orationis ſuffragium, quantum ad negotium, quod agere ſperabat: vt quia ad Romanos ire volebat poſtulabat, vt huiuſmodi aduentus & intineratio poſſit eſſe cum Romanorum gaudio, et cum eorum refrigerio perpetrara. Formetur ſic ratio, Quicūq; vult venire ad aliquos, vt debite vadat ad eos, & vt poſſit gaudere cum eis in proſperitatibus, & refrigerari, ideſt, cōſolari cum ipſis in aduerſitatibus, debet vt hoc fiat expoſcere orationis ſuffragium: ego ſum huiuſmodi, ergo vt hoc fiat expoſco orationis ſuffragiū. Continuetur autem ſic, O fratres mei, ego obſecraui vos, vt adiuuaretis me in orationibus, vt liberer ab infidelibus, & oratio mea ſit accepta a ſanctis. Etiam obſecro vt iuuetis me in orationibus, vt debite ad vos veniam, vt ſcilicet per voluntatem dei veniam ad vos in gaudio: & quantum ad proſperitates refrigerer vobiſcum, ideſt, vt poſſim vobiſcum refrigerari, & vt poſſim vos conſolari, ſi aliquas habuiſſetis aduerſitates. Notandū autem ꝙ deo volente fiunt bona, ſed deo permittente fiunt mala. Igitur vt aduentus Pauli ad Romanos eſſet bonus & non malus, dicit ſe per dei voluntatem ire velle. Deinde cum dicit.

Deus autem pacis ſit cum omnibus vobis. Amen.

Implorat pro eis diuinū auxilium. Nam quia Apoſtolus adhuc abſens erat, nec poterat eos præſentialiter conſolari, optat eis optimum conſolatorem, dicens, Deus autem pacis, ideſt, qui eſt pacis dator & conſolationis tributor, ſit cum omnibus vobis, vos pacificando, & conſolando. Subdit autem ad cōſolidationem dictorum, AMEN, ideſt, Fiat, Fiat.

Dubitaret forte aliquis de eo quod apoſtolus ait, Si vobis primum ex parte fruitus fuero. Contra, Auguſtinus de Doctrina chriſtiana in principio inquit, Tres ſunt quibus fruendum eſt. Et idem in eodem ait, Illis rebus fruendum eſt, quę nos beatos faciunt. Huiuſmodi autem ſunt Pater, Filius, et Spiritus ſanctus. Nō ergo fruendum eſt hominibus. Dicendum quòd ſecundum Auguſtinum ibidem, homine non eſt fruendum in ſe, vt in eo finis conſtituatur: homine tamen in Deo eſt fruendum, iuxta illud, Ita frater ego te fruar in domino. *Ad Philem.* Cum enim hoc fit, non homine in ſe fruimur, ſed magis Deo in homine fruimur. Subintelligendum eſt ergo, ſi vobis primum fruitus fuero in Domino. Vel poſſumus dicere ꝙ hoc quod ibi additur, ex parte, ſufficienter quęſtionem ſoluit: vt det intelligere, quòd illud quo quis fruitur ſimpliciter fruitur in ſe; ſed quo quis non fruitur ſimpliciter ſed ex parte, non fruitur eo in ſe ſed in alio. Sed quia apoſtolus dixerat ꝙ volebat frui Romanis ex parte, dabat intelligere ꝙ nolebat eis in ſe, ſed in alio, vt in Domino. Frui autem homine in Dño, vt dicebatur, nō proprie eſt frui homine, ſed magis eſt frui Deo in homine.

Vlterius forte dubitaret aliquis de eo qđ Apoſtolus ait, Proficiſcar p vos in Hiſpaniā. Videtur aūt falſum dixiſſe, quia nunq̄ in Hiſpaniā iuit; ſed Ieruſalē captus fuit, & inde Romā vinculatus ductus eſt, iuxta illud qđ habetur Act. vltimo, Vinctus ab Ieroſolymis traditus ſum in manus Romanorum. Ibi autem Romæ ſimul A cum Petro occiſus eſt. Dicendum quòd ſecundū quoſdam in Hiſpaniam iuit. Nam cum venit Romam, vt dicitur Actorum vltimo, permiſſum eſt Paulo permanere cum cuſtodiente ſe milite: propter quod à quibuſdam dicitur quòd per biennium ſic manſit, & in illo ſpatio intermedio in Hiſpaniam iuit. Sed quia hoc eſt voluntarium et non per ſacram ſcripturam approbatum, pari facilitate contemnitur, qua probatur. Vnde poſſumus dicere quòd verba illa Apoſtoli, Per uos in Hiſpaniam proficiſcar, non inſinuant Apoſtoli aduentum, ſed magis Apoſtoli propoſitum: non enim mentiebatur, quia ſic facere proponebat, ſed aliis occupatus diuino conſilio non ſic egit. Hoc etiā modo ſe excuſat. 2. Cor. 1. ꝙ ad eos non iuerat ſicut promiſerat, dicens, Cum ergo hoc voluiſſem, nunquid leuitate vſus ſum? aut quæ cogito, ſecundum carnem cogito, vt ſit apud me, EST & NON? Quaſi diceret, ꝙ immunis eſt à leuitate, quia nō leuitate vſus eſt & carnalitate, q̄a nō ſecundū carnē cogitabat, vt apud eum eſſet, eſt et B non, ideſt, inconſtantia promiſſionis: ſed iuſta de cauſa detentus prætermiſit facere quod promiſerat. Hoc etiam modo ſoluit Gelaſius Papa (et habetur in Decreto, cau. 22. quæſt. 2. cap. Beatus Paulus) dicens, Beatus Paulus apoſtolus non ideo (quod abſit) fefelliſſe credendus eſt, aut ſibi extitiſſe contrarius, quoniam cum ad Hiſpanos ſe promiſiſſet iturum, diſpoſitione diuina maioribus occupatus ea cauſis (ideſt, propter rationabiles cauſas) implere non potuit quod promiſit: quantum enim ipſius voluntatis interfuit, hoc pronūciauit, quod reuera voluiſſet efficere. Simile habemus de beato Petro, vt in eodem Decreto habemus, qui cū dixiſſet, Non lauabis mihi pedes in æternum: non propter hoc dicitur fefelliciſſe, ſi diuina voluntate aſtrictus non tantum pedes ſed etiam manus & caput obtulit ad lauandum. *Eiſdem cau. q. & cap.*

C Vlterius forte dubitaret aliquis: quia cum Apoſtolus eſſet plenus ſpiritu prophetico, videtur ꝙ debuit hoc præſcire, ꝙ diuina diſpoſitione impediri debebat: non ergo debuit hoc pronunciare. Dicendum ꝙ & iſta quęſtio mouetur in Decreto eiſdem cauſa quęſtione & capitulo. vbi dicitur ꝙ quantum ad diuini ſecreta cōſilii licet eſſet ſpiritu dei plenus, non potuit omnia ſuperna vt homo agnoſcere. Simile etiam habemus de Eliſeo, qui accedens filio mortuo Sunamitis, dicit, Dominus celauit à me, & non indicauit mihi. *4. Reg. 4.* Neſciens ergo Paulus in hoc diuinum conſilium, promiſit ꝙ quantum eſt in ſe volebat facere, non tamen illud impleuit diuina diſpotione præuentus.

Vlterius forte dubitaret aliquis de eo quod Apoſtolus ait, Obſecro vos fratres vt adiuuetis me in orationibus veſtris. Videtur ꝙ Paulus eſſet minoris meriti quàm Romani, cum vellet Romanos pro ſe intercedere in orationibus ſuis. Dicendum ꝙ vt gloſa tangit, D hoc non fecit Paulus ad hoc quòd eſſet minoris meriti: ſed triplici de cauſa dicere poſſumus bene factum fuiſſe ꝙ orationes Romanorum expoſcebat. Primo, propter ordinem ſeruandum. Secundo, propter exemplum dandum. Tertio, propter meritum acquirendum. Propter ordinem enim ſeruādum, quia ordo eccleſiæ hoc expoſcit, vt pro Rectore ſuo ab eccleſia fiat oratio. Sic ēt adhuc hoc ſeruat eccleſia, ꝙ pro Pontifice qui oībus pręeſt vlr, p eccleſiam orationes fiant. Secundo hoc fieri debet pp exēplū dandū: in hoc enim datur exemplū ꝙ multi paruifaciūt vnū magnū: ideo impl'e eſt preces multorum non exaudiri, vt ēt gloſſa tangit: & ideo bonū eſt multitudinis orationē expoſcere. Tertio hoc debet fieri propter multum acquirendum, quia dum multi erant, multi gratias agunt, & multi merētur. Ideo vt Apoſtolus prouocaret Romanos ad merēdū et ad gratias agendū, bonū fuit ab eis orationes expoſcere.

LECTIO. LII.

CAP. XVI.

COmmendo autem vobis Phoeben ſororem noſtram, quæ eſt in miniſterio eccleſiæ quæ eſt Cenchreis.

Poſtquàm Apoſtolus inſtruxit Romanos ratione, viam bonam eis & rationabilem oſtendendo: hic inſtruit eos exemplo, eis perſonas quaſdam commendabiles proponendo. Hunc autem continuationis modum videtur tenere gloſſa, quæ dicit ꝙ in hoc Capitulo multos proponit Apoſtolus, quibus Romani debeant credere. Ergo vult hic eos eorum exemplo inſtruere. Ad cuius euidentiam ſciendum ꝙ quantum ad præſens ſpectat, tã ratione quàm exemplo ad tria ſumus inducendi; ſcilicet, quòd debeamus mala fugere, & quòd debeamus in hoc perſeuerare. Ideo hoc capitulum vltimum, vbi Apoſtolus vult Romanos exemplo inſtruere, diuiditur in tres partes: quia primo proponit eis exẽpla quomodo debemus bona facere: ſecundo, quomodo mala fugere: tertio, quomodo in his perſeuerare. Secunda ibi, Rogo autẽ vos.) Tertia, ibi, Salutat vos Timotheus.)

In prima parte hoc modo per exempla inducit Romanos vt bona faciant, quia proponit eis quaſdam perſonas commendabiles, quas imitando bona faciẽt. Circa quod duo facit: quia primo proponit quaſdam perſonas magis notas notitia ſpeciali: ſecundo proponit quaſdam perſonas magis ſibi notas quadam fama & quadam notitia generali, ibi, Salutate Appellem.)

Circa primum tria facit, quia perſonæ illæ ſibi magis ſpecialiter notę in triplici gradu ſi habebant: nam quędam perſonæ erant ſibi ſic ſpeciales ratione collati beneficii: quædam autem propter excellentiam ſpiritualis meriti: quædam vero propter amicitiam familiaris conſortii. Secunda pars incipit, ibi, Salutate Ephnetum.) Tertia, ibi, Salutate Ampliatum.)

Circa primum duo facit, quia illæ perſonæ, quæ erant Paulo ſpeciales ratione collati beneficii, in duplici gradu ſe habebant: quia huiuſmodi collatum beneficium vel erat collatum generaliter, vel erat collatum Paulo ſpecialiter: primo enim commendat Phoeben: quæ miniſtrauerat, & beneficium contulerat multis generaliter: ſecundo mittit, vt ſalutent Priſcam & Aquilam, quæ magnum beneficium contulerant apoſtolo Paulo ſpecialiter, ibi, Salutate Priſcam et Aquilam.)

Circa primum tria facit: quia narrat primo perſonam pro qua rogat: ſecundo deſcribit negotium, pro quo rogat: tertio aſſignat cauſam, quare rogat. Secunda, ibi, Vt eã ſuſcipiatis.) Tertia, ibi, Et.n. ipſa quoq;.)

Dicit ergo primo, Commendo autem vobis) idest, commendabilem vobis oſtendo (Phoeben ſororem noſtram) vel, vt habet alia litera, (ſororem meam:) ſororem, ſcilicet, in fide: (quæ eſt in miniſterio eccleſiæ quæ eſt Cenchreis. Notandum autem ꝙ ſicut Apoſtolus omnes viros fideles appellabat fratres: ſic omnes fœminas ſibi coniunctas in fide vocabat ſorores. Notandum etiam ꝙ Cenchree eſt proprium nomen loci, & dicitur eſſe porticus quidam. in illo ergo loco & in illo porticu dicitur ibi fuiſſe Phoeben mulierem illã, quæ erat ditiſſima, & nobiliſſima. Et quia de ſuai ſubſtantia ſuſtentabat eccleſiam, vt quia ſuſtentabat ibi quandam multitudinem fidelium: ideo dicitur mulier

A illa eſſe in miniſterio eccleſiæ quæ eſt Cenchreis, quia miniſtrabat eccleſiæ, ideſt multitudini fidelium ibi exiſtenti. Notandum etiam quòd Apoſtolus in his verbis commendat Phœben mulierem dupliciter. Primo, à Chriſtiana religione, quia dicit eam eſſe ſuam ſororem, dicit eam eſſe chriſtianam & coniunctam in fide ſibi. Secundo cõmendat ab hoſpitalitatis ſectatione, quia ſectabatur hoſpitalitatem & miniſtrabat eccleſię, ideſt, multitudini fidelium quæ erat Cenchreis. Deinde cum dicit.

Vt eam ſuſcipiatis in Domino digne† ſanctis: & aſſiſtatis ei in quocunq; negotio veſtri indiguerit. † ſatis.

Deſcribit negocium pro quo orat. Continuetur autem ſic, Commendaui vobis Phoeben ſororem noſtrã, quam propter hoc commendaui, (vt eam ſuſcipiatis in Domino) vel amore domini (digne ſanctis,) ideſt, ſicut dignum eſt ſanctos ſuſcipi. Vel, vt quidam codices habent (ſuſcipiatis eam dignè ſatis) ideſt, honeſtè & honorifice. Et ſubdit, Et aſſiſtatis ei). quaſi diceret, non ſolum recipiatis eam digne & honorifice, ſed aſſiſtatis ei, ideſt, auxiliemini ei (in quocunq; negocio indiguerit veſtri) ideſt, auxilio veſtro. Notandum autem, quòd prædicta mulier iuerat Romam vt moram faceret, quia ibi forte habebat aliqua expedire, vt quia forte habebat aliquid facere in curia Cæſaris: et quia Romę non habebat aliquam propriam manſionem, duobus indigebat, videlicet, ꝙ Romani eam in hoſpitio ſuſciperent, & quantum ad hoc ait, Vt eam ſuſcipiatis in Domino. Secundo indigebat vt in negocio quod habebat expedire, Romani aſſiſterent: & quantum ad hoc ſubdit, Et aſſiſtatis ei in quocunq; negotio. Simile autẽ huius habemus de Eliſeo. 4. Reg. 4. qui dixit Sunamiti, Quid vis faciam? nunquid habes negotium, & vis vt loquar regi, ſiue principi militiæ pro te? Dicitur etiam C à multis, ꝙ per hanc mulierem Phoeben Apoſtolus Paulus ad Romanos hanc Epiſtolam deſtinauit. Deinde cum dicit.

Et enim ipſa quoq; aſtitit multis, & mihi ipſi.

Aſſignat cauſam, quare rogat. Continuetur autem ſic, Bene dico ꝙ vos debetis ſuſcipere digne ſanctis. i. digne ſicut competit ſanctis, & debetis ei aſſiſtere: & cauſa huius eſt, quia (etenim ipſa quoq; aſtitit) vl' beneficio contulit (multis) fidelibus, vel multis ſanctis. (& mihi.) Notandum autem ꝙ qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet: ergo qui recipit ſanctos ſub nomine ſanctitatis, debet & ipſe ſancte ſuſcipi. Et quia prædicta mulier hoſpitalitatem, ſectabatur, & ſanctis miniſtrabat: debebat digne ſuſcipi ſicut competit ſanctis, vt ſuſcipiãtur, quia ſuſcipientes debebant ſe habere tanquàm ſancti, & eam debebant D tractare tanquàm ſanctam. Deinde cum dicit.

Salutate † Priſcam & Aquilam adiutores meos in Chriſto Ieſu, qui pro anima mea ſuas ceruices ſuppoſuerunt. † Priſcillam

Tangit perſonas, quę erãt ſibi ſpeciales ratione beneficii, ei ſpecialiter collati. Circa quod tria facit: quia primo dicit huiuſmodi Perſonas eſſe ſalutandas: ſecũdo ſubdit à cunctis eccleſiis gentium eſſe eis gratias agendas: tertio ait perſonas illorum domeſticas eſſe etiam ſalutandos. Secunda, ibi, Quibus nõ ſolus ego.) Tertia, ibi, Et domeſticam.)

Dicit ergo, (Salutate Priſcam (vel, vt habet alia litera, (Priſcillam & Aquilam) qui fuit vir eius, (adiutores meos in Chriſto Ieſu) ideſt, in prædicatione chriſti Ieſu (qui pro anima mea, ſuas ceruices ſuppoſuerunt.) Notandum autem ꝙ Apoſtolus hic duo narrat de Priſca & Aquila. Primum, quantum ad officii executionem

quia

Act. 18. quia iuuerũt ipſum in executione officii ſui:erat enim officium Pauli, vt prædicando, Gentes ad fidem conuerteret, & eas in fide confirmaret. Hæc autem fecerunt iſti duo. Vnde gloſſa ait, & eſt Ambroſii, Aquila vir Priſcillæ eſt, quos non ocioſe Romam veniſſe manifeſtum eſt. Secundo commendat quantum ad perſecutionum ſuſceptionem, quia hi perſecutiones paſſi ſunt pro Apoſtolo Paulo, quia pro anima eius, id eſt, pro vita Pauli liberanda, ſuas ceruices poſuerũt, id eſt, ſe morti expoſuerunt. Vnde gloſſa ait, ꝙ hoc in tantũ laudat, vt pericula pati pro eo non abnuerẽt. Paulus enim ita erat exoſus Iudęis ꝙ multociens inſidiabantur morti eius: pro quo liberando Priſca & Aquila ſe morti exponere non renuerunt. Deinde cum dicit.

Quibus non ſolus ego gratias ago, ſed & cunctæ eccleſiæ Gentium.

Oſtendit ꝙ præfatæ perſonæ non ſolum ſunt ſalutandę, ſed etiam à cunctis eccleſiis gentium ſunt gratiæ agendæ, & referendæ. Ideo ait, (quibus) ſcilicet, Priſcæ & Aquilæ (non ſolus ego gratias ago, ſed & cunctæ eccleſiæ gentium) ſupple, tenentur eis gratias referre. Notandum autem ꝙ Paulus ſpecialiter erat apoſtolus gentium: & quia vita eius vtilis erat cunctis eccleſiis gentium, Priſcæ & Aquilæ, qui pro vita eius tuenda ſe morti expoſuerunt, cunctæ eccleſiæ gentium gratias referre debebant. Deinde cum dicit.

Et domeſticam eccleſiam eorum.

Oſtendit ꝙ præfatæ perſonæ non ſolum ſunt ſalutandæ, & non ſolum ſunt eis gratiæ referendæ, ſed etiam amore eorum perſonæ eis domeſticæ ſunt ſalutandæ. Ideo ait, (Et) ſupple, ſalutate (domeſticam eorum eccleſiam) id eſt, domeſticam eorum familiam. Notandũ autem ꝙ omnes perſonæ, quas Apoſtolus mandat ſalutandas, erant Romæ: & quia Priſca & Aquila tunc Romam iuerant, & forte aliquam domeſticam familiam ſecum duxerant, ideo dicit eorum domeſticam eccleſiam, ac domeſticam familiam ſalutandam. Deinde cum dicit.

*Epænetum
*Achaiæ

Salutate† Ephnetum dilectum mihi: qui eſt primitiuus† Aſiæ in Chriſto Ieſu.

Tangit perſonas ſalutandas, quæ erant ſibi ſpeciales ratione excellentiæ ſpiritualis præmii. Excellentiã autem in ſpirituali præmio, quantum ad præſens ſpectat, quis poteſt habere tripliciter. Primo, ſi ad ſuſcipiendam fidem ſit primitiuus. Secundo, ſi aliorum in bono ſit exhortatiuus. Tertio, ſi ſit multarum gratiarum habitiuus. Ideo tria facit: quia primo dicit ſalutãdum eſſe Ephnetum, qui in Aſia in ſuſcipienda fide primitiuus fuerat. Secundo dicit ſalutandam eſſe Mariã, quæ ad exhortationem Romanorum, & ad bonum eorum ſtatum multum laborauerat. Tertio dicit ſalutandum eſſe Andronicum & Iuliam, quorum quilibet multas gratias habebat, & poſſeſſor multarum gratiarum fuerat. Secunda, ibi, Salutate Mariam.) Tertia, ibi, Salutate Andronicum.) Dicit ergo primo. Salutate Ephnetum dilectũ mihi, qui eſt primitiuus Aſiæ in Chriſto Ieſu, id eſt, qui primus in Aſia credidit in Chriſtum Ieſum. Deinde cum dicit.

Salutate Mariam, quæ multum laborauit in vobis.

Dicit ſalutandam eſſe Mariam, quæ pro exhortatione Romanorum, & pro eorum bono ſtatu multum laborauerat. Ideo ait, ſalutate Mariam, quæ multum laborauit in vobis, id eſt, pro vobis: laborauit enim hęc multum pro Romanis, ipſos exhortando, & ad bonum ſtatum per ſe & per alios inducendo. Notandum autem, vt gloſſa tangit, ꝙ Maria quæ inducitur, fuit illa quæ intimauit Apoſtolo, quomodo Romani ſe inuicem diſcordabant: & quomodo Iudæi contra Gentiles, & è conuerſo, inter ſe inuicem litigabãt. Ideo motus Apoſtolus ſcripſit hanc epiſtolam, vt eos ad concordiam reuocaret. Et quia hoc fecerat, iſta Maria dicitur pro Romanis multum laboraſſe. Deinde cum dicit.

Salutate Andronicum & †Iuliam cognatos & concaptiuos meos: qui ſunt nobiles in Apoſtolis, qui & ante me fuerunt in Chriſto. *Iuniam.

Dicit ſalutandos eſſe Andronicum & Iuliam, quorũ quilibet habebat multas prærogatiuas. Ideo, ait, Salutate Andronicum & Iuliam cognatos meos. In quo oſtendit eos fuiſſe Iudæos, cum eos cognatos vocat. Et ſubdit, Et concaptiuos: quia cauſa fidei paſſi fuerũt captiuitatem. Qui ſunt nobiles in Apoſtolis, id eſt, qui ſunt famoſi & honorabiles inter prædicatores. Qui & ante me fuerunt in Chriſto, id eſt, qui ante me fuerunt ad Chriſtum conuerſi. Notandum ꝙ Apoſtolus Paulus hos viros honorabiles à quadruplici prærogatiua cõmendat. Primo enim commendat eos à generis dignitate, quia erant cognati ſui, id eſt, erant ex genere Iudæorum, qui fuerunt gens ſancta, populus acquiſitionis. Secundo commendat eos à paſſionis pro chriſto ſuſceptibilitate, quia dicit eos concaptiuos ſuos: nam pro Chriſto, ſicut & Paulus, captiuitatem ſuſceperant. Tertio commendat eos ab officii nobilitate, cum ſubdit, qui ſunt nobiles in Apoſtolis, id eſt, inter Apoſtolos & prædicatores: erant enim iſti inter Apoſtolos & prædicatores, nobiles: quia erant prædicatores famoſi & honorabiles. Quarto commendat eos à temporis antiquitate, cum ait, qui, & ante me fuerunt in Chriſto, id eſt, fuerunt conuerſi ad Chriſtum: ſuſceperunt enim iſti prius fidem Chriſti, ꝙ̃ ſuſciperet Apoſtolus Paulus. Deinde cum dicit.

Hos fuiſſe ex numero .lxx. nonnulli tradunt.

Salutate Ampliatum dilectiſſimum mihi in Domino. Salutate Vrbanum adiutorem noſtrum in chriſto Ieſu, & Stachyn dilectum meum.

Tangit perſonas quæ erant ſibi ſpeciales ratione familiaris conſortii. Familiare autem conſortium, quantum ad præſens ſpectat, tripliciter eſſe poteſt. Primo quantum ad dilectionis oſtenſionem: vt ſi oſtendant ſibi dilectionis ſigna, videntur inter ſe habere familiare conſortium. Secundo hoc poteſt contingere quantum ad operis executionem: vt ſi ſe inuicem iuuent in operibus exequendis, videntur inter ſe inuicem familiare habere conſortium. Tertio hoc poteſt contingere quãtum ad priuatam & domeſticam conuerſationem: quia ſi inter ſe inuicem priuatè & domeſtice conuerſantur, videntur etiam inter ſe inuicem conſortium familiare habere. Ideo tria facit: quia dicit primo ſalutandum eſſe Ampliatum, qui erat ſibi amicus, vt ait gloſſa: habuerat enim forte apoſtolus Paulus multa cum eo ſigna dilectionis. Secundo dicit ſalutandum eſſe Vrbanum, qui erat ſibi amicus quantum ad opera exequenda. Tertio dicit ſalutandum eſſe Stachyn, quem dicit dilectum ſuum, quia forte habuerat cum eo conuerſationem priuatam & domeſticam. Secunda, ibi, Salutate Vrbanum.) Tertia, ibi, Et Stachyn.)

Dicit ergo primo, Salutate Ampliatum dilectiſſimum mihi in Dominò. Quod forte ideo dicit, quia ſpiritualiter & ſecundum Deum habuerant inter ſe multa dilectionis ſigna. Secundo ſubdit, Salutate Vrbanũ adiutorem meum in Chriſto, id eſt, qui fuit particeps operis, & ſocius meus in Chriſto, id eſt, in exhortatione fidei, & in aliis quæ ordinant ad Chriſtum. In quo oſtẽdit ꝙ ad ipſum habuit familiare conſortium non ſolum quantum ad dilectionis ſigna, ſed etiam quantum ad exequenda opera. Tertio ait, Et Stachyn, id eſt, & ſalutate Stachyn dilectum meum, id eſt, qui eſt meus amicus proprius, vt exponit gloſſa. In quo oſtendit, quòd

ad ipſum habuit familiare conſortium in côuerſatione priuata & domeſtica. Nam dilectionis ſigna oſtendi poſſunt ad omnes amicos generaliter, ſed côuerſatio priuata habenda eſt cum amicis proprius ſpecialiter. Deinde cum dicit.

Salutate Apellem probum in Chriſto. Salutate eos qui ſunt ex Ariſtoboli domo. Salutate Herodionem cognatum meum. Salutate eos qui ſunt ex Narciſſi domo, qui ſunt in Domino.

Proponit perſonas ſalutandas, quæ non erant notę ſic notitia ſpeciali, ſed forte habebat eas notas magis quadam fama, & quadam notitia generali. Vnde gloſſa ſuper hoc verbo, Salutate Apellem, dicit quòd iſte Apelles erat inuentus fidelis & probatus in chri- B ſto, & ſi non eſſet amicus ſuus, id eſt amicus Pauli. In quo datur intelligi, quòd ex nunc incipit apoſtolus narrare perſonas quæ ſibi non erant adeo ſpeciales, ſed magis ex bonitate famæ: et ex his quæ de illis audierat, illas perſonas ſalutari mandat. Ad cuius euidentiam ſciendum, quòd aliquem commendare, & aliquem mandare ſalutandum propter bonam famam quæ de ipſo inoleuit, poteſt, quantum ad pręſens ſpectat, quadrupliciter contingere. Primo propter virtuoſam operationem. Secundo, propter ſpiritualem ſolicitudinem & laborem. Tertio, propter ſacrorum promotionem. Quarto, propter familiarem & domeſticam conuerſationem: ſunt enim aliqui virtutum operibus refulgentes, qui forte non ſunt adeò ſoliciti vt expediret: aliqui verò & ſi ſoliciti ſunt, & libenter laborant, non ſunt tamen ad ſacra promoti, vt C poſſint ſpiritualia miniſtrare. Rurſus, & qui hoc habent, forte neſciunt (vt expediret) familiariter & domeſticè conuerſari. Quatuor ergo facit: quia primo dicit ſalutandas eſſe perſonas, quas commendat de virtuoſa operatione. Secundo dicit ſalutandas eſſe perſonas, quas commendat de ſpirituali ſolicitudine & labore. Tertio dicit ſalutandum Rhuphum, quem commendat de ſacrorum promotione. Quarto dicit quoſdam alios ſalutandos, quos commendat de ſancta & domeſtica conuerſatione. Secunda, ibi, Salutare Tryphenam.) Tertia, ibi, Salutate Rhuphum. Quarta, ibi, Salutate Aſyncritum.)

Ad euidentiam autem partis primę ſciendum ꝙ aliquem laudari propter virtuoſam operationem quadrupliciter contingit. Primo, ſi ſit probatus, & fidelis inuentus in ſe. Secundo ſi alios ad fidem adducat. Tertio, ſi adductos doceat. Quarto, ſi adductos & doctos confirmet. Ideo cum proponit quaſdam perſonas no- D bis ſalutandas, de quibus inoleuit bona fama propter fructuoſam operationem, quatuor facit. Primo mãdat ſalutari Apellem, qui in ſe approbatus & fidelis inuentus erat. Secundo mãdat ſalutari domum & familiam Ariſtoboli, qui Ariſtobolus alios ad fidem adducebat. Tertio mandat ſalutari Herodionem, qui alios docere volebat. Quarto mãdat ſalutari eos qui ſunt de domo Narciſſi, qui Narciſſus alios in fide confirmare ſtudebat. Secunda ibi, Salutate eos. Tertia, ibi, Salutate Herodionem.) Quarta, ibi, Salutate eos.) Dicit ergo, Salutate Apellem probum in Chriſto, id eſt, qui in ſe eſt approbatus & fidelis inuẽtus in Chriſto. Deinde ait, Salutate eos qui ſunt ex Ariſtoboli domo. Iſte Ariſtobolus, vt gloſſa ait, ſolebat cõgregare fratres in Chriſto: vnde alios ad fidem inducebat. Dicit autẽ ſalutandos eos qui ſunt de domo eius, id eſt, familiam ſuã: quia ipſe Ariſtobolus fortè propter aliquam rationabilem cauſam tunc temporis non erat Romæ. Et ideo cum ipſe abſens eſſet, loco ſalutationis eius dicit eſſe ſalu- A tandam familiam ſuam, & eos qui ſunt de domo eius. Deinde dicit, Salutate Herodionem cognatum meũ. In quo ipſe deſignat, ipſum Herodianum fuiſſe Iudęũ: quia omnes Iudæos ſuos cognatos appellat, & q̃a iſte Iudæus fuerat quaſi magis doctus, alios inſtruere volebat. Deinde dicit, Salutate eos qui ſunt de domo Narciſſi, qui ſunt in Domino. Notandum autẽ ꝙ iſte Narciſſus, vt gloſſa tangit, fuit quidam presbyter, qui peregrinando ſanctos fratres confirmabat. Ergo ſicut Apelles in ſe probatus exiſtebat, & ſicut Ariſtobolus alios ad fidem adducebat, & ſicut Herodio quia Iudęus fuerat alios inſtruere volebat: ſic Narciſſus alios confirmabat. In quibus illi gradus operationum virtuoſarum deſignãtur, de quibus in diuiſione literæ fecimus mentionem. Notandum etiam, ꝙ in domo Narciſſi forte erant aliqui qui non erant in Domino, & qui erant infideles. Et ideo mandat Apoſtolus ſalutari eos de domo Narciſſi qui ſunt in Domino, id eſt, q̃ ſunt fideles. B Deinde cum dicit.

Salutate Tryphenã & Trypoſam, quæ laborant in Domino. Salutate Perſidem chariſſimam, quæ multum laborauit in Domino.

Proponit nobis perſonas ſalutandas, de quibus inoleuit bona fama propter ſpiritualem ſolicitudinem & laborem. Sunt autem hæ perſonæ, quas ſic ſalutari mandat, tres: videlicet, Triphena, Tryphoſa, & Perſides. Ideo ait, Salutate Tryphenam, & Tryphoſam, quę laborant in Domino, id eſt, in miniſterio ſanctorum, & in miniſtrando ſanctis. Et ſubdit, Salutate Perſidẽ chariſſimam meam, quæ multum laborauit in Domino, C id eſt, in ſeruitio Domini, & in miniſterio ſanctorũ. Notandum autem ꝙ hic Perſidem chariſſimam vocat: q̃a dat intelligere ꝙ hæc plus laborauit in Domino, quã Tryphena, & Tryphoſa, vt gloſſa tangit. Deinde cum dicit.

Salutate Rhuphum electum in Domino, & matrem eius & meam.

Mandat ſalutari Ruphum, de quo inoleuit bona fama propter ſacrorum promotionem. Fuit autem hic Rhuphus, vt gloſſa tangit, promotus ad agendas res Domini, quia promotus erat ad ſacerdotiũ. Ideo ait, Salutate Rhuphum in Domino, electum. i. in Domino in ſacerdotem. Et ſubdit, Et matrem eius & meam. Mater enim ipſius Rhuphi erat tam mater Rhuphi, quàm Apoſtoli: ſed Rhuphi erat mater carne, quia eum carne genuerat; ſed Apoſtoli erat mater beneficio, quia D ei forte multa beneficia fecerat. Deinde cum dicit.

Salutate Aſyncritum, Phlegontem, Hermen, Patrobam, Herman: & qui cum eis ſunt fratres.

Mandat ſalutari quaſdam perſonas, quæ videntur commendare propter ſanctam & domeſticam conuerſationem. Circa quod quatuor facit: quia primo mandat ſalutari perſonas quæ videntur commendandæ propter conuerſationem domeſticam. Secundo, quæ videntur commendandæ propter conuerſationẽ ſanctam. Tertio dat modum per quem ſunt huiuſmodi perſonæ ſalutandæ. Quarto & vltimo, vt Romanos ad hoc inducat quòd ſcilicet ſalutent perſonas illas quas dixerat ſalutandas, oſtendit quòd & aliæ eccleſiæ eis ſalutem mittunt. Secunda, ibi, Salutate Philologon.) Tertia, ibi, Salutate inuicem.) Quarta, ibi, Salutant vos.)

A Dicit ergo, Salutate Aſyncritum, Phlegontem, Hermen, Patrobam, Herman: & qui cum eis ſunt fratres. Hos autem omnes ſalutat ſimul, quia ſciebat eos coniunctos in chriſtiana amicitia, & ſciebat eos inuicem habere conuerſationem domeſticam. Ideo ait, Et qui cum eis ſunt, fratres, id eſt, qui fraternam & domeſticam adinuicem conuerſationem habent. Deinde cum dicit.

Salutate Philologon & Iuliam, Nereum & ſororem eius, & Olympiadem: & omnes qui cum eis ſunt, ſanctos.

Mandat ſalutari quaſdam perſonas quæ videntur commendandæ propter conuerſationem ſanctam. Ideo ait, Salutate Philologon & Iuliam, Nereum & ſororem eius, & Olympiadem: & omnes qui cum eis ſunt ſanctos. Hos etiam ſimul ſalutari mandat, quia ſimul adinuicem ſancte cõuerſabantur. Ideo dicit, Et omnes B qui cum eis ſunt ſanctos, id eſt, qui ſancte & debite conuerſantur. Deinde cum dicit.

Salutate inuicem in oſculo ſancto.

Dat modum quo ſe ſalutare debent, dicens, Salutate inuicem in oſculo ſancto, id eſt, hoc modo ſalutare debetis, in oſculo ſancto, in oſculo pacis, in oſculo religioſo: non in oſculo carnali, vel venereo. Vnde adhuc ſeruat hoc Eccleſia, quòd in magnis ſolennitatibus fideles ſibi inuicem oſculantur, tribuentes ſibi inuicem oſculum pacis, & oſculum ſanctum. Deinde cum dicit.

Salutant vos omnes Eccleſiæ Chriſti.

Vt inducat Romanos quòd debeant ſalutare perſonas illas quas dixerat ſalutandas, oſtendit quòd & aliæ Eccleſiæ eos ſalutant. Continuetur autem ſic, Bene dico C quòd vos Romani debetis ſalutare perſonas illas quas vobis ſalutandas eſſe ſcripſi: nam ad hoc moueri debetis exemplo aliorum qui vos ſalutãt. Ideo ait, Salutãt vos omnes Eccleſiæ Chriſti. Quaſi diceret, quòd omnes eccleſiæ chriſti, id eſt, omnes congregationes fidelium quæ ſunt in partibus iſtis in quibus ego exiſto, omnes ſcilicet huiuſmodi eccleſiæ vos ſalutant.

Dubitaret forte aliquis de eo quod Apoſtolus ait, ſalutate Priſcam & Aquilam. Videtur quòd ordinem præpoſterum teneat: nam cum Aquila fuerit vir Priſcæ quæ alio nomine vocata eſt Priſcilla, prius debuit ponere virum, quàm mulierem: nam ſic dictum fuit mulieri, Gen. 3. Sub viri poteſtate eris. Dicendum quòd ſicut dicitur ad Coloſſ. 3. Expoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis, & induentes nouũ. Vbi non eſt maſculus neq; foemina. In chriſto enim Ieſu nec eſt maſculus neq; foemina. Qui ergo maioris deuotionis, ille ſecundum ordinem charitatis prior eſt. In hoc D ergo loco vbi ponuntur perſonæ commendabiles quas imitari debemus, qui maioris deuotionis exiſtit, prior poni debebat: et quia forte Priſca maioris deuotionis erat quàm Aquila vir eius, ideo prius eſt poſita.

Vlterius forte dubitaret aliquis de eo quod Apoſtolus ait, quia mandat Romanis quòd aſſiſtant Phoebi in omni negotio. Sed contra; ad Theſſal. 4. dicitur, Rogamus vos fratres, vt abundetis magis: & operam detis, vt quieti ſitis, & vt veſtrum negocium agatis. Non ergo debemus nos intromittere de negocio alieno, ſed debemus eſſe quieti, & agere negotium noſtrũ. Præterea, illã mulierem Phœben dicunt aliqui veniſſe Romam, quia habebat expedire aliquid in curia Cæſaris. Non videtur autem conueniens quòd militantes Deo implicent ſe negocijs ſecularibus: et per conſequens non videbatur conueniens quòd fideles aſſiſterent mulieri illi in talibus negocijs. Dicendum

A quòd aſſiſtere negocijs alienis poteſt eſſe dupliciter. Vno modo ſeculariter propter fauorem hominum, & laudem humanam: & hoc modo non conuenit Chriſti fidelibus, ſecundum hunc modum debet intelligi illud verbum Apoſtoli, Nemo militans Deo implicet ſe negotijs ſecularibus. 2.Tim.2. Alio modo poteſt quis aſſiſtere alienis negotijs ex pietate, puta propter auxilium indigentium, et miſerorum: & hoc eſt religioſum: iuxta illud Iacobi 1. Religio munda et immaculata Cap.1. apud Deum & patrem, hæc eſt, Viſitare pupillos & viduas in tribulatione eorum. Per hanc ergo viſitationem debemus intelligere omne aſſiſtere, & omne conſilium, quod poſſumus talibus ſecundum Deum exhibere. Item, per pupillos & viduas, debemus intelligere omnes perſonas impotentes, quibus debemus aſſiſtere ſecundum ordinem charitatis. Hoc modo vt diximus, volebat aſſiſtere Eliſeus Sunamiti, volens pro ea loqui Regi vel Principi militiæ, vt habetur 4.Reg.4.

B Vlterius forte dubitaret aliquis de eo quod Apoſtolus ait, Salutate eos qui ſunt ex Narciſſi domo qui ſunt in Domino. Vbi dictum fuit quod in familia ipſius Narciſſi erant aliqui qui erant in Domino et erant fideles, aliqui qui non erant in Domino et non erant fideles: Apoſtolus ergo mandat ſalutari qui erant in domo & qui erant fideles. Sed contra: dicitur Matthæi. 5. Si ſalutaueritis fratres veſtros tantum, quid amplius facitis? nonne & Ethnici hoc faciunt? Videtur ergo velle ibi Dominus quòd fratres & non fratres, inimicos et amicos ſalutare debemus. Dicendum quòd hic Apoſtolus non loquitur de ſalutatione quocunq; modo: ſed hic mandat ſalutari perſonas approbatas & commendabiles, quas nobis proponit in exemplum, vt eas imitari debeamus: et quia huiuſmodi non ſunt infideles, ideo non ſunt ſecundum hunc modum, & ſecundum hunc ordinem ſalutandi.

C

LECTIO. LIIII.

ROgo autem vos fratres, vt obſeruetis eos qui diſſentiones et offendicula præter doctrinam quam uos didiciſtis, faciunt: & declinate ab illis. Huiuſmodi D enim Chriſto domino noſtro non ſeruiunt, ſed ſuo uentri.

Vt dicebatur, Apoſtolus prius volebat nos docere et inſtruere per exempla, proponendo quaſdam perſonas commendabiles, quas ſequendo, poſſumus bona facere. Secundo volebat nos inſtruere per exempla, proponendo nobis perſonas deteſtabiles, à quibus cauendo, poſſemus mala fugere. Expedita igitur prima parte: hic agitur de ſecunda. Circa quod tria facit, quia primo mandat quòd declinemus & vitemus talium conuerſationem: ſecundo docet nos cognoſcere eorum deceptionem: tertio docet nos ſuperare et vincere eorum verſutiam & inſidiationem. Secunda, ibi, Et per dulces ſermones.) Tertia, ibi, gaudebo igitur in vobis.)

In oſtendẽdo autem quomodo debeamus eos vitare & declinare, tria facit. Nam cum malum non poſſit

vitari niſi cognitum, ideo qui tales ſunt diligenter obſeruare & cognoſcere rogat et inſinuat. Secundo, eos iam notos & cognitos declinare & vitare iubet et mandat. Tertio huius declinationis cauſam & rationem tãgit & manifeſtat. Secunda ibi, Et declinate.) Tertia, ibi, Huiuſmodi enim.) A

Ad euidentiam primæ partis ſciendum ꝙ erant quidam ad fidem conuerſi, vt glo. tangit, qui prædicabant legalia eſſe obſeruanda, ex quorum prædicatione oriebantur diſſentiones, quia aliqui eis adhęrebant, aliqui in fide vera perſiſtebant. Ex his autem diſſentionibus oriebantur offendicula, quia ſic inter ſe Romanis diſſentientibus alteri alteros contemnebant, & per conſequens ſcandalizabant, & offendebant. Apoſtolus ergo tales mandat obſeruari, id eſt, diligẽter agnoſci, vt cautius poſſint vitari: idem eſt enim obſeruare quod diligenter aduertere & conſiderare. Continuetur autem ſic, Ita propoſui vobis bonos, quos debetis imitari: etiam propono vobis malos, à quibus B debetis cauere, & quos debetis diligenter obſeruare & cognoſcere. & quia ſic eſt, Rogo autem vos fratres, vt obſeruetis, id eſt, vt diſcernatis, & diligenter cõſideretis eos qui præter doctrinam veram quam vos didiciſtis à veris Apoſtolis, faciunt diſſentiones & offendicula, id eſt, prædicant legalia obſeruanda, ex qua prędicatione inter vos diſſentiones, & offendicula, id eſt, ſcandala oriuntur.

Deinde cum dicit, Et declinate ab illis. Docet hos Pſeudoapoſtolos cognitos declinare. Continuetur autem ſic, dixi vobis vt obſeruetis eos qui tales ſunt, obſeruetis, dico, & declinate ab illis, id eſt, eorum doctrinam, & conſortia fugiatis. Quaſi diceret, ꝙ ideo volo ꝙ eos obſeruetis & cognoſcatis, vt, eis cognitis, poſſitis ab eorum doctrina, & conſortio declinare.

Deinde cum dicit, Huiuſmodi enim &c. Aſſignat rationem & cauſam, quare tales debeamus vitare, & declinare. Cõtinuetur aũt ſic, bñ dico ꝙ debetis declinare ab illis q talia docẽt; qa hmõi, ſcʒ q tales ſunt, Chriſto dño nõ ſeruiunt. i. nõ prædicãt pp gloriam chriſti, ſed (ſupple) ſeruiunt ſuo ventri. i. prædicant pp queſtũ, & propter lucrum, & vt ſuum ventrem impleant. Notandum aũt ꝙ ſectę pſeudoprædicantium, & pſeudo apoſtolorum à principio videntur fuiſſe inuentę propter queſtum & pp lucrum. Nam licet quidã ignorantes ſcripturã ſacrã, & qui nunq̃ viderũt literas talibus ſectis immobiliter adhęreant: in ſectis tñ illis continentur aliqua non ſolum fidei, ſed etiam rationi contradicentia. Ideo primi inuentores magis viſi ſunt ſic dicere, vt alios ſeducerent, & vt alios mungerent, & ve aliquid extorquerent, q̃ ꝙ ſic crederent. Deinde cũ dicit. C

Et per dulces ſermones & benedictiones ſeducunt corda innocentium. Veſtra enim obedientia, in omni loco diuulgata eſt.

Poſtquàm Apoſtolus adiunxit ꝙ debemus vitare talium conuerſationẽ: in parte iſta, vt dicebatur, docet cognoſcere eorũ deceptionẽ. Propter qd ſciẽdũ, ꝙ deceptio dupl'r cauſari põt: primo ex parte decipientis, ſi ſciat bene blandiri, & bene ſanctitatem ſimulare: ſecũdo ex parte decepti, ſi pronus ſit de facili credere & faciliter aſſentire. Ideo duo facit, quia primo docet nos Romanos cognoſcere deceptionem illorum ex parte decipientium, ſecundo ex parte deceptorũ, ibi, Veſtra enim obedientia.) Continuetur aũt ſic, bene dico ꝙ illi ſunt deceptores, & ꝙ prædicant pręter doctrinã veram, quã didiciſtis: & vt poſſitis cognoſcere eorũ deceptione, debetis aduertere diligenter ꝙ & per dulces ſermones, ſanctitatem. ſ. ſimulando, & per benedictiones alus benedicendo applaudunt, & blandiendo ſeducũt corda innocentum. i. imperitorũ, iuxta illud Prou. 14. Innocens credit omni verbo. D

Deinde cum dicit, Veſtra enim obedientia &c. Docet cognoſcere eorum deceptionem ex parte deceptorũ. Nam Romani faciliter decipiebantur quia erant proni ad faciliter credere & ad de facili aſſentire. Continuetur autem ſic, bene dico ꝙ illi nituntur vos decipere, & vt vos poſſitis cognoſcere eorum deceptionẽ, cõſiderate mollitiẽ veſtrã, & veſtrã facilitatẽ ad aſſentiẽdũ, nam tanta eſt veſtra mollities, ꝙ obediẽtia. i. ꝙ veſtra mollities & facilitas ad credendũ diuulgata eſt in omni loco. i. vbiq; terrarum. Notandũ aũt ꝙ hic Apoſtolus timet duplex periculum: vnum ex parte Romanorum, quia erant obedientes. i. erant de facili ducibiles ad obediendum & ad credẽdum pſuaſionibus aliorum, ſecundum periculum timet ex parte aliarũ gentium, quia quod Romani faciebant, de facili diuulgabatur ad alios, & de facili alii inde ſumebant exemplum, ſicut quod faciunt domini de facili trahitur ad regulam aliorũ. Romanorũ ergo deceptio poterat eſſe cã, pp quã gentes aliæ deceptionem incurrerent. Vtrunq; aũt periculũ in ſuis verbis tangit Apoſtolus. nam primo tangit Romanorum periculum, cum dicit eos obedientes. i. de facili credentes. Secundo innuit periculum aliorum, cum ſubiungit, & hoc diuulgatur in omni loco. Deinde cum dicit.

Gaudeo igitur in vobis. ſed volo vos ſapientes eſſe in bono, & ſimplices in malo.

Poſtq̃ docuit nos tales deceptores vitare, & eorum deceptionem cognoſcere: hic docet nos eorum deceptiones & inſidias vitare, ſuperare, & vincere. Circa qđ duo facit: qa primo docet nos eorum verſutias & ſimulationes ſuperare & vincere, nos cautos reddendo: ſecundo docet hoc, diuinum auxiliũ implorando, ibi, Deus aũt pacis.) In prima parte docet nos horũ verſutiam vincere, nos cautos reddendo. Continuetur aũt ſic, dictũ eſt ꝙ vos eſtis faciles ad obediendum: & quia ſic eſt, gaudeo igitur in vobis. i. gaudeo de bono veſtro ſed volo vos eſſe cautos, & volo vos eſſe ſapientes in bono, vt eis firmiter adhęreatis: & volo vos eſſe ſimplices, in malo, vt à malo declinetis. Tunc ergo eſt ſupplẽda litera, ꝙ ſi ſic eritis cauti, de facili poteritis iſtorum deceptiones & verſutias ſuperare. Notandum autem ꝙ facilitas credendi in bono eſt bona, in malo eſt mala: & ideo gaudet Apoſtolus de facilitate credendi Romanorũ, non ſimpl'r, ſed ſub conditione. Nam ſic vult eos eſſe faciles ad credendũ, ꝙ ſicut ſapientes in bono, ſ. cito adhęrendo, & inſeparabiliter inhærendo: & ſicut ſimplices in malo, ad ipſum nullo modo declinando, iuxta illud Matthæi. 10. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, bono firmiter adhærendo: & ſimplices ſicut columbæ, ad malum nullatenus declinando. Deinde cum dicit.

Deus autem pacis cõterat Satanam ſub pedibus veſtris velociter. Gratia dñi noſtri Ieſu Chriſti vobiſcum.

Ad ſuperandum aliorũ verſutias, non ſufficit habere propriã induſtriã, & propriam cautionem: ideo vt hoc fieri poſſit, promittit apoſtolis diuinũ auxiliũ, & diuinã ſubuentionem. Continuetur aũt ſic, dixi ꝙ ad ſuperandũ iſtorũ deceptorũ verſutias deberetis habere induſtriã & cautionẽ; & quia veſtra cautella non ſufficit, ſcitote ꝙ deus adhuc præſtabit vobis ſuum auxilium & ſuam ſubuentionem. Ideo ait, (deus autem pacis). i. qui eſt pacis auctor & dator, cõteret ſatanã). i. diabolũ, qui per iſtos Pſeudo aplos, vos conatur decipere: (ſub pedibus veſtris) ita vt vobis nocere nõ poſſint. & hoc (velociter) quia in aduẽtu meo. interim igitur vt hoc fiat (gratia dñi nñ Ieſu chriſti) quæ ſufficit ad nos tuendũ & defendendum, ſit (vobiſcum) vt vos tueatur & vos defendat. Notandũ aũt ꝙ ſicut in præcedenti Capitulo dixerat ꝙ ſciebat ſe ad eos iturum in abundantia benedictionis, attamen quia non ita cito

ibat,

ibat,ne in illo tẽpore intermedio poſſent deficere,ora
uit ꝙ deus pacis eſſet cũ oibus eis:ita et hic quaſi eau-
dem ſniam profert,dicẽs ꝙ velociter.i.in aduẽtu ſuo,
quia ſpetabat ad eos velociter ire. Tunc ergo in illo
aduentu,quando ibit ad Romanos in abundantia be-
nedictionis,deus conteret Satanam ſub pedibus eo-
rum.i.Romanorũ.Verũtñ ne in illo tpe intermedio,
anteꝗ ipſe iret ad Romanos,poſſent Romani ſupera-
ri ab inimicis,orat ꝙ gratia dñi noſtri Ieſu chriſti ſit cũ
eis,per quam poſſent ſuos æmulos ſuperare. Deinde
cum dicit.

Salutat vos Timotheus adiutor meus:& Lucius,& Iaſon,& Soſipater cognati mei. Saluto vos ego Tertius, qui ſcripſi epiſtolam in domino. Salutat vos Caius hoſpes meus,& vniuerſa eccleſia. Salutat vos Eraſtus arcarius Ciuitatis, & Quartus frater. Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti cum omnibus vobis,Amen.

Hæc eſt tertia pars huius Capituli, in qua (poſtꝗ
Apoſtolus propoſuit nobis exempla ſequenda vt de-
beremus bona facere, & exempla vitanda vt debere-
mus mala fugere)ꝓponit nobis exempla ad perſeue
rantiam inducentia,vt debeamus in bonis perſeuera-
re:et intendit talẽ rationẽ ſecũdũ gloſſam.vbi tot et tã
ti gaudẽt de bono veſtro,& vbi tot et tãti vos ſalutant
& cõfortãt,debetis in illo bono perſeuerare:ſed multi
vos ſalutãt & cõfortãt,quia ſalutat & cõfortat vos Ti
motheus,qui eſt adiutor meus, & habet ſpecialem di-
gnitatem:vos ſalutant & cõfortant & Lucius et Iaſon,
& Soſi,qui eſt pater & ſenior & antiquior, qui omnes
ſunt cognati mei.i.ſunt Iudæi,et habent generis nobi-
litatem.ſaluto vos etiam.i.conforto in domino ego
Tertius,qui ſcripſi epiſtolam.quaſi diceret, ꝙ ſalutat
vos quidam ſcriptor meus, qui vocatur Tertius, qui
ſcripſit hanc epl'am,qui habet meorum ſecretorũ no-
titiam & ꝑſpicuitatẽ,Salutat ẽt & cõfortat vos Caius
hoſpes meus,qui habet hoſpitandi & alia bona faciẽ-
di promptitudinem & largitatem.& ſalutat vos & con
fortat vniuerſa Eccleſia.i.vniuerſa multitudo fidelium
quæ mecum eſt,quę habet gratiarum multiplicitatem.
Salutat ẽt et cõfortat vos Eraſtus arcarius ciuitatis,et
Quartus frater.i.ſalutat & confortat vos quidam qui
vocatur Quartus frater:et dicitur frater ꝓp fidei prõ-
ptitudinẽ & affabilitatem.& ſupple,Saluto & confor-
to vos ego Paulus,quia oro & obſecro, ꝙ gratia dñi
noſtri Ieſu chriſti ſit cum omnibus vobis,Amen. Tunc
ergo eſt ſupplenda rõ,cũ oẽs pręfati vos ſalutent et cõ
fortent,cũ ego Paulus orem et optẽ,ꝙ gratia dñi no-
ſtri Ieſu Chriſti ſit cũ oĩbus vobis, quia tot ſumus qui
vos ſalutamus,vos confortamus,qui veſtrum bonum
cupimus & optamus,omnino debetis malum inceſſan
ter fugere,et in bono perſiſtere & perſeuerare. Notan-
dum aũt ꝙ alii ponuntur in tertia perſona,vnde dici-
tur,ſalutat vos Timotheus,ſalutat vos Caius: ſed qui-
dam qui vocatur Tertius ponitur in prima perſona,
vnde dicitur,ſaluto vos ego Tertius:erat enim iſte,qui
vocabatur Tertius,ſcriptor Pauli:et quia ille qui ſcri-
pſit epl'am,videtur epl'am deſtinare,poſuit ſe in prima
perſona,et dixit,ſaluto vos ego Tertius in dño.i.ego
qui vocor Tertius,qui ſcripſi epl'am.Notandũ ẽt ꝙ iſte
Timotheus,de quo hic aplus facit mẽtionẽ,fuit coad-
iutor Pauli:vnde dicitur.1.cor.4.Miſi ad vos Timo-
theum qui eſt filius meus chariſſimus & fidelis in dño:
qui vos commonefaciet vias meas,quæ ſunt in Chri-
ſto Ieſu.Notandũ ẽt ꝙ iſte Caius,de quo hic agitur,eſt
ille,cui Ioãnes ſcripſit tertiã Epl'am canonicã,quę ſic i
cipit,Senior Caio chariſſimo.Notãdũ ẽt ꝙ Eraſtus qui
dicitur arcarius ciuitatis,dupliciter põt intelligi: pri-

A mo vt dicitur archarius ab archos,quia erat princeps
ciuitatis:vel melius(vt dicit gloſſa)dicitur arcarius ab
arca,quaſi cuſtos arcæ,quia cuſtodiebat arcã, vbi po-
nebantur cenſus tributorũ,et vectigalium. Vnde quia
erat quaſi diſpenſator ciuitatis,dictus eſt arcarius.No-
tandũ ẽt ꝙ iſte qui dicitur Quartus frater, eſt propriũ
nomẽ:erat enim quidã qui vocabatur Quartus. Sicut
etiam Tertius,vt diximus,propriũ nomen erat: nã qui
dã fuit qui vocabatue Tertius,et erat ſcriptor & no-
tarius Pauli,vt ſupra prędiximus.Deinde cum dicit.

Ei autem qui potens eſt vos confirmare iuxta euangelium meum & prædicationem Ieſu Chriſti, ſecundum reuelationem myſterii,temporibus æternis taciti quod nunc patefactum eſt per ſcripturas prophetarum.

B Hæc eſt quarta pars principalis totius Epiſtolæ.Di- Lect. 1.
cebatue enim ꝙ ſicut in aliis libris primo præmittitur
Titulus,poſtea ponitur Procemium, tertio ponitur
Tractatus,& quarto Epilogus: ſic in hac epiſtola pri-
mo præmiſſa fuit Salutatio,quę ſe habuit loco Titu-
li:poſtea ſubſequuta fuit Gratiarum actio quę ſe ha-
buit loco Procemii,dicebatur enim ꝙ procemium ad
hoc inſtitutum eſt,vt præparetur animus auditoris ad
ſuſcipiendã doctrinã ſequentẽ: Apl's in parte illa præ-
parauit animũ Romanorũ vt ſuã doctrinã reciperẽt,
ideo pars illa vt dicebatur ſe habebat loco Procemii.
Tertio facta fuit narratio,quę ſe habuit loco Tracta-
tus vel loco executionis negotii.Hic quarto ponitur
Epiſtolę conſumatio,quæ ſe habet loco Epilogi. Ad
cuius euidentiã aduertendũ ꝙ Philoſophi in ſuis li-
bris gloriantes de ſe ipſis,et ea quę dixerant ſibi attri-
buentes,ſic voluerunt ſuos libros perficere, vt eorum
C Epilogi ſolũ cõtinerẽt quandã breuem recapitulatio-
nem dictorũ:aplus verò tanꝗ vas electionis,dei ſpiritu
illuſtratus,recognoſcẽs ſe à Deo habere veritates quas
dixerat,ſic voluit Epilogum facere,vt in dei laudem &
gloriam,ſuam epiſtolam conſumaret. Propter quod
pars,quę dicitur ſe habere loco Epilogi, põt diuidi in
tres partes:quia primo aplus præmittit quandam epi-
logationem:ſecundo eius qd dixerat,ſubiungit quan-
dam expoſitionẽ,ſiue quandã declarationẽ: tertio ſuã
epl'am cõſumat et finit in dei laudem & glorificatio-
nẽ.Secunda,ibi,Secundum præceptũ dei.) Tertia, ibi,
(cui honor.)Ad euidentiã partis primæ ſciẽdũ ꝙ qua
ſi tota epiſtola principaliter tria videtur cõtinere. Nã
Romani diſſentiebant et a ſe inuicẽ diſcordabat,quan
tum ad præſens ſpectat,ꝓp tria.Primo,quia Iudęi Gen
tiles cõtemnebant,ſe de lege iactando,dicentes,Nos ſo-
li digni ſumus dei legem accipere. Secundo, quia Gen-
tiles Iudæos deſpiciebant,ipſos de peccato increpan-
do,dicentes,Eos eiſdem pedibus,quibus mare tranſiue
D runt,corã Idolis ſaltaſſe & luſiſſe.Tertio,quia vtriꝗ ſe
de propriis meritis extollebant, & ſe ſic eſſe ſaluatos
gloriando.Contra aũt hæc tria,tria remedia ſunt ad-
hibita.Nã ꝙ nõ contemnãt,ſe de lege gloriando,oſten
dit ꝙ ſumus ꝑ legem euangelicam à lege moſaica ab-
ſoluti.Secundo,ne cõtemnãt,ſibi peccata imponẽdo,
declaratũ fuit ꝙ per Ieſum Chriſtum ſumus à peccato
liberati. Tertio ne cõtemnerent,ſe de propriis meritis
extollendo,oſtendebatur ꝙ non per propria merita
ſed per diuinum propoſitũ ſumus ſalutẽ cõſequuti. Et
quia epiſtola ad hoc principaliter facta fuit,vt ſedarẽ-
tur litigia Romanorum, ideo quaſi epilogando hæc
tria ſub quadam breuitate videtur apoſtolus recolli-
gere,dicens,Ei aũt qui potens eſt vos confirmare) ſup-
ple,ſupplico & preces porrigo ꝙ vos cõfirmet:(& hoc
iuxta euangelium meum).i.iuxta euangelium mihi à
deo reuelatum,per qd,ſupple,euangelium eſtis à lege
abſoluti,ne vlterius contemnatis,vos de lege glorian-

do:& confirmet vos, ſupple,iuxta(prædicationem Ieſu
Chriſti.)p quē eſtis à peccato liberati,nc vlterius con-
temnatis,vobis peccata imponendo:& hoc(ſecūdum
reuelationē myſterii).i.diuini propoſiti,& diuinæ ſen-
tentiæ.myſterii dico(taciti).i.celati(temporibus æter
nis,qđ)myſteriū,& qđ diuinum propoſitū(nunc pate-
factum eſt p ſcripturas prophetarū)p quod,ſupple,my
ſterium,& p quod,ſupple, diuinum propoſitum, vos
eſtis ſaluati(ne vlterius cōtēnatis,vos de propriis me-
ritis extollendo.Notandū aūt ꝙ Epilogi prophetarū
cōtinent recapitulationē p modum ſimplicis eloquii,
ſed hic Epilogus continet recapitulationē p modum
cuiuſdā orationis,& p modū cuiuſdā pii deſiderii. Vi-
detur.n.mens eſſe apli,ꝙ ſicut Romani detinebantur
in diſcordia quia aliqui ſe de lege iactabāt, & quia ſibi
inuicē peccata īponebāt,& quia ſe inuicē de propriis
meritis extollebāt:ſic orat hic apoſtolus ꝙ deus q po-
tens eſt cōfirmet eos(ſupple)in pace,& in concordia,&
hoc iuxta euangelium p quod ſunt à lege abſoluti, &
iuxta prædicationē Ieſu Chriſti p quā ſunt à peccato
liberati,& ſecūdū reuelationē diuini myſterii.i.diuinæ
prędeſtinationis & diuini propoſiti p quod ſunt ad ſa-
lutē ordinati:& quia in hoc eſt principalis intētio epi-
ſtolæ vt Romani prætermiſſis litigiis in pace confirmē
tur,& perſeuerēt,& pſiſtant,ideo p hęc verba tacta ha-
betur quaſi quædā breuis epilogatio, & quędā breuis
recapitulatio prędictorū.Notādū ēt ꝙ ait,iuxta euan-
geliū,& prædicationē Ieſu chriſti)quia ipſum euāge-
liū,quod chriſtus reuelauit Paulo, fuit prædicatio Ie-
ſu chriſti,quia ipſe chriſtus euāgeliū prædicauit, iuxta
illud Matth.4.Circuiebat Ieſus totā Galileam, docens
in ſynagogis eorū,& prædicās euāgeliū regni. Iſtud ēt
euangelium dicitur Pauli,quia chriſtus, ipſum Paulo
Gal. 1. reuelauit.Vnde Paulus nec ab homine,nec per homi-
nē dicit ſe didiciſſe illud.Notādū ēt ꝙ dicit,Secundum
reuelationē myſterii,tēporibus ęternis taciti:quia hoc
myſteriū,& hoc diuinū propoſitū,p quod Gentes ſunt
cōfirmatæ & ſaluatæ,fuit tacitum.i.fuit celatū p tēpo-
ra ęterna.i.per tēpora illa quę fuerūt ante chriſti in-
carnationē,quę dicūtur ęterna ob eorū diuturnitatē.
vel per tēpora ęterna intelliguntur illa diuina ſpatia
quæ fuerunt ante mūdi cōſtitutionē,& dicūtur & ſunt
ipſa ęternitas:& recte p tēpora ęterna deſignari poteſt
ęternitas,quia ipſa eſt oīum tēporum cōtētiua. In hu-
iuſmodi enim tēporibus ęternis.i.in hmōi ęternitate
hoc myſteriū.i.hoc diuinū propoſitum fuit celatum &
clauſum,quia elegit nos in ſeipſo ab ęterno ante mun
di cōſtitutionē.Notādum ēt ꝙ hoc myſteriū per quod
ſumus cōfirmati & ſaluati, vel poteſt dici ipſa chriſti
incarnatio,quę fuit tacita temporibus ęternis,quia nō
fuit ante plene cognita:vel melius hoc myſterium ſic
tacitū & ſic celatum pōt dici ipſum diuinum propoſi-
tum p quod gentes ſunt ſaluatę,qđ concordat cū illo
verbo apoſtoli ad Epheſios.3.Mihi aūt oīum ſanctorū
minimo,data eſt gratia hæc,in Gentibus euangelizare
inueſtigari diuitias chriſti, & illuminare oēs, quæ ſit
diſpenſatio ſacramenti abſconditi à ſeculis in deo.Ip-
ſa ergo illuminatio Gentium,& ipſum diuinum pro-
poſitum,p quod propoſuit ab ęterno in ſeipſo gentes
ſaluare,eſt quiddā ſacramētum abſconditū in deo à ſę
culis:quod oino cōcordat cū eo quod hic dicitur, qa
nihil eſt aliud myſteriū tacitū temporibus ęternis,q̄ ſa-
cramētum abſconditum in deo à ſeculis. Notandū ēt
ꝙ ait,Quod nūc patefactū eſt:quia licet per pręceden-
tia tēpora hoc diuinum propoſitum de ſaluandis gen-
tibus,non eſſet ita notum:nunc aūt præter rei euentū,
& quia iam eſt hoc opere adimpletum ꝙ gentes ſunt
ad chriſtum conuerſę,ideo hoc myſterium dicitur nūc
eſſe patefactum.Notādū ēt ꝙ dicit hoc patefactum eſſe
(per ſcripturas prophetarum)quia ſcripturæ prophe
tarum multa prædixerunt de ſalute Gentium:ſed tunc
illæ ſcripturæ propheticæ nō plene intelligebantur.

A Nunc vero tū pp rei euentum,quia iam eſt opere adim
pletum:tū ēt pp illum ſummum magiſtrū noſtrum Ie-
ſum Chriſtum,qui hoc manifeſtauit,& qui aperuit ſen
ſum apoſtolis,vt intelligerēt ſcripturam,per quorum
apoſtolorum doctrinā ſumus de hoc myſterio & de hac
ſalute gentium edocti,plene illæ ſcripturæ intelligun-
tur.Ideo hoc myſteriū dicitur per ſcripturas prophe-
tarum nunc eſſe patefactum,quia ſcripturæ illæ pro-
pheticæ hoc myſteriū continentes,nunc ſunt agnitæ &
intellectę,iuxta illud ad Epheſ.3.Hoc aliis generatio-
nibus non eſt agnitum.i. aliæ generationes hoc non
cognouerunt,ſicut nunc eſt reuelatum ſanctis apoſto-
lis,eſſe gētes cohæredes & participes promiſſionis eius
in chriſto Ieſu.Deinde cum dicit.

Secundum præceptum ęterni dei ad obedientiam fidei in cunctis gentibus cogniti ſoli ſapienti deo per Ieſum Chriſtum.

B Declarat quod dixerat.Propter qđ ſciendum ꝙ cir-
ca hoc diuinum conſilium quaſi tria tetigit apoſtolus
quia dixit ipſum eſſe myſterium:dixit ipſum eſſe taci-
tum temporibus æternis:& dixit ipſum eſſe nunc pate-
factū.Myſterium.n.fuit quia erat ſanctitatis cōtentiuū
continebat.n.illud diuinum conſilium & illud diuinū
propoſitum,quō gentes erant ſaluandæ et ſanctifican
dæ.Fuit celatum temporibus æternis,quia vſq; ad hæc
tempora ſoli deo fuit plene cognitum. Eſt autem nūc
patefactum,quia ſecundum diuinam diſpoſitionem p
Ieſum Chriſtum mediatorem noſtrum eſt omnibus re-
uelatum.Ideo in declarando quod dixerat quaſi tria
tangit.Nam primo tangit,quō eſt hoc myſterium pa-
tefactum,dicens,ſecundum præceptum dei per Ieſum
Chriſtum.quaſi dicat,quod hoc myſterium nunc eſt pa
tefactum ſecundum præceptum dei ęterni.i.ſecundum
diſpoſitionem ęterni dei: et hoc per Ieſum chriſtum,
C quia deus ab æterno ſic diſpoſuit ꝙ per Ieſum iſta pa-
tefactio,et iſta reuelatio fieret. Secundo tangit, quō
hoc diuinum propoſitum debet dici myſterium, quia
eſt ſanctitatis contentiuum,et continet Gentium ſan-
ctitatem.Ideo ſubdit,ad obeditionem.i.ad obediendū
fidei in cunctis gentibus.Eſt.n.hoc diuinum propoſitū
continens gentium ſanctitatem.Ideo dicit eſſe ipſum
patefactum ad obeditionem in cunctis gentibus.i.vt
cunctæ gentes ſanctificentur et obediant. Tertio tāgit,
quō fuit hoc myſterium celatum,dicens, cogniti ſoli
ſapienti deo.quaſi diceret,ꝙ hmōi reuelatio nō eſt re-
uelatio myſterii cogniti.i.quod eſt cognitū ſoli ſapiē-
ti deo.Notandum autem,ꝙ cum hoc diuinum conſi-
lium de ſalute gentium ante tēpora fuerit cognitum
ſoli ſapienti deo,patet ꝙ fuit temporibus ęternis cela
tum:ſed cum nunc ſecundum diuinum præceptum, et
ſecundum diuinam diſpoſitionem,et per Ieſum Chri-
ſtum ſit patefactum,patet ꝙ nunc eſt reuelatum;ſed cū
D hoc diuinum conſilium ſic celatum, et ſic reuelatum,
ſit,vt gentes ſanctificentur et fidei obediant,patet ꝙ di
uinum conſilium meretur nomen myſterii,quia eſt ad
ſanctitatem ordinatum.ergo per hęc verba ſequentia,
declarata ſunt verba præmiſſa.Vltimo cum dicit.

Cui ſit honor & gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Finit et conſumat Epiſtolam ſuam in Dei laudem et
glorificationem.Continuetur autem ſic,Dictum eſt ꝙ
ſupplicandum eſt ei qui poteſt vos confirmare, ꝙ vos
confirmet,cui ſit honor,ideſt,plena reuerentia: & glo-
ria,ideſt,clara cum laude lætitia.et hoc in ſecula ſecu-
lorum,Amen,i.ſine fine.Notandū ꝙ hoc quod dicitur
Per Ieſum Chriſtum)nō debet copulari cum hoc quod
dicitur,Soli ſapienti deo)vt ſit ſenſus, ꝙ Deus ſit ſa-
piens per Ieſum chriſtum, quia cum in Diuinis idem
ſit ſapere & eſſe, ſicut Deus pater non habet ꝙ ſit per
filium